uenir ſucceſſionē nec ti
tē filij tui ex quo q̄ſiera
ptui ſe collocādo dotez
at quā uellet cōditiōez
dicere. Sz ſi mortis c
in fratrez ſuū iferens
tis ſiue eādem dotez e
ſuū ſtipulari paſſa eſt d
ſtitutiōe ꝛ in mortis
bus ſi decetero patri
falcidia iubet hr̄s nō
ſit is qui⁹ nurui tue bi
cōſtitutionis benefici
betur poſt ulare.

¶ Dpa. dio. ꝛ ma

Dec fr̄is ſui m
ete factā dō

ſtor. facta. vt ſic faciat
titulum. ſed ſi inter
eos idem eſſet dare-
tur actio. vt. ſ. ti. pe. l.
quot.

¶ Conditione. quia ꝛ
donator pri⁹ ꝛ alter do
natariorū poſtea deceſ-
ſit.

¶ Perficiebatur. id
é ſi dōare voluerit mo.
cauſa Azo.

¶ Actio. ex teſtamen-
to: ſiue fuit teſtamentū:
ſiue quelibet vltima uo
luntas: ꝛ tunc vtilis. ut
no. ſ. communia de le.
. l. ii. ſed queritur quod
dicit altero defuncto: an
intelligatur ſine heredi
bus quod uidetur. ut. ſ.
de inſtitu. ꝛ ſubſti. generaliter. §. ſi. ſed ibi filius inſtit
us. ꝛ facit. ſ. quando di. leg. ce. l. agrum. Item quo
ſi: dic ideſt quaſi fideicommiſi: nec enim proprie eſt
natio ſed quaſi vt. j. eo. l. ſi. an ergo abſenti poterit
mor. vt fideicommiſ. vel legatum. vel an abſens po
preſens qui tamen non poſſet ſtipulari ꝛ videt in om
zem iſtam ꝛ quia in omnibus conueniunt legatis ut
ſi. item quia non intereſt cum quo de ſuppremis qu
a. ii. vires in principio ꝛ. l. cum pater. §. dona. ꝛ
otiens ꝛ eſt expreſſum. ff. de dote prele. l. fen
non niſi ſtipuletur donatarius vel ſubſtit
. l. vt heredibus. et. ff. eo. l. ei qui. natꝰ ꝛ d

Ego Petrus de Ayuso legum doctor

uenir ſucceſſionē nec ti
tē filij tui ex quo q̄ſiera
ptui ſe collocādo dotez
at quā uellet cōditiōez
dicere. Sz ſi mortis c
in fratrez ſuū iferens
tis ſiue eādem dotez e
ſuū ſtipulari paſſa eſt d
ſtitutiōe ꝛ in mortis
bus ſi decetero patri
falcidia iubet hr̄s nō
ſit is qui⁹ nurui tue bi
cōſtitutionis benefici
betur poſt ulare.

¶ Dpa. dio. ꝛ ma

Dec fr̄is ſui m
ete factā dō

ſtor. facta. vt ſic faciat
titulum. ſed ſi inter
eos idem eſſet dare-
tur actio. vt. ſ. ti. pe. l.
quot.

¶ Conditione. quia ꝛ
donator pri⁹ ꝛ alter do
natariorū poſtea deceſ-
ſit.

¶ Perficiebatur. id
é ſi dōare voluerit mo.
cauſa Azo.

¶ Actio. ex teſtamen-
to: ſiue fuit teſtamentū:
ſiue quelibet vltima uo
luntas: ꝛ tunc vtilis. ut
no. ſ. communia de le.
. l. ii. ſed queritur quod
dicit altero defuncto: an
intelligatur ſine heredi
bus quod uidetur. ut. ſ.
de inſtitu. ꝛ ſubſti. generaliter. §. ſi. ſed ibi filius inſtit
us. ꝛ facit. ſ. quando di. leg. ce. l. agrum. Item quo
ſi: dic ideſt quaſi fideicommiſi: nec enim proprie eſt
natio ſed quaſi vt. j. eo. l. ſi. an ergo abſenti poterit
mor. vt fideicommiſ. vel legatum. vel an abſens po
preſens qui tamen non poſſet ſtipulari ꝛ videt in om
zem iſtam ꝛ quia in omnibus conueniunt legatis ut
ſi. item quia non intereſt cum quo de ſuppremis qu
a. ii. vires in principio ꝛ. l. cum pater. §. dona. ꝛ
otiens ꝛ eſt expreſſum. ff. de dote prele. l. fen
non niſi ſtipuletur donatarius vel ſubſtit
. l. vt heredibus. et. ff. eo. l. ei qui. natꝰ ꝛ d

Ego Petrus de Ayuso legum doctor

FABVLARVM OVIDII INTERPRETATIO, ETHICA, PHYSICA, ET Hiſtorica, tradita in Academia Regiomontana à GEORGIO SABINO, & in vnum collecta & edita ſtudio & induſtria T. T.

Acceſſit etiam ex Natalis Comitis Mythologijs de fabularum vtilitate, varietate, partibus & ſcriptoribus, deq; apologorum, fabularum, æno-rumq; differentia, tractatio.

Cum Indice verborum & rerum præcipuarum in Ouidio & Sabino comprehenſarum.

CANTABRIGIÆ,
Ex officina Thomæ Thomæ celeberrimæ Academiæ Cantabrigienſis Typographi.
1584.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO ALBERTO, MARchioni *Brandeburgenſi, Pruſſiæ, Stetinenſi, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vandalorumq́, Duci: Burggrauio Norinbergenſi, ac Rugiæ Principi, Domino ſuo clementiſſimo.*

GEORGIVS SABINVS.

IN Argonautica hiſtoria cùm inter duos Principes rixa orta eſſet, Orpheus eã cantu ſedauit: & narrat Apollonius ceciniſſe eum ad citharam initia & fabricationem mundi, & Solis & Lunæ circuitus, ac Iouis victoriam aduerſus Titanas. Qua ex narratione apparet veterem poeticam fuiſſe doctrinam de ſerie omnium temporum, & hiſtoriam mundi & maximarum mutationum in præcipuis regnis: & hiſtoriæ intextam fuiſſe doctrinam de Deo, de iuſticia, & de pœnis iniuſticiæ. nam in Orphei fragmentis & hic verſus adhuc legitur:

Pijs ac religioſis viris ſemper dulciſſima mors eſt.

Poſteà verò cùm maiores gentium diſſipationes ſunt

factæ, in bellis simul & studia veteris sapientiæ extincta sunt,& monumenta multa deleta. Exiguæ reliquiæ historiarum vtcunque in Ionia & parte Græcię seruatæ sunt: quas tamen inuolutas prodigiosis figuris posteritas non satis intelligere potuit.

Cùm verò prosit nosse temporum seriem, quantum sciri potest,Ouidij consilium fuit, contexere mundi historiam vsque ad sua tempora. Etsi autem hoc Ouidij opus propter linguam Latinam & genus versuum adolescentibus proponimus, tamen fit lectio dulcior, cùm aliquid de consilio Poetæ, & de rebus ipsis ac historiarum serie cogitatur. Eò etiam prodest veteres Græcas historias omnes considerare, vt collatio cum Ecclesiæ historia,nos accendat vt magis amemus Ecclesiæ doctrinam,in qua sola videmus continuam seriem annorum certò traditam esse: & de successione imperiorum talia testimonia euentuum recitari, vt de veritate dubitari non possit. Vestigia etiam multa in poematibus & historijs Græcis ostendunt Ecclesiæ monumenta, & antiquiora & vera esse. Cùm igitur in Academia tua, Illustrissime Princeps, iunioribus interpretarer Ouidij (vt ita dicam) Chronicon, & me rerum series moneret,vt sæpe de collatione Græcæ historiæ & Prophéticæ cogitarem, addidi breues interpretationes fabularum partim historicas, partim Ethicas. in multis enim antiquitas vtrunque miscuit, historiam & commonefactiones de moribus: vt cùm pinguntur Cyclopes, credibile est in illo Siciliæ littore fuisse homines feros & latrocinijs in terra & in mari grassantes. Quod autem vno oculo pinguntur, manifestè significatur galeæ figura. Exitus autem ostendit puniri à Deo iniustos, & quidem vinci potentiam & viros consilio, quod Deus gubernat.

Bellerophontes cùm esset Lyciorum dominus bella gessit in Cilicia,vbi Chimæram domuit,quæ in fabulis pingitur vt bellua referens Leonem prima parte corporis,postrema draconem,media confusam speciem ex multis.

multis. Tales sunt omnes seditiones, initio terribiles, & quæritur honestus prætextus priuatæ cupiditatis. Honesta oratio erat Marij, consulendam esse egentibus ciuibus, quorum sanguine Italia contra Cimbros defensa esset, & ad Padum diuidendos esse agros: sed sibi dominationem quærebat. exitus igitur posteà Draconi similis fuit, cùm interfectis præstantissimis ciuibus tandem & ipse Italia pulsus est. Medio tempore caligo erat: multi dubitabant vtra causa iusta esset. Vicit autem Bellerophontes donatus Pegaso & aureo fræno à Pallade, id est dato exercitu, & fortitudine, quam Deus consilio rexit. Ac idem Bellerophontes posteà in rebus secundis factus insolens, cùm Pegaso intra cœlum ad Iouem vehi conaretur, excussus est, & afflictus humi, posteà mœrore perijt. Manifestum est autem plurimos homines in rebus secundis sibi ipsis blandiri, ac magis laxare frœnos cupiditatibus: quia minùs impediri eas arbitrantur. postea immoderatos impetus graues pœnæ comitantur. Nomen etiam Chimæræ sumptum est à monte in Cilicia, quem sic nominasse incolas & Strabo narrat. ita variæ sunt occasiones figmentorum, aliâs ab euentibus, aliâs à Physicis causis, aliâs ab admonitionibus moralibus sumptæ.

Orion fuit Princeps Bœotiæ, qui doctrinam de astris ab Atlante acceptam ciuibus tradidit, & annum ordinauit. Huius vt memoria transmitteretur ad posteros, nomen eius pulcherrimo sideri attributum est. Et scribitur, interfectum esse Otionem à Scorpio: Id vel à natura sumptum est, quia oriente Scorpio Orion occidit: vel ab euentu, quia mala ingenia oderunt excellentem doctrinam, propterea quòd sua regna impediri ab eruditis existimant, & tollere doctiores conantur. Nomen Orion Græci finxerunt à mingendo, quòd pluuiam præsagiet & tempestatem, quia ortus & occasus eius sideris tempestates ciet, vt res ostendit, & Aristoteles inquit, Orion sidus est dif-

ficile & durum quod oritur & occidit. Fortassis autem nomen factum est ab hora, quia anni tempora, æstatis & hyemis initia distinguit. Etsi autem interpretationes aliæ magis, aliæ minus concinnæ sunt, tamen iunioribus vtiles sunt, si tamen prudentia & delectus adhibeatur, & non absurdæ ac monstrosæ aut procul petitæ enarrationes fingantur, nec misceantur sacra profanis: sed consilia authorum aspiciantur, & fontes proprij in singulis materijs considerentur, & accommodatio sit inclusa certis metis. Sit etiam modus, ne ludus aut propter ineptias, aut propterea quòd nimius est, fiat ingratus. Et hanc ipsam curam quærendi concinnas allusiones, & vitandi monstrosas, & seruandi modum prodesse iunioribus ad formanda iudicia non dubium est. Et rectè assuefacti in his puerilibus exercitijs posteà circumspectiores erunt in enarratione doctrinæ Ecclesiæ: nec ludent intempestiuis, insulsis, & absurdis allegorijs, vt Origenes & Monachi, qui vt Protheus

Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignemq́; horribilemq́; feram, fluuiumq́; liquentem.

Ita isti omnibus materijs sine discrimine quaslibet figuras induerunt. Vt autem hæc licentia perniciosa est, ita concinnæ allegoriæ in loco adhibitæ, magna & dulcia sunt ornamenta, & memoriam adiuuant.

Quanquam autem hæ nostræ interpretationes non sunt omnes à me accuratè scriptæ, pleraque etiam obiter in schola tantum commemoratæ, & ab auditoribus auidè acceptæ sunt, tamen quia iam in multorum manibus circumferebantur, ne quia aliena assuerent, edi eas passus sum. Ideò verò Illustrissime Princeps in hac editione ad Celsi. T. scripsi vt specimen ostendam, vnde iudicari posset de meo consilio in docendo, & de diligentia mea, quam & Celsitudini tuæ, & omnibus prudentibus & honestis semper probari volui: ac me & hæc nostra studia Tuæ Celsitudini reuerenter commẽdo. Datæ Idibus Iunij. Anno M.D.LIIII. in Academia Regijmontis.

EX

EX NATALIS COMITIS MYTHOLOGIIS.

De fabularum vtilitate.

TANTA *est sanè vtilitas quam ex fabularum cognitione percipimus, quanta nullis verbis explicari posset: quod tamen nemini ferè est perspicuum, nisi siquis præclaro ingenio sit ab ipsa natura præditus, multaq; antiquorum scripta diligentiùs considerarit. nos igitur, sicuti solent medici, qui è venenatis etiam vel herbis vel animalibus vtilia pharmaca colligũt, & quod optimum sit secernunt è singulis, atque vel pernicioſa temperamentorum beneficio sanitati perquàm accommodata reddunt, ita facere debemus. Nam altiora fabularum sensa rectè perscrutantes, quid vtile humanæ vitæ sub illis contineretur debemus inuestigare; è quo plurimum reportabimus vtilitatis; illis interim neglectis, quæ nihil nobis conferre videbuntur. Quòd autem plurimum commodorum ex hac cognitione consequemur, vel illud maximum est argumentum, quòd diuinus etiam Plato primam puerorum eruditionẽ ab honestis fabulis incipere iussit in libro secundo Reip. cùm ita inquiat;* Selectas autem fabulas matres ac nutrices pueris narrare hortabimur, animosq; illorum fabulis diligentiùs quàm corpora ipsa manibus informare. *Nam profectò quis nesciat, omnia propè Deorum gentium mysteria fuisse ab antiquis sub fabulis occultata? Cùm enim turbæ fœminarum & imperitæ multitudini religio, & Deorum metus, & fides, & probitas & temperantia esset in animis inserenda, qui neque Dei naturam intelligerent, neque integritatem rapinæ ac libidini sine aliquo Deorum metu anteponerent, non solùm fabulosæ de Dijs narrationes à sapientibus fuerunt excogitatæ, sed etiam fabulosæ imagines, & picturæ monstris propè similes introductæ. Sic fulmina Ioui tributa sunt, tridens Neptuno, sagittæ Cupidini, fax Vulcano; ac varia terrorum instrumenta Dijs cæteris. Nam cùm minimè sit inexpugnabilis mortalium natura, neque vali-*

diſſimas machinas expectet; quippe quæ omnium calamitatem ſemina intra ſe contineat, ſi vel paululum oculos ab illius cuſtodia Deus deflexerit; per ſe, ſine alijs pugnæ inſtrumentis, continuò labefactabitur. Hanc tantam percipiendam eſſe ex fabulis vtilitatem apertè declarauit ita Dionyſius Halicarnaſſeus libro primo Rerum antiquarum: Neque mihi obſcurum eſſe quis exiſtimet, quòd è Græcis fabulis nonnullæ ſunt hominibus perutiles: aliæ ſiquidem ſunt, quæ naturæ opera ſub allegorijs contineant; aliæ humanarum calamitatum habent conſolationem; aliæ terrores, animorumque perturbationes à nobis depellunt, opinioneſque parum honeſtas deſtruunt; aliæ alterius cuiuſpiam vtilitatis cauſa fuerunt inuentæ. *Nos idcirco vniuerſam fabularum diuiſionem ita faciendam cenſuimus; quòd aliæ fabulæ naturæ ſecreta continent; vt illa, quòd Venus è ſpuma ſit genita, quòd Phœbus Cyclopas occiderit, quodq; illi fulmina Ioui fabricarint. Aliæ fortunæ inconſtantiam declarant, noſq; ad eam forti animo ferendam inſtruunt, vt ea quæ de Phœbo dicta ſunt, quòd armenta pauerit Admeti. Aliæ ab impuris opinionibus, & à crudelitate, atque ab omni perfidia & impura libidine nos retrahunt, vt Lycaonis fabula. Aliæ ad deterrendos homines à rebus turpibus ſunt inuentæ, vt Ixionis ſupplicium apud inferos. Aliæ cohortantur ad ſtrenuitatem, vt ea quæ tradita ſunt de Hercule. Aliæ ex auaritiæ ſordibus nos erigunt, vt ſitis Tantali. Aliæ ad deprimendam temeritatem cõfinguntur, vt calamitas Bellerophontis & cæcitas Marſyæ. Aliæ ad virtutes nos alliciunt, ad integritatem vitæ, ad fidem, ad æquitatem, ad religionem, vt mirifica Elyſiorum camporum amœnitas. Aliæ ab omnibus denique flagitijs reuocant, vt ſeueriſſimi Triumuiri apud inferos ſingulorum animas defunctorũ iudicantes, & grauiſſima conſceleratorum ſupplicia. Equidem ſic exiſtimo, quaſi ſuauiſſimum humanæ vitæ condimẽtum exiſtere fabularum inuentionẽ, ac earum ærumnarum quas in vita patimur, non mediocre ſolatium: quas etiam idcirco à ſapientibus fuiſſe excogitatas cenſeo. Hinc enim cum ſingulari oblectatione ea percipimus vitæ rectè degendæ præcepta, quibus ſine ſuauitate fabularum terga continuò verteremus. Hanc tantam*

è fabulis

è fabulis vtilitatem capere minimè possiunt ij, qui altiora fabularum sensa non inspexerint, quiq; primi corticis (vt ita dicã) mirabilitate irretiti nihil diuinius sub illo inesse crediderunt. Hi etenim tanquam parui pueri per brumam apud ignem sessitantes, aniles nugas fabellasq; è poëtis imbibunt, cùm interim de vtiliore sanctioreq; sententia minimè sint soliciti.

De fabularum varietate.

SVNT *plura fabularum genera, quæ nunc à locis in quibus inuentæ fuerunt, nunc ab inuentoribus, nunc ab argumentorum natura, nomen obtinuerunt. A loco quidem Cypriæ, Cilissæ, Sybariticæ. Cùm multi fuerint earum inuentores, obtinuit consuetudo vt omnes AEsopicæ dicerentur, cæteris inuentoribus silentio prætermissis: quia in confingendis fabulis AEsopus omnium aliorum fuit artifex ingeniosissimus. illæ, quæ Sybariticæ dicebantur, agebant de brutis; quæ AEsopicæ, de hominibus. Politicæ dictæ sunt, quibus vsi sunt sapientes ad demulcendos animos potentiorum, atque ad deducendam multitudinem ad humaniorem vitæ rationem. Aliæ rursus morales, aliæ rationales sunt vocatæ, aliæ ex his ambabus formis commistæ. inter politicas fabulas argumenta comœdiarum & tragœdiarum sunt connumeranda, quia etsi ab agresti vita homines per hæc non euocantur, traducuntur tamen ab illegitimis voluptatibus & ab omni intemperantia ad vitæ moderationem. Sed horum argumentorum varia sunt nomina, quia aliæ togatæ, à togis histrionum dicuntur: aliæ palliatæ, à pallijs Græcorum, aliæ tabernariæ, pro vestibus & conditione introductarum personarum, aliæ planipediæ, quòd neque soccis, neque cothurnis, vt in cæteris, horum argumentorum histriones vterentur, aliæ Attellanæ à loco vbi fuerunt inuentæ, cùm tamen simplex sit tragœdiarum nomen. Aristoteles in Rhetoricis Libycas fabulas ab AEsopicis disiunxit, quia Libycæ de hominibus, AEsopicæ de brutis agerent: id autem idcireo factum est, quia cum AEsopicis aliorum complures fuerunt commistæ. Fabularum nomine tam apologi, quæ figmenta sunt AEsopica, quàm fabulæ, quæ sunt poeta-*

rum argumenta, continentur, vt formæ ſub ſuis generibus. Illæ, quas explicaturi ſumus, fabulæ, ac figmenta antiquorum ſapientum, in nullum horum generum ſimpliciter incidunt, ſed virtute cum omnibus his ferè commiſtæ ſunt, atque ex omnibus generibus aliquo pacto conſtant. Quippe cùm vel generationẽ rerum naturalium contineant, vel agant de natura Deorum immortalium, vel de vi planetarum, vel de vita hominum rectè inſtituenda, quarum ſingularum natura paulo poſt à nobis explicabitur.

De apologorum, fabularum, ænorumq; differentia.

SED antè quàm poëticarum fabularum, & earum quas explanare inſtituimus, explicationem aggrediamur, operæprecium me facturum eſſe cenſeo, ſi demonſtrauero quæ ſit inter hæc ipſa genera differentia. E fabulis igitur aliæ ſunt, quæ logi ſiue apologi dicuntur à Græcis, aliæ vocãtur muthoi, ſiue fabulæ ſimpliciter. Apologi vel de brutis fiunt ſolis, vel cum his homines colloquentes faciunt, apologorumq; illud eſt munus, vt pro exemplis ſint in concionibus, ſicuti teſtatur Ariſtoteles in Rhethoricis. fabulæ illæ quæ muthoi dicuntur, cùm argumenta tragœdiarum, & comœdiarum complectantur, & omnem vim denique poeſeos quæ fit per imitationem, communi nomine poeticas etiam, quas tractaturi ſumus, continent fictiones. Atque ſicuti apologi vel agendarum rerum vel omittendarum ſunt in concionibus exempla, ita fabulæ inſcœnis agitãtur ad mores hominum vel corrigendos vel informandos: quod etiam teſtantur muſicæ formæ ſingulis generibus poëmatum attributæ, vt comico generi Lydia, tragico Dorica, ſatyræ Satyrica. His præterea generibus propriæ fuerunt ſaltationes, ſicuti teſtatur Plutarchus in libello de Muſica. Cenſuerunt enim ex maioribus nonnulli nihil omnino rectè fieri poſſe, quod muſicæ rationi non conueniret, nihilq; tantopere in moribus poſſe hominum informandis, quàm numerorum concinnitatem, & vocum ac fidium harmoniam, ad quarum modulationem omnes & animi & corporis motiones componerentur. Sed quoniam ſummatim de generibus poematum mentionem fecimus, non erit fortaſſe iniucundum, ſi

quæ

quæ de his in mentem veniunt, pauçis explicauero; vel quia cum his permistæ sunt fabulæ, de quibus tractabimus; vel certè quia non longè ab his dissident. Omnium igitur poematum fons est id quod poema communi nomine appellatur ob suam præstantiam: hoc enim generibus reliquis impertit argumenta. Hæc inter se differunt tempore vt ait Aristoteles in poetica, quod poeta dictus ob præstantiam longi temporis res gestas complectitur, cùm reliqua poemata intra vnum diem suum negotium absoluant, vnamq; tantùm contineant actionem. In hoc rursus hi poetæ omnes conueniunt, quòd omnibus idem est scopus, & ad vnum finem omnes animum intendunt, vt homines meliores efficiant. Idcirco Homerus, vt prudentem atque omnibus virtutibus cumulatum Vlyssem effingeret, illi Phæacum delicias & blanditias Circes iniungit, & Cyclopum pericula proponit, & monstrorum marinorum terrores, à quibus eius socij perdantur, cum tamen ipsum admirabili quadam prudentia ac diuino consilio hæc omnia superantem faciat. Idem rursus Agamemnonem multis facit difficultatibus circumuentum, fortissimorum Heroum contentiones excitat, exercitum ira Apollinis propè labefactatum introducit, Troianis aliquando diuinam vim adesse, ac Deos illis præbere admirabilem strenuitatem, commemorat, quò ex his omnibus incredibilem fuisse Agamemnonis fortitudinem & constantiam declaret: quippe qui vel tot propositis difficultatibus, tamen Priamum debellârit. fuit enim glorioſum pro tuenda æquitate, & pro violato iure hospitij, non pro recuperãda meretricula forti animo pericula subire, cum in arduis difficillimisq; rebus gloria collocata sit, nihilq; egregium ignauis & desidiosis hominibus sit expositum. Accedit propius tragœdia, quam prior inuenit Glaucus ad poema ob maiestatem personarum, quòd in ea nihil non regium aut heroicum sit: quare nullum habent prologum tragœdiæ sicuti comœdiæ: cuius inuentor fuit Susario: quippe cùm res priuatas nemo nisi eductus scire, publicas calamitates vel si velit, nemo ignorare possit. Quis enim Regnorum ruinas, fragoremq; euersarum ciuitatum, ex quibus oriuntur tragœdiæ, non audiuit? aut quis incensarum vrbium & oppidorum caliginem è longinqua regione non prospexit? Differunt igitur ab excellenti poëta hæc duo poëmata

tempore,ac inter ſe perſonarum dignitate. Atque de his poematum argumentis ſatis.Differt ænus ab apologis,quòd muda ſit in illis brutorum ſententia,niſi admonitum,quod epimuthiō *vocant,addideris. in eo vnà cum ſententia admiſta eſt admonitio,vt ait in his Ariſtophanis interpres:* Differt ænus ab apologo ſcilicet,quia fit ænus virorum cauſa,at non habetur ad pueros: neque delectationis tantùm fit cauſa, ſed habet præterea admonitionem. nam conatur clàm docere & adhortari. *Neque apologus igitur ſimplex, neque fabulæ illæ,quæ ſunt poematum argumenta, dicuntur æni: ſed quod ex his vtriſq; quodammodo compoſitum fuerit, cum admonitione intra ſe incluſa. atque hæc ſufficiant de apologorum, ænorum,fabularumq; differentia.*

De partibus fabularum.

FABVLARVM *partes,earum ſcilicet quæ apologi dicuntur, præcipuè duæ ſunt,rei explicatio, & id cuius cauſa: ſiquidem æni & poematum argumenta eam vim habent, vt inſitas partes has intra ſe contineant, quas nemo propè eſt,qui ſuopte ingenio non poſſit elicere. At quoniam apologi ſimplices ſunt plerumque,omneſq; fabulæ probitatis & prudentiæ cauſa fiunt, neceſſe fuit ſingulis ſuos fines addidiſſe. Vbi igitur priorem orationis partem ad informandos mores accommodamus, præcedit* promuthion *appellatū,quaſi præcedens fabulæ admonitus: vbi extremā partem ad mores regēdos deduxeris,ſiet* epimuthiō *ſequens ſcilicet admonitus fabulæ. Quæ fabulæ alteram harum partium non habuerint,ſed intra ſe incluſam,collocandæ ſunt in priore claſſe. Quæ fabulæ ſunt Deorum genealogicæ ſimpliciter, illæ quoniam his maximè vſi ſunt poetæ ſuis poematis exornandis,poeticæ vocantur, quæ vel ad generationem elementorum attinent,vel ad res arcanas naturæ, vel ad motus & vim planetarum, omnes ſiquidem hæ haud ſimplicem habent narrationem.Cùm fabulas has ad veram interpretationem deducimus, eſſet interpretationi proprium nomen tribuendum,ſed adhuc ſine illo perſiſtit,niſi appellemus allegoriam. Sunt autem hæ ſolæ propè fabulæ,quæ iucunda,quæ magnifica, quæ admirabilia fecerunt*

cerunt antiquorum poemata, eaq́, locupletarunt : nam si fabulæ hæ de scriptis poetarum eximerentur, nihil propè esset in ijs admirabile, aut iucundum.

De fabularum scriptoribus.

APOLOGORVM *& fabularum poeticarum antiqui fuerunt scriptores complures : qui tamen ad ætatem nostram peruenerint, non adeò multi. Fuit AEsopus Samius ingeniosissimus confingendorum apologorum artifex, à quo omnes posteà apologi dicti sunt AEsopici. Hesiodus præterea fabulosos Deorum ortus carminibus cecinit. Memoriæ prodidit Eusebius Porphyrium etiam libros composuisse, in quibus fabulosas Deorum genealogias ad naturæ rationem & opificium perducere conatus est. Zeno, Cleanthes, Chrysippus, vt ait Cicero in libris de Natura Deorum, fabularum antiquarum expositiones in suis voluminibus complexi fuerant, quæ tamen ad nos non peruenerunt. Istud ipsum fecit Orpheus, Musæus, Mercurius, Linus, antiquissimi poetæ, & Phurnutus, & Palæphatus Stoicus, Dorotheus, Euanthes, & Ponticus Heraclides, Silenus Chius, & Anticlides, & Euartes, & alij complures mythologi, quorum commentarij vnà cum scriptorum nominib. penè interciderunt, è quibus Ouidius sua in varias formas mutatorum corporum deprompsit argumenta. Nam in quibus voluminibus tot extabant figmenta, quantam aliarum fabularum fuisse mirabilitatem credibile est ? ac tot de fabularum scriptoribus.*

EX

G. S. DE VTILITATE, ARGVMENTO, AC TITVLO OPERIS.

POETICA nihil aliud est nisi Philosophia numeris & fabulis concinna, qua honestarum artiū doctrina & præcepta de moribus illustrata regnorum exemplis continentur: nam apud Græcos multò antè, quàm extiterunt Philosophi, studia sapientiæ à Poetis celebrata sunt, vt Cicero in Tusculanis testatur, vbi scribit, antiquissimum è doctis esse genus Poetarum. Hi verò, vt lenocinijs quibusdam allicerent homines ad discendum, consectati sunt duas res, quæ plurimum delectationis afferunt: nempè suauitatem numerorum, & commenta fabularum: id quod significat Horatius, cùm inquit:

Et prodesse volunt & delectare Poëtæ.

Intelligebant enim delectationem esse illecebram discēdi, & carmine magis excitari animos, quàm soluta oratione, resque veras plus admirationis habere si ingenioso figmento, tanquam gemmæ auro, includerentur. Quare cùm Poetica eandem doctrinam quam Philosophia, profiteatur, non dubium est fabulas Poetarum, esse plenas sapientiæ & eruditionis: vtpote confictas ab hominibus, qui omne studium in doctrina sapientiaq; collocarunt. Sicut enim in vitibus pulcherrimæ

cherrimę & dulciſſimæ vuæ ſub pampinis latent, ita in poematis vtiliſſimæ res fabularum inuolucris teguntur: neque vllum ferè vetus figmẽtum eſt poeticum, quo non aliquid contineatur, vel ex hiſtorijs, vel ex phyſicis, vel ex Ethicis depromptum: unde non inſcitè dictum eſt ab Eraſmo Rotherodamo, poeticam eſſe placentam delicijs conditam, ex omni diſciplinarum genere.

Cæterùm Ouidij Poema quod inſcribitur Metamorphoſis, ſelectiſſimas fabulas omnium Poetarum vno velut faſce comprehendit, in quibus illuſtria proponuntur exempla beneuolentiæ & iræ diuinæ: illuſtreſque imagines totius vitę & conditionis humanæ, nam in deſcribendis fabulis autor perſequitur quandam hiſtoriæ ſeriem ab initio mundi ad ſua tempora deductam, qua docet res humanas non caſu aut fortuitò ferri, ſed gubernari diuinitus: commemorans, eſſe numen, à quo omnia facta & conſtituta ſint, omniaque prouidentiſſimè regantur: id fauere pijs & honeſtis actionibus: ſcelera verò punire varijs vitæ calamitatibus, ac in primis contemptum religionis, propter hunc totas gentes, vrbes, familias, ſæpe deletas eſſe, bello, peſtilentia, alijſq; grauiſſimis malis. Præter hæc autem vitæ exempla quæ ex hiſtorijs ſumuntur, continet idem Poema, tot Aſtronomica, tot Phyſica paſſim inſerta, tot denique regionum, locorum, vrbium, montium, fluuiorũ, nomina & deſcriptiones, vt (ſi quis eruditum habuerit interpretem) addiſcere hinc

queat

queat magna ex parte geographiã, ſphærã & naturę expoſitionẽ. Nõ eſt igitur nugatoriũ hoc poëma, ac tantũ ad delectationẽ cõfictũ, ſed theſaurus eruditionis: cuius quidẽ lectio conducit, primũ ad formãdos vitę mores. inuitãt enim nos exẽpla ad virtutẽ, & à turpitudine dehortãtur: deinde ad multiplicẽ doctrinã, cõtinet enim veſtigia omniũ ferè artiũ, quibus liberalis doctrina continetur. Poſtremò alias quoq; vtilitates adfert, quarũ hęc nõ minima eſt quòd inſtruit eloquẽtię ſtudioſos omni apparatu oratorio verborũ & figurarũ: ac docet quomodo rerũ diuerſarũ inuẽtio diſtribuẽda, res verò perſpicuè, copioſè, iucundeq; explicãdę ſint, mira eſt enim varietas figurarũ, affectuũ & ſentẽtiarũ in narratione harũ fabularũ: mira quoq; & artificioſa earũdem diſpoſitio ſeu cõtinuatio, qua ita cõnectũtur, vt cùm diuerſiſſimæ ſint, tamen aptè vna ex alia necti & omnes inter ſe colligatę eſſe videantur. Propter quas vtilitates hoc opus meritò omnibus commẽdatũ eſſe debet. Apud Græcos multi poëtæ idẽ argumentũ tractarunt, ſed Ouidiũ facilitate & iucunditate carminis omnes ſuperaſſe, ex eo manifeſtum eſt, quòd hi ipſius libri in Græcã linguã cõuerſi ſunt.

Titulus inſcribitur Metamorphoſis, hoc eſt, transformatio. Finguntur enim hic conuerti ex hominibus in belluas, qui in hominis figura belluæ immanitatem gerunt: quales ſunt ebrioſi, libidinoſi, violenti & ſimiles, quorum appetitus rectæ rationi minimè obtemperat.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER I. VNA cum Sabini annotationibus.

In noua fert animus mutatas dicere formas Propositio.
Corpora. Dij cœptis (nã Inuocatio.
vos mutastis & illas)
Aspirate meis: primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuũ deducite tempora carmen.

FABVLA I.
De Chao.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia, cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigestáque moles, Mundi origo prima.
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestáq; eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan:
Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe: Distributio.

Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata ſuis: nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
* Quaq; fuit tellus. * *Quaq; erat & tellus, illic & pontus, & aër,*
Sic erat inſtabilis tellus, innabilis vnda,
Lucis egens aër: nulli ſua forma manebat,
Obſtabat q; aliis aliud: quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.
Ex Chao elementa. *Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.*
Nam cœlo terras, & terris abſcidit vndas,
* ætherc. *Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab * aëre cœlum.*
Quæ poſtquam euoluit, caco q; exemit acerno,
AEtheris atq; ignis periphraſis, qui ſupremum, propter leuitatem, ſibi locum vendicauit. *Diſſociata locis concordi pace ligauit.*
Ignea conuexi vis, & ſine pondere cœli
Emicuit, ſummaq; locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aër illi leuitate, loco q;.
Denſior his tellus, elementa q; grandia traxit,
Et preſſa eſt grauitate ſui. circunfluus humor
Vltima poſſedit, ſolidum q; coercuit orbem.

SAB. IN FAB. I.

Ex Chao mundus. PRima & maximè admiranda Metamorphoſis eſt, rerum creatio: quid enim admirabilius, quàm informe chaos in pulcherrimum hoc mundi opificium, ac tenebras in lucem conuerti? Nec verò dubium eſt Poëtarum narrationes de mundi fabricatione ſumptas eſſe, ex veteri patrum doctrina, quam alij ſimplicius recitarunt, alij magis inuoluerunt fabulis,

fabulis, vt Orpheus, & deinde Musæus ac Linus. Versus est Orphei recitatus à Iustino Martyre, & à Clemente Alexandrino de vnitate Dei.

Vnus est per se genitus, ab vno sunt quacunq; fabricata, omnia.

Vnus Deus, à quo omnia.

Fuit enim consentiens veterum sapientum vox vnum esse infinitæ potentiæ Deum, fabricatorem totius machinæ mundi, sapientem, veracem, bonum, iustum, beneficum, castum, qui sic ordinauit mundi corpora, vt hominibus victum gignerent, & alia vitæ præsidia: & indidit mentibus multas notitias & discrimen honestarum & turpium actionum, & horribilibus exemplis punit atrocia scelera etiam in hac mortali vita, vt agnoscamus & esse Deũ, & iustum, veracem, & castum esse. At verò quòd docent Poëtæ chaos, vnde mundus fabrefactus est, extitisse ab æterno: in hoc minimè conueniunt cum sacris literis, quia Moses tradit, materiam illam à Deo esse creatam per verbum ex nihilo. Quare eorum doctrina, etsi non per omnia sacris literis consentanea est, tamen accedit propius ad veritatem, quàm opinio Aristotelis & aliorum, qui negant mundum habuisse initium. Statuerunt autem Poëtæ duo Principia, Deũ & Chaos, sequuti Hermetem Trismegistum AEgyptium: ex cuius doctrina Stoici finxerũt duo æterna, alterum, Deum seu Mentem: alterum, Naturam seu

Nec Chaos, nec mundus extitit ab æterno.

Duo principia iuxta poëtas.

Materiam. Sic enim Hermes docet: Principium omnium, quæ existũt Deus est seu mens, & natura seu materia. Quibus etiam verbis hoc consentaneum est quod Ouidius in hac fabula Deum & naturam coniunctim nominat, vtrique tanquam æterno ascribens rerum primordia, cum ait,

Hanc Deus & melior litem natura diremit.

De mente quoque idem sentire mihi videtur, licet non apertè: nam cum inquit,

Sic vbi dispositam, &c.

Dubitat (ōpinor) num debeat creationem attribuere Menti quemadmodum Plato. Is enim in Phædone scribit Mentem esse architectatricem mundi: in qua sententia & Anaxagoram, aliosque multos fuisse constat.

FABVLA II.

De hominis creatione.

Sic vbi dispositam, quisquis fuit ille Deorum,
Congeriem secuit, sectamq; in membra redegit:
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret, magni speciem glomerauit in orbis.
Tum freta diffudit, rapidisq; tumescere ventis
Iussit, & ambitæ circundare littora terræ.
Addidit & fontes, & stagna immensa, lacusq;
Fluminaq; obliquis cinxit declivia ripis:
Quæ diuersa locis, partim sorbentur ab ipsa
In mare perueniunt partim: campóque recepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.
Iussit & extendi campos, subsidere valles,

Ornatus mundi. Littora à ripis eleganter distinguit.

Terræ periphrasis.

Fronde

Fronde tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes.
Vtq; quæ dextra cœlum, totidemq; ſiniſtra
Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei, totidemq; plagæ tellure premuntur:
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu:
Nix tegit alta duas: totidem inter vtranq; locauit,
Temperiemq; dedit, miſta cum frigore flamma.
Imminet his aer: qui quanto eſt pondere terræ
** Pondere aquæ leuior, tanto eſt oneroſior igne:*
Illic, & nebulas, illic conſiſtere nubes
Iuſſit, & humanas motura tonitrua mentes,
Et cum fulminibus facientes frigora ventos.
His quoque non paſſim mundi fabricator habendũ
Aëra permiſit: vix nunc obſiſtitur illis,
Cùm ſua quiſque regat diuerſo flamina tractu,
Quin lanient mundum: tanta eſt diſcordia fratrũ.
Eurus ad auroram, Nabathæaq; regna receſſit,
Perſidaq;, & radijs iuga ſubdita matutinis.
Veſper, & occiduo quæ littore ſole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro: Scythiã, ſeptemq; triones
Horrifer inuaſit Boreas: contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluuioq; madeſcit ab auſtro.
Hæc ſuper impoſuit liquidũ, & grauitate carẽtem
Æthera, nec quicquam terrenæ fæcis habentem.
Vix ita limitibus diſcreuerat omnia certis,
Cùm, quæ preſſa diu maſſa latuére ſubipſa
*Sidera cœperunt toto * fulgeſcere cœlo.*
Neue regio foret vlla ſuis animalibus orba,
Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæq; Deorum.

Zonis enim quinque continetur atque diſtinguitur.

Aëris deſcriptio.
*Pondus.
Nebularum & nubium differentia.

Acclamatio. Venti.

Quatuor mũdi partes.

*Efferueſcere.
Eorum ſequitur opinionẽ, qui aiunt ſidera & Deos animalia eſſe.

Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ.
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.
Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ,
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Hominis creatio. *Natus homo est: siue hunc diuino semine fecit*
Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Siue recens tellus, seductaq; nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cœli:
Quam satus Iapeto mistam fluuialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Homo ad similitudinem Dei factus. *Pronáque cùm spectent animalia cætera terram,*
Os homini sublime dedit, cœlúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.
Sic, modò quæ fuerat rudis & sine imagine tellus,
Induit ignotas hominum conuersa figuras.

SAB. IN FAB. II.

Iaphet Noæ filius. IApetus fuit Iaphet Noæ filius maior natu: hunc vt virum sanctum, antiquitas non mortalium, sed cœlestium numero habuit: eiusque liberos, quos Poëtæ Titanas vocant, antiquiores genere humano celebrauit. Ex filijs autem ipsius, quorum septem numerantur, vnus, quisquis ille fuit, dictus est à Græcis Prometheus, à prouidentia. fuit enim præter cæteros prudens ac prouidus, vt testatur Hesiodi versus:

Iapeti filius in omnibus quæ gignuntur, instructus

Prometheus cur hominum plastes. Atq; is Prometheus celebratur hominum plastes, vel quia hominis propria est prudẽtia: fictor qui figulinã artem exercet, qui vel et figulus dictus.

vel quòd collatione cæterorum animalium homo ſingulari conſilio & prouidentia Dei creatus eſt: vel etiam eò quòd ex ſermonibus ipſius Promethei affluxit ad gentes doctrina de creatione humani generis, nempè quòd Deus ad imaginem ſui crearit hominem. Lactantius Firmianus putat Promethea fuiſſe primum, qui ſtatuas ſeu ſimulachra finxerit: ac ſcribit illum vixiſſe temporibus Iouis, quibus templa conſtitui, & Idola coli cœperunt. Diuus tamẽ Auguſtinus fabulam exponit eodem ferè modo, quo nos, videlicet de ſapientia & doctrina, qua ille hominum animos excoluit. ita enim ſcribit de ciuitate Dei: regnãtibus memoratis regibus fuiſſe à quibuſdam creditur Prometheus, quem propterea ferunt de luto formaſſe homines, quia optimus ſapientiæ doctor fuiſſe perhibetur. Qua vero prouidentia Dei, homo ſit creatus, indicat aptiſſima corporis figura, & facultas rationis, qua ipſe a brutis differt: eamque differentiam Ouidius in hac fabula explicat per quàm erudite his verbis:

Sanctius his animal, &c.

Dicitur enim animal ſanctum & capax altæ mentis, animal rationale, habens agnitionem Dei: eſtque ſolus homo particeps rationis, cuius cætera animalia omnia ſunt expertia. Neque aliud ſignificat hoc loco mens alta, niſi rationem notitia Dei & legis naturæ

Homo animal ſanctum & particeps rationis.

(quæ eſt radius ſapientiæ Dei) illuſtratam. Ac omnia huius mentis imperio ſubiecta ſunt: nam etſi multa animantium genera & mole & robore corporis præſtant (quæ enim hominis comparatio vel ad Balænam? vel ad Elephantem?) tamen ipſe omnium Dominus exiſtit, propter rationem. hac nimirum in profundo aquæ piſces capit: hac in terra feras & belluas domat: hac è ſublimi aëre volucres in ſuam poteſtatem redigit: figura item corporis humani, non prona, ſed erecta, documentum eſt finis, ad quem homo creatus eſt: nempe ad agnitionem Dei, & contemplationem rerum cœleſtium, quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animalium pertinet, quàm ad genus humanum: id quod etiam Poeta noſter ſignificat verbis admodum illuſtribus, cum inquit:

Omnia mentis imperio ſubiecta ſunt.

Figura hominis docet ad quem finem ſit creatus.

Finxit in effigiem, &c.

Ac videtur Ouidius præclaram hanc ſententiam mutuatus à M. Tullio Cicerone, qui primo de Legib. ita ſcribit: figuram corporis habilē & aptam ingenio humano dedit. nam cum cæteros animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cœli quaſi cognationis domicilijque priſtini conſpectum excitauit. Eandem vero ſententiam Silius Italicus imitatus, reddidit his verſibus, bonis quidem, ſed longe diſſimilibus:

Nonne vides hominum vt celſos ad ſidera vultus
Suſtulerit

Sustulerit Deus, ac sublimia finxerit ora,
Cum pecudes volucrūq; genus formasq; ferarum
Segnem atq; obscœnam passim strauisset in aluum.

Porrò quod Prometheus fingitur auxilio Mineruæ in cœlum ascendisse, & ignem facula sustulisse de rota Solis, quo igne homines animati sint: eo significatum arbitror, eum doctrinam de Deo, & uitæ leges, & anni ordinationem multis populis tradidisse, vt lutea eorum corpora, hoc est, rudes animi, honestis artibus excolerentur. Fuit enim Astronomus, suo tempore omnium peritissimus, teste Seruio: ac quoniam fertur in Caucaso monte, Aquilæ signi cœlestis causam, naturam, & situm indagasse, ob hanc curam & sollicitudinem fingitur alligatus Caucaso, vbi aquila cor ipsius exedat. Adhæc, Plinius refert, flammam à Prometheo excussam è silice, cuius vsus antea erat ignotus: quod etiam existimo allegoricè dictum esse.

Prometheus ignem quomodo è cęlo sustulit.

Prometheus alligatus Caucuso.

FABVLA III.
De quatuor mundi ætatibus.

AVrea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectúmq; colebat:
*Pœna metusq; aberant: nec *vinclaminacia collo*
Aere ligabantur: nec supplex turba timebat
*Iudicis ora sui: sed erant sine *iudice tuti.*
Nondum cæsa suis, peregrinum vt viseret orbem,
Montibus, in liquidas pinus descenderat vndas:

Aurea ætas. Periphrasis legum, quæ in æs incidebantur.
*verba minantia fixo.
*vindice.

Nullaq; mortales, præter sua, littora norant.
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ:
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat: sine militis vsu
Mollia securæ peragebant otia gentes.
Litui periphrasis. *Ipsa quoque immunis, rastroq; intacta, nec vllis*
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus:
Contentiq; cibis nullo cogente creatis,
*Arboreos. *Arbuteos fœtus, montanaq; fraga legebant,*
Cornaq;, & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.
Ver erat æternum: placidiq; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant:
*Species pro genere. Flauaq; de viridi stillabant *ilice mella.*

SAB. IN FAB. III.

Successu tẽporum omnia in peius ruunt.

PRopagato genere humano, mundus paulatim degenerauit, ac subinde factus est deterior. hæc est enim rerum humanarum conditio, vt successu tẽporum omnia in peius ruant: ac quemadmodum semina & plantæ paulatim degenerant, ita quoq; homines singulis ætatibus deteriores nasci manifestum est. Quod vt significarent Poëtæ, confinxerunt Metamorphosin ætatum: ac fabulati sunt primam ex aurea factam esse argenteam: deinde ex argentea factam esse æneam: ac postremò

ſtremò ferream. Dicitur autẽ prima ætas aurea, tùm propter naturam & bonitatẽ hominum: tùm propter facilitatem victus ac tranquillitatẽ vitæ: primi enim homines & natura erant preſtãtiores, atq; viuaciores, quàm nunc ſunt: & ſapientia excellebãt, id quod indicant variæ artes ab illis inuentæ: & piè, iuſtè, temperanterq; viuebant. cumq; initio & aër ſalubrior eſſet, & terra fœcundior, non ſolum quia natura proprior erat origeni, ſed etiam quia minus erat ſcelerum, victus facile parabatur, qui nunc multa cultura & magno labore quęritur: omneſq; vt erant liberi, ita nemo laborũ ſollicitudine, nemo opum cupiditate angebatur. Hinc boni homines apud Theocritum aurei viri dicuntur: Et Socrates apud Platonem in Cratylo, Si quis (inquit) nunc ex noſtris bonus ſit, an ne putes hunc aurei generis ab Heſiodo æſtimari? Ac videtur hæc fabula de quatuor ætatibus nata ex Danielis Hiſtoria de illa ſtatua in ſomno à Rege viſa, in qua prima Monarchia pingitur aurea, ſecunda argentea, tertia ænea, quarta ferrea: eſtque veriſimile, hãc ipſam Hiſtoriam Græcis fuiſſe non ignotam, vtpote qui multum commercij olim cum AEgyptijs habuerunt.

Prima ætas cur aurea dicta.

FABVLA IIII.

De quatuor anni temporibus.

Argentea ætas ſub Ioue.

POſtquam Saturno tenebroſa in Tartara miſſo,
Sub Ioue mũdus erat, ſubijt q; argentea proles,

Auro deterior, fuluo pretiosior ære:
Iupiter antiqui contraxit tempora veris,
Quatuor anni partes. *Perq; hyemes, æstúsque, & inæquales autumnos,*
Et breue ver spatijs exegit quatuor annum.
Tum primùm siccis aër feruoribus vstus
Canduit, & ventis glacies astricta pependit.
Tum primùm subiêre domos: domus antra fuerũt,
Et densi frutices, & iuncta cortice virgæ.
Semina tum primùm longis Cerealia sulcis
Obruta sunt, pressiq; iugo gemuêre iuuenci.
Tertia post illam successit ahenea proles,
AEtas ahenea & ferrea. *Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma,*
Non scelerata tamen. De duro est vltima ferro.
Protinus irrupit venæ peioris in æuum
Omne nefas: fugêre pudor, verúmque fidésque:
In quorum subiere locum, fraudésque, dolíque,
Auaritiæ periphrasis. *Insidiæq;, & vis, & amor sceleratus habendi.*
Vela dabat ventis, nec adhuc bene nouerat illos
Nauita, quæq; diu steterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis insultauere carinæ:
Communemque prius, ceu lumina Solis & auræ,
*Cautus humum longo signauit limite *mensor.*
*messor vel fessor.
Nec tantùm segetes, alimentáq; debita diues
Virg. 3. AEn. *Poscebatur humus: sed itum est in viscera terræ:*
Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames. *Quasq; recõdiderat, Stygijsq; admouerat vmbris,*
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iamq; nocens ferrum, ferróque nocentius aurum
Bellorũ nerui tres, aurum, ferrum, manus. *Prodierat: prodit bellum, quod pugnat vtroque,*
Sanguineáque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto: non hospes ad hospite tutus,

Nec

Nec ſocer à genero, fratrum quoq́ gratia rara eſt.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti:
Luridaterribiles miſcent aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas: & virgo cæde madentes
Vltima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.

Conſulit diuinos & Mathematicos de parentum morte.

SAB. IN FAB. IIII.

OCcaſio fabulæ de Saturno miſſo in Tartara, ſumpta eſt ex profunditate aëris. Saturnus enim mouetur omnium Planetarum extremus, eſtque longiſſime ſubmotus a terra: & ingens cœli altitudo appellatur Tartarus. Nec facilè animaduertitur illius motus, cum ipſe in conficiendo curſu ita ſegnis ſit ac tardus, vt quaſi ſtare videatur: vnde etiam fingitur eſſe in compedibus, vt refert Lucianus in libello de Aſtrologia.

Saturnus miſſus in Tartara.

FABVLA V.
De Gygantomachia.

NEue foret terris ſecurior arduus æther,
Affectaſſe ferunt regnum cœleſte Gigantes,
Altáque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
Tum pater omnipotens miſſo perfregit Olympum
Fulmine, & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ.
Obruta mole ſua cùm corpora dira iacerent,
Perfuſam multo natorum ſanguine terram
Immaduiſſe ferunt, calidumq́ animaſſe cruorem:
Et ne nulla ſuæ ſtirpis monumenta manerent

Mõtes Theſſaliæ notiſſimi.

Gigantum ſanguis in homines.

In faciem vertisse hominum: sed & illa propago
Contemptrix superûm, saeuáq; audissima cædis,
Et violenta fuit: scires è sanguine natam.

SAB. IN FAB. V.

Gigantes pro seditiosis.

GIgantomachia potest accommodari ad conspirationem hominum in republica præpotentum: quales olim fuerunt, Sylla, Marius, Catilina, Antonius, & si qui alij viribus suis freti, iniusta & nefaria bella mouerunt aduersus rempublicam. Perhibentur enim Gigantes tantis tamq; præualidis fuisse viribus, vt ad oppugnandum cœlum altissimos montes humeris suis comportarint. Ac quanquam alij quoque infimæ sortis homines, qui vel in republica aduersus leges seditiosè tumultuantur, vel impuro ore conuicia in Principes euomunt, in Gigantum numero habendi sunt: tamen qui non habent vires gestãdis montibus pares, vix Gigantum fraterculi dici possunt. non dubium est autem fabulam in istos conflctam esse, quicunque aduersus leges ac Magistratum arma sumunt: nam cùm diuinitus constituantur respublicæ, quid est aliud aduersari legibus & Magistratui, quàm ipsi Deo?

Gigantes pro hostibus Ecclesiæ.

Potest etiam accommodari ad hostes Ecclesiæ, qui aut falsa doctrina, aut vi conantur labefactare veram religionem. Sacræ literæ enim testantur Gigantes fuisse homines à vero Dei cultu & à iustitia alienos. Est igitur in hac fabula

fabula cœlũ, vel reſpublica, vel Eccleſia: Iupiter ſupremus Magiſtratus: Gigantes vel ciues ſeditioſi, vel Hæretici, vel Tyranni, qui manus inferunt pijs, & iniuſta ſanciunt: Montes ad oppugnandum cœlum congeſti, conatus temerarij, & opiniones impiæ: fulmen Iouis, diuina vltio. nam omnes puniuntur diuinitus, ac perinde vt Gigantes habent triſtes exitus, quicunque contra legitima Imperia quibus ſubiecti eſſe debent, arma capiunt, aut qui delere Eccleſiam conantur, ſicut exempla Catilinæ, Bruti, Caſſij, Diocletiani & aliorum oſtendunt.

Triſtes habẽt exitus ſeditioſi & Tyranni.

Vt verò Poëtæ tales tamque nefarios homines deteſtarentur tanquàm monſtra, affinxerunt Gigantibus pedes anguinos. nihil eſt enim tam immane, tam monſtroſum, quàm aduerſus Deum, aduerſus pietatem, aduerſus Magiſtratum, Leges, ius & æquum, aliquid moliri. Ioachimus Camerarius, vir omni doctrina eruditus, anguinos Gigantum pedes exponit de improbis conſiliarijs, quorum turpi ſuſtentatione Tyranni tanquàm pedibus nituntur.

Cur Poëtæ Gigantibus pedes anguinos affinxerunt.

Extat Iacobi Sadoleti liber de laudibus Philoſophiæ, qui inſcribitur Phædrus, vbi facetè cum Gigantibus etiam conferuntur Philoſophi, qui ingenijs ſuis nimium confidunt, ſibique omnem ſapientiæ laudem arrogant; in eo libro Phædri verba ſunt hæc: Atqui mihi

Philoſophi quomodo Gigantes dicti.

videntur veteres illi haud illepidè de Gigantibus fabulati, quo horum insolentiam temeritatemque arguerent: quod ea re firmius adducor, vt credam: quòd illi montibus tribus tanquam gradibus, sic Philosophi trinis antea à nobis memoratis Philosophiæ partibus in altissima loca moliuntur ascensum:

Ter sunt conati imponere Pelion Ossæ.
Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympũ:
Ter pater extructos disiecit fulmine montes.

Scripsit diuinè, vt omnia, Poëta omnium maximus: nec tam ille vt Gigantũ, qui certè nulli id egerunt; quàm vt hominum suis ingenijs nimium confidentium arrogantiam refelleret. quanquam non ingenij est, sed dementiæ, quæ nullo intelligi pacto queunt, in ea nihilominus mentis aciem ad intelligendum intendere.

Noli altum sapere.

Tum pater omnipotens, &c.

Plinius scribit hanc ob causam Ioui fulmen assignari, quòd inter Saturnum & Martem Iupiter sit medius: quodque contrariæ qualitates maximè in Ioue coëant, ex superiore videlicet Saturni circulo qualitas nimij frigoris, & ex Marte qualitas nimij caloris. Harum conflictu fulmen cum tonitru emitti veluti ex flagrante ligno carbo exilit cum crepitu propter earundem qualitatum pugnam.

Iupiter cur fulminator.

FABVLA

FABVLA. VI.

De lycaone in lupum conuerso.

Qva pater vt ſumma vidit Saturnius arce,
Ingemit: & facto nondum vulgata recenti
*Fœda Lycaoniæ referens conuiuia *menſæ,*
Ingentes animo, dignas Ioue concipit iras, *cœnæ.
Conciliumq́, vocat: tenuit mora nulla vocatos.
Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo: Lacteus circulus.
Hàc iter eſt ſuperis ad magni tecta Tonantis, Alludit ad Palatium Ro. in quo imperatores cum principibus habitabant.
Regalémque domum: dextra, lauáque Deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis: à fronte potentes
Cœlicolæ, clarique ſuos poſuêre penates.
Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixiſſe palatia cœli.
Ergo vbi marmoreo ſuperi ſedere receſſu,
Celſior ipſe loco, ſceptróque innixus eburno,
Terrificam capitis concuſſit térque, quaterque,
Cæſariem, cum qua terram, mare, ſidera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit;
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempeſtate fui, qua centum quiſque parabat Iupiter oſtẽdit genus humanum dignũ eſſe quod perdatur.
Iniicere anguipedum captiuo brachia cœlo.
Nã, quanquã ferus hoſtis erat, tamẽ illud ab vno
Corpore, & ex vna pendebat origine bellum. Ab hominibus eiuſdem generis & formæ.
Nunc mihi, quà totum Nereus circũſonat orbem,
Perdendum eſt mortale genus: per flumina iuro
Infera, ſub terras Stygio labentia luco,
Cuncta priùs tentanda, ſed immedicabile vulnus

Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.
Sunt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina Fauni,
Et Nymphæ, Satyríque, & monticolæ Syluani:
Occupatio. *Quos quoniam cœli nondum dignamur honore,*
Quas dedimus, certè terras habitare ſinamus.
A maiori. *An ſatis, ô ſuperi tutos fore creditis illos,*
Cùm mihi, qui fulmen, qui vos habeoq́, regóque,
Struxerit inſidias notus feritate Lycaon?
Conſremuere omnes: ſtudiiſque ardẽtibus auſum
Talia depoſcunt. Sic cùm manus impia ſæuit
In Auguſti gratiam hæc referuntur. *Sanguine Cæſareo Romanum extinguere nomen,*
Attonitum tanto ſubitæ terrore ruinæ
Humanum genus eſt, totúſque perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas Auguſte tuorum,
Quàm fuit illa Ioui, qui poſtquam voce manuq́,
Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.
Subſtitit vt clamor preſſus grauitate regentis,
Iupiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit:
Ille quidem pœnas (curam hanc dimittite) ſoluit:
Quod tamen admiſſum, quæ ſit vindicta, docebo.
Contigerat noſtras infamia temporis aures:
Quam cupiens falſam, ſummo delabor Olympo,
Et Deus humana luſtro ſub imagine terras.
Longa mora eſt, quantum noxæ ſit vbiq; repertum
Mænalus vrbs & mons Arcadiæ celeberrimus: *ſpineta. *Enumerare: minor fuit ipſa infamia vero.*
Mænala tranſieram latebris horrenda ferarum,
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycæi:*
Arcados hinc ſedes & inhoſpita tecta tyranni
Ingredior, traherent cùm ſera crepuſcula noctem.
Signa dedi veniſſe Deum: vulgúſque precari
Cœperat:

Cœperat: irridet primò pia vota Lycaon:
Mox ait, Experiar Deus hic discrimine aperto,
An sit mortalis: nec erit dubitabile verum.
Nocte grauem somno, nec opina perdere morte
Me parat. Hæc illi placet experientia veri.
Nec contentus eo missi de gente Molossa
Obsidis vnius iugulum mucrone resoluit,
Atque ita semineces partim feruentibus artus
Mollit aquis, partim subiecto torruit igni.
Quos simul imposuit mensis: ego vindice flamma Lycaon in Lupum.
In dominum dignos euertit tecta penates.
Territus ipse fugit, nactusque silentia ruris,
Exululat: frustráque loqui conatur: ab ipso
Colligit os rabiem: solitæq; cupidine cædis
Vertitur in pecudes, & nunc quoq; sanguine gaudet.
In villos abeunt vestes, in crura lacerti:
Fit lupus, & veteris seruat vestigia formæ:
Canicies eadem est, eadem violentia vultus:
Iidem oculi lucent: eadem feritatis imago est. Plin. li. 11. cap. 17.

SAB. IN FAB. VI.

DEorum concilia apud Poëtas docent res humanas non ferri casu, sed gubernari certo Dei consilio. Itidem admonent nihil temerè nihil inconsultò agendum in Republica: nam si Iupiter, cui attribuitur summa potestas omnium rerum, adhibet superos in consilium, quoties ei statuendum est aliquid grauius: quantò magis id fieri debet ab hominibus, cum humana sapientia, ad diuinam Concilium Deorum. Officium boni magistratus.

collata, sit nulla. Hinc ergò discant, quicunq; in summo sunt Magistratu, ne quid agant sine consilio, sed vt conuocent concilium, audiant multorum sententias, placita temperent, & cogitent vbi magni momenti negocium agitur, ne Ioui quidem suum satis esse consilium. Describitur autē egregiè officium boni Principis & ratio puniendorum delictorum hoc loco, vbi Iupiter in cœtu Deorum sic inquit:

Perdendum est mortale genus &c.

Ratio puniendorum delictorum.

Hic enim Principes ac Magistatus docentur, non aliter agendum cum ciuibus qui delinquunt, atque cum membris languentibus. Semper quidem anteferendam lenitatem seueritati: sed vt in difficilibus morbis curandis, sic in grauibus delictis puniendis interdum acrioribus vtendum remedijs. Quod vt sapientissimus Poeta significet, fingit ipsum Iouem affirmare iureiurando se inuitum persequi pœnas atrociores: eundemque ferre hanc sententiam in homines perditos, videlicet partem corporis, quæ remedium non admittit, esse recidendam. Hac etiam de causa olim Romanis consulib. præferebantur fasces, hoc est, virgæ securibus alligatæ: quibus idem significabatur, nempe corrigendam esse maliciam quæ sanari possit, quæ vero emendari nequeat, abscindendam esse. virgæ enim corrigunt: secures autem abscindunt. Constantinus Imperator cum aliquando consultaret de coërcenda

Cur Romanis consulibus preferebantur fasces.

coërcenda morum petulantia, fertur vsurpasse Ouidianam hanc sententiam, atq; ita exclamasse: immedicabile vulnus ense recidendum est: significans animaduertendum esse summa seueritate in homines improbos, qui emẽdari nequeunt: eosque nullo modo in republica ferendos esse. M. Cicero eadem sententia vtitur libro Officiorum tertio, vbi sic inquit: Etenim vt membra quædam amputantur si & ipsa sanguine & tanquam spiritu carere ceperint & noceant reliquis: sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ, à communi tanquàm humanitate corporis segreganda est. Item Claudia. in Eutropium.

Vlcera possessis alta suffusa medullis
Non leuiore manu, ferro sanantur & igni.

Hæc igitur diuina sententia omnibus reipublicæ gubernatoribus obseruanda est, vtpote ab ipso Ioue lata, & in augusto senatu Deorum comprobata.

Cæterum & illud obseruatione dignum est, quòd in hoc concilio Superi finguntur esse solliciti, de conseruando cultu diuino, ac vereri, ne is intereat toto genere humano extincto. Vt patet his verbis.

Dicta Iouis pars voce probant, &c.

At videtur hic locus esse sumptus ex Platone, qui scribit, omnia esse condita hominum causa, homines verò Deorum causa. Deus enim vult agnosci, coli, inuocari: idq; signifi-

cat iſta ſollicitudo, quam Ouidius tribuit Superis.

Eſt via ſublimis cœlo manifeſta &c.

Ariſtoteles in Metaphyſicis ſcribit hanc eſſe cauſam, cur Poëtæ fingant Deos iurare per aquam, vt cum ea ſit omnium prima & antiquiſſima, ſignificent nihil ducendum prius, nihil antiquius & ſanctius, religione iuriſiurandi.

Dij cur per aquam iurét.

Cuncta priùs tentanda, &c.

Satyri & Fauni traduntur eſſe homunculi bicornes, naribus aduncis, corpore piloſo, & pedibus Caprinis: qui vtrum ſint animalia, an Demones, nihil quod affirmem habeo. Plutarchus in vita Syllæ ſcribit, Satyrum fuiſſe captum non longe ab Appollonia ciuitate Epiri, qualem Poëtæ & Pictores effingunt: productúmque ad Syllam, & per multos interpretes interrogatum, quis nam eſſet, edidiſſe quidem vocem, ſed à nemine intellectam, vtpote equi hinnitum capræ balatu permixtum. poſtea iubente Sylla fuiſſe dimiſſum, datis comitibus à quibus reduceretur in ſylúas. Diuus Hieronymus quoq; ſcribit in vita Pauli Eremitæ, idem animal tempore Conſtantini Cæſaris captum, ac perductum Alexandriam, præbuiſſe magnum populo ſpectaculum: ac poſtea eius cadauer ſale perfuſum, ne putreſceret, miſſum fuiſſe Antiochiam Cæſari videndum. Adhæc ſcribit ipſum Paulum in eremo

Satyri & Fauni.

mo AEgypti, conſpicatum & allocutum eſſe talem homunculum capripedem & cornutum, atque ab eo accepiſſe hoc reſponſum: Mortalis ego ſum, & vnus ex incolis eremi, quos gentilitas colit vario errore deluſa, Faunoſque & Satyros appellat: legatione fungor gregis mei: precamur vt pro nobis communem Deum depreceris, quem pro ſalute mundi veniſſe cognouimus.

Notus feritate lycaon? &c.

Lycaon in Lupum.

Lycaon rex Arcadiæ primus inducias belli violaſſe fertur immolato Ioui obſide, quem à Moloſſis acceperat: cumq; hac perfidia redegiſſet in poteſtatem ac ditionem ſuam homines ſimplices, quibuſcum inducias fecerat, & eos tanquàm oues deuoraſſet, Poëtæ ad nomen alludentes, finxerunt ipſum in Lupum eſſe mutatum à Ioue, cui humanas carnes apoſuiſſet. Lúkos enim Lupum ſignificat. Hæc igitur fabula deteſtatur impietatem, perfidiam, & inhoſpitalitatem, qua nil eſt immanius.

Sanctum vinculum hoſpitij.

Quàm arctum verò & ſanctum olim fuerit vinculum hoſpicij, ex eo apparet, quòd antiquitas Iouem vocauit hoſpitalem: apparet, item ex Hiſtoria Liuij de Badio ciue Campano, qui in conſpectu duorum exercituum, Q. Criſpino Romano hoſpitium ſolenniter renunciat, vt cum eo congredi poſſit hoſtili more. Tanti enim fiebat olim ius hoſpitij, vt ne ab hoſtibus quidem violaretur.

FABVLA VII.

De diluuio & reparatione generis humani iactu lapidum.

OCcidit vna domus: sed non domus vna perire
Digna fuit: quà terra patet fera regnat Erin
In facinus iurasse putes. dent ocyus omnes (nis:
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas.
Dicta Iouis pars voce probãt, stimulosq; * frementi
Adijciunt: alij partes assensibus implent.
Est tamen humani generis iactura dolori
Omnibus: & quæ sit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant: quis sit laturus in aras
Thura: ferísne paret populandas tradere terras?
Talia quærentes (sibi enim fore cætera curæ)
Rex superum trepidare vetat, sobolémque priori
Dissimilem populo promittit origine mirà.
Iámque erat in totas sparsurus fulmina terras:
Sed timuit, ne fortè sacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas: totúsque arderet axis.
Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptáque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum:
Pœna placet diuersa, genus mortale sub vndis
Perdere, & ex omni nimbos dimittere cœlo.
Protinus AEolijs Aquilonem claudit in antris,
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes,
Emittítque Notum: madidis Notus euolat alis,
Terribilem picea tectus caligine vultum.
Barba grauis nimbis, canis fluit vnda capillis,
Fronte sedent nebulæ, rorant pennæq;, sinúsque.

Vtq;

* furenti.

Iupiter cur diluuio, non ignibus genus humanũ perdere vult. Dogma Christiano conueniens.

Austri venti descriptio.

Vtq; manu latè pendentia nubila pressit,
Fit fragor, & densi funduntur ab æthere nimbi.
Nuntia Iunonis varios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus affert.
Sternuntur segetes, & deplorata colonis
Vota iacent, longíque perit labor irritus anni.
Nec cœlo contenta suo est Iouis ira, sed illum
Cœruleus frater iuuat auxiliaribus vndis. Periphrasis Neptuni.
Conuocat hic amnes: qui postquam tecta tyranni
Intrauere sui, Non est hortamine longo
Nunc, ait, vtendum: vires effundite vestras: Diluuij descriptio.
(Sic opus est) aperite domos, ac mole remota
Fluminibus vestris totas immittite habenas.
Iusserat. hi redeunt, ac fontibus ora relaxant. Fictio à causa naturali.
Et defrænato voluntur in æquora cursu.
Ipse tridente suo terram percussit: at illa
Intremuit, motúque vias patefecit aquarum.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos,
Cúmque satis arbusta simul, pecudésque, virosq;
Tectáque, cúmque suis rapiunt penetralia sacris.
Siqua domus mansit, potuítque resistere tanto
Indeiecta malo: culmen tamen altior huius
Vnda tegit, pressæq; latent sub gurgite turres. Tapinosis.
Iámque mare, & tellus nullũ discrimen habebant:
Omnia pontus erant: deeránt quoque littora ponto.
Occupat hic collem: cymba sedet alter adunca, Distributio qua inundationem amplificat.
Et dúcit remos illic, vbi nuper arârat.
Ille super segetes, aut mersæ culmina villæ
Nauigat: hic summa piscem deprendit in vlmo.
Figitur in viridi (sic fors tulit) anchora prato:

*Terunt. Species pro genere.

*Aut ſubiecta*tegunt curuæ vineta carinæ:*
Et modò quà graciles gramen carpſere capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora phocæ.
Mirantur ſub aqua lucos, vrbéſque, domóſque,
Nereides: ſyluáſque tenent delphines, & altis
Incurſant ramis, agitatáque robora pulſant.
Nat lupus inter oues: fuluos vehit vnda leones:

Dentium vis qui inſtar fulminis vrunt & feriunt.

Vnda vehit tigres: nec vires fulminis apro,
Crura nec ablato proſunt velocia ceruo.

Hirundinis periphraſis.

Quæſitíſque diu terris, vbi ſiſtere poſſit,
In mare laſſatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti:
Pulſabántque noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars vnda rapitur: quibus vnda pepercit,
Illos longa domant inopi ieiunia victu.

Vel potius Phocida ſeparant Aonij ab Actæis. hypallage.

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis
Terra ferax, dum terra fuit: ſed tempore in illo
Pars maris, & latus ſubitarum campus aquarum.
Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus,
Nomine Parnaſſus, ſuperátque cacumine nubes.
Hîc vbi Deucalion (nam cætera texerat æquor)
Cum conſorte tori parua rate vectus adhæſit,
Corycidas Nymphas, & numina montis adorat,
Fatidicamq; Themin, quæ tunc oracla tenebat.
Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui
Vir fuit, aut illa reuerentior vlla Deorum.
Iupiter vt liquidis ſtagnare paludibus orbem,
Et ſupereſſe virum de tot modò millibus vnum,
Et ſupereſſe videt de tot modò millibus vnam.
Innocuos ambos, cultores numinis ambos:

Nubila

Nubila diſſecit, nimbiſq; Aquilone remotis,
Et cœlo terras oſtendit, & æthera terris.
Nec maris ira manet: poſitóque tricuſpide telo — Tridentis periphraſis.
Mulcet aquas rector pelagi: ſupraq; profundum — Triton concha longiore pro tuba vtitur.
Extantem, atque humeros innato murice tectum
Cæruleum Tritona vocat, conchaque ſonanti
Inſpirare iubet, fluctuſq; & flumina ſigno
Iam reuocare dato, caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo:
Buccina, quæ in medio concepit vbi aëra ponto, — Anadiploſis.
Littora voce replet ſub vtroque iacentia Phœbo. — Hyperbole poetica.
Tum quoque vt ora Dei madida rorantia barba
Contigit, & cecinit iuſſos inflata receſſus,
Omnibus audita eſt telluris, & æquoris vndis:
Et quibus eſt vndis audita coërcuit omnes.
Iam mare littus habet: plenos capit alueus amnes:
Flumina ſubſidunt: colles exire videntur:
Surgit humus: creſcunt loca decreſcentibus vndis.
Poſt q; diem longam nudata cacumina ſylvæ
Oſtendunt limumque tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat, quem poſtquam vidit inanem, — * Apertum.
Et deſolatas agere alta ſilentia terras,
Deucalion lacrymis ita Pyrrham affatur obortis:
O ſoror, ô coniux, ô fœmina ſola ſuperſtes, — Oratio pathetica.
Quam commune mihi genus, & patruelis origo, — Blandientis eſt. tantum enim hæc ex Epimetheo, ille ex Prometheo fratribus patruelis erant.
Deinde thorus iunxit, nunc ipſa pericula iungunt:
Terrarum, quaſcunque vident occaſus, & ortus,
Nos duo turba ſumus: poſſedit cætera pontus.
Hæc quoque adhuc vitæ non eſt fiducia noſtræ
Certa ſatis: terrent etiam nunc nubila mentem.

*Quid. *Quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
*Animi. Nunc *animus miseranda foret? quo sola timorẽ
Ferre modo posses? quo consolante dolores?
Nanq; ego (crede mihi) si te quoq; pontus haberet,
Te sequerer coniux, & me quoque pontus haberet.
O vtinam possem populos reparare paternis
Artibus atque animos formatæ infundere terræ.
Nunc genus in nobis restat mortale duobus,
(Sic visum est superis) hominũ q; exẽpla manemus.
Dixerat, & flebant: placuit cœleste precari
Numen, & auxilium per sacras quærere sortes.
Nulla mora est: adeunt pariter Cephisidas vndas,
Et nondum liquidas, sed iam vada nota secantes.
Inde vbi libatos irrorauere liquores
Vestibus, & capiti, flectunt Vestigia sacræ
Ad delubra Deæ: quorum fastigia turpi
Squallebant musco, stabant q; sine ignibus aræ.
Vt templi tetigere gradus, procumbit vterque
Pronus humi, gelido q; pauens dedit oscula saxo.
Atque ita, si precibus, dixerunt, numina iustis
Themis oraculorum prẽses. Victa remolle scunt, si flectitur ira Deorum,
Dic Themi, qua generis damnum reparabile nostri
Arte sit, & mersis fer opem mitissima rebus.
Mota Dea est, sortémque dedit: discedite templo,
Et velate caput, cincta si q; * resoluite vestes,
*Reuolmite. Ossáque post tergum magnæ iactate parentis.
Obstupuere diu: rumpitque silentia voce
Pyrrha prior, iussis q; Deæ parêre recusat:
Détque sibi veniam, pauido rogat ore: pauétque
Lædere iactatis maternas ossibus vmbras.

Interea

Interea repetunt cæcis obſcura latebris
Verba datæ ſortis ſecum, inter ſeq; volutant.
Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet, & aut fallax, ait, eſt ſolertia nobis,
Aut pia ſunt, nullumq; nefas oracula ſuadent.
Magna parens terra eſt: lapides in corpore terræ
Oſſa reor dici: iacere hos poſt terga iubemur.
Coniugis augurio quanquàm Titania mota eſt,
Spes tamen in dubio eſt: adeò cœleſtibus ambo
Diffidunt monitis: ſed quid tentare nocebat?
Diſcedunt, velantq; caput, tunicáſque recingunt,
Et iuſſos lapides ſua poſt veſtigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat, niſi ſit pro teſte vetuſtas?)
Ponere duritiem cœpêre, ſuumq; rigorem,
Mollirique mora, mollitáque ducere formam:
Mox vbi creuerunt, naturáque mitior illis
Contigit, vt quædam, ſic non manifeſta videri
Forma poteſt hominis, ſed vtî de marmore cœpta.
Non exacta ſatis, rudibúſque ſimillima ſignis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida ſucco,
Et terrena fuit, verſa eſt in corporis vſum.
Quod ſolidum eſt, flectiq; nequit mutatur in oſſa:
Quæ modò vena fuit, ſub eodem nomine manſit:
Inq; breui ſpatio ſuperorum numine, ſaxa
Miſſa viri manibus faciem traxêre virorum:
Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu.
Inde genus durum ſumus, experienſq; laborum:
Et documenta damus, qua ſimus origine nati.

SAB. IN FAB. VII.

SEquitur descriptio diluuij, quo extinctum est genus humanum propter impietatem, iniustitiam,& crudelitatem: in qua descriptione obseruandæ sunt amplificationes, prosopopœiæ,& hypotyposes Poëticæ. Nam Ouidius non tantum dicit aquas inundasse terram vniuersam, sed addit causas & rationes, vnde tanta vis aquarum extiterit, nempe ex magnis & assiduis imbribus, terræq; motibus. ad has vero naturales causas variè & iucundè explicandas, fingit primò Aquilonem ventum à Ioue includi in carcerem, ne quid impedimenti diluuio inferat. est enim Aquilo siccus, quo flante, nubes & imbres dissipari solent. Contra Austrum immitti ad inducendas nubes & pluuias: is enim ventus est humidus: ideoque nubila fronte, humida barba, madidis capillis & rorantibus pennis depingitur. Deinde Irim Iunonis nunciam colorata veste indutam afferre alimenta nubibus ac pluuijs: quia imbres augentur roscida illa nube, in qua arcus cœlestis apparet in aquam condensata. Adhæc fingit Neptunum Iouis fratrem conuocare & hortari flumina ad effundendam omnem vim aquarum: suoq; sceptro concutere & mouere terram. Postremò, decrescentibus vndis Aquilonem rursus emitti ad inducendam serenitatem: ac Tritonem Neptuni tubicinem canere receptui,& reuocare flumina ad

Causæ vnde tanta vis aquarum extiterit.

1 Aquilo.

2 Auster.

3 Iris.

4 Neptunus.

na ad fontes. Hæ prosopopœiæ & hypotypoſes docent, quomodo res in Poëmate illuſtrandæ atque amplificandæ ſint.

Porrò, reparatio hominum aſcribitur Deucalioni filio Promethei, eadē (vt arbitror) ratione, qua creatio hominis aſcribitur ipſi Prometheo: nempe quod gentes ab eo edoctæ, retinuerint memoriam diluuij. Apud Lucianum in libello de Syria Dea extat locus, ex quo manifeſtum eſt, per diluuium Deucalionis intelligi, non (vt quidam volunt) inundationem illam, qua olim Græcia & Italia vaſtata, atq; Atlanta Inſula abſorpta eſt: ſed diluuium vniuerſale, quod fuit Noæ temporibus. Sic enim ibi ſcribit Lucianus, tradi à Græcis hanc hominum generationem, quæ nunc eſt, ab initio haud quaquam fuiſſe, ſed eam quæ tunc fuit, totam interijſſe. hos autem homines, qui nunc ſunt, ſecundi generis eſſe, eius, quod rurſus à Deucalione in tantam multitudinem excreuit. De illis autem hominibus, huiuſmodi quædam narrari: cum efferi admodum eſſent, nefaria opera eos perpetraſſe, neque enim iuſiurandum ſeruaſſe, neque hoſpites recepiſſe, neq; ſupplicum miſertos eſſe. ob quam rem, ipſos maximam quoq; calamitatem ſubijſſe. Statim enim & tellus multam aquam effudit, & imbres magni fuerunt, & flumina ſolito maiora decurrerunt, & mare eò vſque aſcendit, dum omnia aquis inuolue-

Reparatio hominum deucalioni aſcribitur.

Duo diluuia.

Per diluuium deucalionis intelligitur diluuium Noæ.

rentur, atq; omnes perirent. Deucalion autem solus hominum relictus fuit, in secundam videlicet generationem prudentiæ simul & pietatis gratia. Seruatus autem fuit hoc pacto: arcam quandam magnam, quam ipse habebat, impositis in eam & liberis & vxore sua, conscéndit. cæterum cum ipse ingrederetur, venerunt eodem & apri & equi, & Leonum genera, & serpentes, aliaq; quæcunque tellure pascuntur, bina ex vnoquoq; genere, cuncta. Ille autem recepit ad se omnia, atque ea ipsum haud quaquam lædebant, sed magna inter eos, Ioue ita dispensante, concordia erat, vnáque in arca omnes nauigabant, quàm diu aqua superabat: hæc Lucianus. Quin etiã Plutarchus de industria animalium scribit, columbam ex arca Deucalionis emissam attulisse indicium recedentis diluuij. Ex his igitur manifestum est, quod dixi, per diluuium Deucalionis intelligi diluuium Noæ: quia in sacris literis similia traduntur de animalibus à Noa in arcam receptis, & de columba ab eodem emissa.

Protinus Æolijs Aquilonem &c.

Iris, cur dicatur nuncia Iunonis.

Arcus cœlestis dicitur Iris ab eo quod est loqui: Sic enim Socrates apud Platonem exponit etymologiam huius vocabuli. Ac fingitur nuncia Iunonis, eò quod prædicit & nunciat pluuias: nam aër in quo coguntur imbres, Iunonis nomine consecratur, teste Lucilio

Lucilio Balbo apud Ciceronem.

Ipſe tridente ſuo terram percuſſit: &c.

Tridens Neptuno cur attribuitur.

Neptuno attribuitur tridens, propter tres orbis terrarum partes quas ambit Oceanus. ac quoniam in locis maritimis ſæpe fiunt terræmotus, & cum terræmotu inundationes, ideò fingitur Neptunus concutere terram ſuo tridente.

Tritona vocat, &c.

Triton monſtrum marinum.

Tiberio Cęſari (vt ſcribit Plinius) nunciatum fuit legatione ab Vlyſiponenſibus, Tritonem illic viſum & auditum in ſpecu concha canentem, ea qua noſcitur forma. Eſt autem monſtrum marinum, ſuperiore parte corporis referens effigiem viri: inferiore autem piſcem, colore eſt cœruleo, & teſtaceo conchyliorum operimento horret: id quod indicat Ouidius cum inquit:

-humeros innato murice tectum
Cœruleum Tritona vocat.

Triton cur Neptuni tubicen dicitur.

Fingitur Tubicen Neptuni, qui tanquàm ſigno dato ſedet fluctus: quia & concha canit, & quando auditur, vel apparet, tunc portendit tranquillitatem maris. Hinc Dido in in Epiſtola ad AEneam:

Iam venti ponent: ſtrataq; æqualiter vnda
Cœruleis Triton per mare curret equis.

(Dic Themi &c.

Themis fingitur oraculorum, hoc eſt, religionis præſes. nam ratio in natura inſita, ſta-

tuit esse Deum, & pietatem erga eum colendam: hancque sententiam animo quasi insculptam, tuetur omnium gentium consensio, quæ (vt inquit Cicero) lex naturę putanda est.

Magna parens terra est, &c.

Terra omnium parens cur dicta.

Terra omnium parens dicitur, quòd seminibus omnia pariat & fundat ex sese: stirpes amplexa alat, & augeat. Item quòd omnes animantes educet: educatos rebus omnibus sustentet ac foueat: recipiatq; in se morientes omnes, ac tanquàm gremio abscondat.

Missa viri manibus, &c.

Homines lapidum iactu quomodo reparentur.

Ad significandum animi corporisque duriciem quam habemus, Poëtæ finxerunt homines de lapidibus esse ortos: Fabulæ præbuit occasionem similitudo nominis. Lythos enim apud Græcos lapidem significat. Potest etiam referri fabula ad historiam: verisimile est enim, homines diu post diluuium habitasse sparsim in montibus & saxeis speluncis. Deucalionem vero rursus instituisse cœtus ad cõdendas vrbes, atque ita reparasse homines lapidibus retro iacti s, hoc est, spelúncis relictis: idque Themidis suasu. Est autem Themis, lex seu ius naturæ, cuius instinctu ciuilis vitæ institutio inuenta est.

FABVLA

FABVLA VIII.
De Pythone.

CAEtera diuersis tellus animalia formis
Sponte sua peperit, postquam vetus humor ab igne
Percaluit Solis, cœnumq́, vdæque paludes
Intumuére æstu, fœcundaq́, semina rerum
Viuaci nutrita solo, ceu matris in aluo,
Creuerunt, faciemq́, aliquam cæpêre morando.
Sic vbi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus, & antiquo sua flumina reddidit alueo,
Æthereoq́, recens exarsit sidere limus,
Plurima cultores versis animalia glebis
Inueniunt, & in his quædã modo *cœpta per ipsum *nata
Nascendi spatium, quædam imperfecta, suisq́,
Trunca vident humeris: & eodem corpore sæpe
Altera pars viuit: rudis est pars altera tellus.
Quippe vbi temperiem sumpsêre humorq́, calorq́,
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumq́, sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus oẽs
Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.
Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis, altóq́, recanduit æstu,
Edidit innumeras species, partimq́, figuras
Rettulit antiquas, partim noua monstra creauit.
Illa quidem nollet: sed te quoque maxime Python
Tum genuit: populisq́, nouis incognite serpens
Terror eras: tantum spatij de monte tenebas.
Hunc Deus Arcitenens, & nunquã talibus armis
Antè, nisi in damis, capreisq́, fugacibus vsus,
Mille grauem telis exhausta penè pharetra

Perdidit effuſo per vulnera nigra veneno.
Néue operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunque manu, pedibúſue, rotáue
*Vicerat, *eſculeæ capiebat frondis honorem.*
Nondum Laurus erat: longoq; decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

*Herculeæ.

SAB. IN FAB. VIII.

Pithon.

PIthon Draco, poſt diluuium ex humida terra natus, ſignificat immenſam exhalationis vim, quæ extitit poſt inundationem, donec à Sole conſumeretur. In hanc ſententiam Iouianus Pontinus exponit hanc fabulam in ſua Vrania, vbi ſic inquit:

Tum tellus grauis imbre, & adhuc ſtagnantibus (vndis
Humida, anhela, vagos tollebat ad æthera tortus,
Inuoluens cœlum nube & caligine opaca.
Hic ille immanis Python.

Dicitur autem Pytho à putredine ſeu putrefactione: nã pythos ſignificat putrefactionem. Et quia Sol conſumit omnem putredinem terræ, eiuſque è circulo emicant radij in modum ſagittarum, ideò Appollo fingitur interficere ſagittis Pythona.

FABVLA IX.
De daphne in laurum conuerſa.

PRimus amor Phœbi Daphne Peneïa, quem non
Sors ignara dedit, ſed ſæua Cupidinis ira.

Delius

Cupidinis tela.

Delius hunc nuper victo serpente superbus,
Viderat adducto flectentem cornua neruo:
Quidq; tibi lasciue puer cum fortibus armis
Dixerat? ista decent humeros gestamina nostros,
Qui dare certa fera, dare vulnera possumus hosti;
Qui modo pestifero tot iugera ventre prementem
Strauimus innumeris tumidum Pythona sagittis.
Tu face nescio quos esto contentus amores
Irritare tua, nec laudes assere nostras.
Filius huic Veneris: figat tuus omnia Phœbe,
Te meus arcus, ait: quanto quæ animalia cedunt
Cuncta Deo, tanto minor est tua gloria nostra.
Dixit: & eliso percussis aëre pennis
Impiger vmbrosa Parnassi constitit arce:
Deq; sagittifera prompsit duo tela pharetra
Diuersorum operum: fugat hoc, facit illud amorẽ:
Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acuta:
Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine plumbum.
Hoc Deus in nympha Peneïde fixit; at illo
Læsit Apollineas traiecta per ossa medullas.
Protinus alter amat: fugit altera nomen amantis,
Syluarum latebris, captiuarumq; ferarum
Exuuijs gaudens, innuptæq; æmula Phœbes.
Vitta coërcebat positos sine lege capillos.
Multi illam petiere, illa auersata petentes,* * aſpernata.
Impatiens, expersq; viri nemora auia lustrat:
Nec quid Hymen, quid amor, quid sint connubia,
Sæpe pater dixit, generũ mihi filia debes; (curat.
Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes:

Illa, velut crimen, tedas exoſa iugales,
Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore,
Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis,
Da mihi perpetua genitor chariſſime, dixit,
Virginitate frui: dedit hoc pater antè Dianæ.
Ille quidẽ obſequitur: ſed te decor iſte, quod optas,
Eſſe vetat, votóque tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat, viſæq; cupit connubia Daphnes:
Quodque cupit ſperat, ſuaq; illum oracula fallunt.
Vtq; leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis,
Vt facibus ſepes ardent, quas fortè viator
Vel nimis admouit, vel iam ſub luce reliquit:
Sic Deus in flammas abijt, ſic pectore toto
Vritur, & ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendére capillos:
Et, quid ſi comantur? ait, videt igne micantes
Sideribus ſimiles oculos: videt oſcula, quæ non
Eſt vidiſſe ſatis: laudat digitoſque, manuſq;,
Brachiaq;, & nudos media plus parte lacertos:
Si qua latent, meliora putat: fugit ocyor aura
Illa leui: neque ad hæc reuocantis verba reſiſtit.
Nympha precor Peneïa mane: nõ inſequor hoſtis:
Nympha mane: ſic agna lupum, ſic cerua leonem,
Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ,
Hoſtes quæque ſuos: amor eſt mihi cauſa ſequendi.
Me miſerum, ne prona cadas, indignáue lædi
Crura notent ſentes, & ſim tibi cauſa doloris.
Aſpera, quà properas, loca ſunt: moderantius, oro,
Curre, fugamq; inhibe, moderantius inſequar ipſe.
Cui placeas inquire tamen: non incola montis,

Non

Non ego ſum paſtor: non hîc armenta, gregéſue
Horridus obſeruo: neſcis temeraria, neſcis
Quem fugias, ideoq́ fugis: mihi Delphica tellus,
Et Claros, & Tenedos, Patareaq́ regia ſeruit.
Iupiter eſt genitor: per me quod eritq́, fuitq́
Eſtq́, patet: per me concordant carmina neruis.
Certa quidem noſtra eſt, noſtra tamen vna ſagitta
Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.
*Inuentum medicina meum eſt, *opiferq́ per orbem* * opifexque.
Dicor, & herbarum eſt ſubiecta potentia nobis.
Heu mihi, quòd nullis amor eſt medicabilis herbis:
Nec proſunt domino, quæ proſunt omnibus artes.
Plura locuturum timido Peneïa curſu
Fugit, cumq́ ipſo verba imperfecta reliquit.
Tunc quoque viſa decens: nudabant corpora venti,
Obuiaq́ aduerſas vibrabant flamina veſtes,
Et leuis impulſos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma eſt: ſed enim non ſuſtinet vltrà
Perdere blanditias iuuenis Deus: vtq́ monebat
Ipſe amor, admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.
Vt canis in vacuo leporem cùm Gallicus aruo,
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem:
Alter inhæſuro ſimilis, iamiamq́ tenere
Sperat, & extento ſtringit veſtigia roſtro:
Alter in ambiguo eſt, an ſit comprenſus, & ipſis
Morſibus eripitur, tangentiaq́ ora relinquit:
Sic Deus, & virgo eſt: hic ſpe celer, illa timore.
Qui tamen inſequitur, pennis adiutus amoris,
Ocyor eſt, requiemq́ negat, tergoq́ fugacis
Imminet, & crinem ſparſum ceruicibus afflat.

Viribus abſumptis expalluit illa, citæq́
Victa labore fugæ, ſpectans Peneïdas vndas,
Fer pater, inquit, opem, ſi flumina numen habetis:
Qua nimiùm placui tellus, ait, hiſce: vel iſtam,
Quæ facit vt lædar, mutando perde figuram.
Daphne in laurum. *Vix prece finita torpor grauis occupat artus,*
Mollia cinguntur tenui præcordia libro,
In frondem crines, in ramos brachia creſcunt.
Pes modò tam velox pigris radicibus hæret,
Ora cacumen habent. remanet nitor vnus in illa.
Hãc quoq́ Phœbus amat, poſitaq́ in ſtipite dextra
Sentit adhuc trepidare nouo ſub corticepectus:
Complexuſq́ ſuis ramos vt membra lacertis,
Oſcula dat ligno, refugit tamen oſcula lignum.
Cui Deus: at quoniam coniux mea non potes eſſe,
Arbor eris certè, dixit, mea. ſemper habebunt
Te coma, te citharæ, te noſtræ Laure pharetræ.
Laurus Apollini ſacra. *Tu ducibus lætis aderis, cùm læta triumphum*
Vox canet, & longas viſent Capitolia pompas.
Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis, mediamq́ tuebere quercum.
Vtq́ meum intonſis caput eſt iuuenile capillis,
Tu quoque perpetuos ſemper gere frondis honores.
Finierat Pæan, factis modò laurea ramis
Annuit, vtq́ caput viſa eſt agitaſſe cacumen.

SAB. IN FAB. IX.

Amore nihil magis penetrabile. AD exprimendam amoris vim attribuuntur Cupidini ſagittæ & faces: nam vt nihil igne & ferro, ita nec amore quicquam acrius magiſque penetrabile. quanquàm amor etiam

etiam igne ardentior est: siquidem ignis adurit tangentes, & proxima tantum cremat: amor è longinquo urit: Non uno autem modo omnes in amore affecti sunt: alius alio amat vehementius: nec rarò accidit, vt vel puellæ auersentur procos, vel proci puellas, à quibus amantur ardentissimè, id quod Apollini ipsi accidisse hac fabula traditur. Ea de causa etiam Cupido armatur sagittis disparibus, videlicet acutis & obtusis, auratis & plumbeis. Nam (vt inquit Horatius)

Cupido sagittis disparibus armatur.

Sic visum Veneri, cui placet impares
Formas atque animos sub iuga aenea
Saeuo mittere cum ioco.

Apollo fingitur inuentor Medicinæ propter vim Solis, qua herbæ vegetantur, quarum in medicina vsus est maximus ad salubritatem corporum humanorum. Fingitur & inuentor Musices ad commendandam dignitatem artis; nam veteres vt significarent musicam diuinitus inuentam esse, non homini, sed Deo inuentionem eius ascribendam existimarunt. Hinc igitur Apollo se ita iactat:

Apollo cur medicinæ & musices inuentor.

Per me concordant carmina neruis. *Item.*
Inuentum medicina &c.
-Daphne peneïa &c.

Daphne laurum significat: ac fingitur tùm filia Penei fluminis, eò quòd ripæ eius abundant laurò: tùm amata ab Appolline, quia hęc arbor præbet medicinæ magnum vsum: estq;

ſpectatiſſima (vt ſcribit Plinius) apud Delphos, vbi Apollo colebatur. Ipſius verò Daphnes in arborem ſempet virentem mutatio, docet immortalem gloriam eſſe paratam virginibus pudicitiam conſeruantibus.

Præmium Caſtitatis.

Poſtibus Auguſtis, &c.

Laurus & Quercus cur ante Imperatorum ædes poſitæ.

Romæ ante Imperatorum ædes erat poſita quercus inter duas lauros, quæ ſignificabat, ſalutem Reipublicæ tuendam eſſe virtute & fœlicitate Imperatorum. Laurus verò erat ſignum victoriæ ac triumphi. Quercus verò erat ſignum conſeruati ciuis: vnde confecto bello, & Imperatores, qui inſignem victoriam eſſent conſecuti, in Capitolium cum laurea inuehebantur, & qui ciuem ab hoſte conſeruaſſet, querna corona donabatur.

FABVLA X. XI. XII. ET XIII.

De Io in vaccam, Syringe in fiſtulam, & Argo in caudam pauonis mutato.

Eſt nemus Aemoniæ, prærupta quod vndiq; clauſum
Sylua, vocãt Tẽpe, per quæ Penæus ab imo (dit
Effuſus pindo ſpumoſis voluitur vndis,
Deiectuque graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit, ſummiſque aſpergine ſyluis
Influit, & ſonitu plus quàm vicina fatigat.
Hæc domus, hæc ſedes, hæc ſunt penetralia magni
Amnis: in his reſidens, facto de cautibus antro,
Vndis iura dabat, Nymphiſque colentibus vndas.
Conueniunt illuc popularia flumina primùm,
Neſcia gratentur, conſolentúrue parentem,

Populifer

Populifer Spercheus, & irrequietus Enipeus,
Apidanúsque senex, lenisq; Amphrisus, & Æas:
Móxque amnes alij, qui, quà tulit impetus illos,
In mare deducunt fessas erroribus vndas.
Inachus vnus abest, imóque reconditus antro
Fletibus auget aquas, natámque miserrimus Io
Luget, vt amissam: nescit vitáne fruatur,
An sit apud manes: sed quam non inuenit vsquã,
Esse putat nusquam, atque animo peiora veretur.
Viderat à patrio redeuntem Iupiter illam
Flumine: & ô virgo Ioue digna, tuóque beatum
Nescio quem facturа toro, pete, dixerat vmbras
Aut horũ, aut horũ nemorũ (& mõstrarauerat am
Dum calet, & medio Sol est altissimus orbe. (bas)
Quod si sola times latebras intrare ferarum,
Præside tuta Deo nemorum secreta subibis:
Nec de plebe Deo, sed qui cœlestia magna
Sceptra manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.
Ne fuge me: fugiebat enim. Iam pascua Lernæ, Iupiter comprimit Io.
Consitaque arboribus Lyrcæa reliquerat arua,
Cùm Deus inducta latas caligine terras
Occuluit, tenutíque fugam, rapuítque pudorem.
Intereà medios Iuno despexit in agros:
Et noctis faciem nebulas fecisse volucres
Sub nitido mirata die, non fluminis illas
Esse, nec humenti sensit tellure remitti:
Atque suus coniux vbi sit circunspicit, vt quæ
Deprensi toties bene nosset furta mariti.
Quem postquàm cœlo non repperit: Aut ego fallor,
Aut ego lædor, ait: delapsaq; ab æthere summo

Constitit in terris, nebulásque recedere iussit.
Coniugis aduentum præsenserat, inq; nitentem
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam.
Bos quoque formosa est, speciem Saturnia vaccæ,
Quanquã inuita, probat: necnon & cuius & vnde,
Quóue sit armento, veri quasi nescia, quærit.
Iupiter è terra genitam mentitur, vt autor
Desinat inquiri, petit hanc Saturnia munus.
Quid faciat? crudele suos *abdicere amores:
Non dare, suspectum. pudor est, qui suadeat illinc:
Hinc dissuadet amor. victus pudor esset amore:
Sed leue si munus sociæ generíque, thoriq;
Vacca negaretur, poterat non vacca videri.
Pellice donata non protinus exuit omnem
Diua metum: timuit q; Iouem, & fuit anxia furti:
Donec Aristoridæ seruandam tradidit Argo.
Centũ luminibus cinctũ caput Argus habebat:
Inde suis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera seruabant, atque in statione manebant.
Constiterat quocunque loco, spectabat ad Io:
Ante oculos Io, quamuis auersus, habebat:
Luce sinit pasci: cùm Sol tellure sub alta est,
Claudit, & indigno circundat vincula collo.
Frondibus arboreis, & amara pascitur herba:
Pro q; thoro, terræ non semper gramen habenti,
Incubat infelix, limósaque flumina potat.
Illa etiam supplex Argo cùm brachia vellet
Tendere, non habuit, quæ brachia tenderet Argo:
Et conata queri, mugitus edidit ore,
Pertimuítque sonos, propria q; exterrita voce est.

Io in iuuencam.

* addicere

Venit

Venit & ad patrias, vbi ludere ſæpe ſolebat,
Inachidas ripas: nouaque vt conſpexit in vnda
*Cornua, pertimuit, *ſéque externata refugit.* *ſeſeq; exterrita fugit.
Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipſe
Quæ ſit: at illa patrẽ ſequitur, ſequiturq; ſorores,
Et patitur tangi ſéque admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas:
Illa manus lambit, patríſque dat oſcula palmis,
Nec retinet lacrymas: & ſi modò verba ſuperſint,
Oret opem, nomẽnque ſuum, caſuſq; loquatur.
*Littera pro verbis, quam pes in puluere *duxit,* *fecit
Corporis indicium mutati triſte peregit.
Me miſerũ, exclamat pater Inachus; inq; gemẽtis
Cornibus, & niueæ pendens ceruice iuuencæ,
Me miſerũ, ingeminat: túne es quæſita per omnes
Nata mihi terras? tu non inuenta, reperta es.
*Luctus erat leuior. retices? nec mutua *noſtris* *nobis
Dicta refers? alto tantum ſuſpiria ducis
Pectore: quodq; vnũ potes, admea verba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos, tedáſque parabam:
Spéſque fuit generi mihi prima, ſecunda nepotum.
De grege nũc tibi vir, & de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe Deum: præcluſaq; ianua lethi
Æternum noſtros luctus extendit in æuum.
Talia dicenti ſtellatus ſumimouet Argus,
Ereptámque patri diuerſa in paſcua natam
Abſtrahit: ipſe procul montis ſublime cacumen
Occupat: inde ſedens partes ſpeculatur in omnes.
Nec ſuperum rector mala tanta Phoronidos vltrà

Ferre potest: natúmque vocat, quem lucida partu
Pleias enixa est: lethóque det, imperat, Argum.
Parua mora est, alas pedibus, virgámque potenti
Somnifera sumpsisse manu, tegimenq; capillis.
Hæc vbi disposuit, patria Ioue natus ab arce
Desilit in terras: illic tegiménque remouit,
Mercurius in pastorem. *Et posuit pennas: tantummodo virga retenta est.*
Hac agit, vt pastor, per deuia rura capellas,
Dum venit, adductas: & structis cantat auenis.
Voce nouæ captus custos Iunonius artis,
Quisquis es, hoc poteris mecum considere saxo,
Argus ait: neque enim pecori fœcundior vllo
Herba loco est: aptamq; vides pastoribus vmbrã.
Sedit Athlantiades: & euntem multa loquendo
Detinuit sermone diem, iunctisq; canendo
Vincere arundinibus seruantia lumina tentat.
Ille tamen pugnat molles euincere somnos:
Et quamuis sopor est oculorum parte receptus,
Parte tamen vigilat: quærit quoq; (nãque reperta
Fistula nuper erat) qua sit ratione reperta.
Tũ Deus, Arcadiæ gelidis in mõtibus, inquit,
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias vna fuit, Nymphæ Syringa vocabant.
Non semel & Satyros eluserat illa sequentes,
Et quoscunque Deos, vmbrosáque sylua, feraxq;
Rus habet: Ortygiam studijs, ipsamque colebat
Virginitate Deam: ritu quoque cincta Dianæ,
Falleret, & credi posset Latonia, si non
Corneus huic arcus, si non foret aureus illi.
Sic quoque fallebat. Redeuntem colle Lycæo

Pan

Pan videt hanc: pinúque caput præcinctus acuta
Talia verba refert: Tibi nubere nympha volentis
Votis cede Dei. restabat plura referre,
Et precibus ſpretis fugiſſe per auia nympham,
Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem
Venerat: hîc illam, curſum impedientibus vndis,
Vt ſe mutarent, liquidas oraſſe ſorores: Syrinx in arundinem.
Panaq́, cùm prenſam ſibi iam Syringa putaret,
Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres:
Dumque ibi ſuſpirat, motos in arundine ventos
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilemque querenti:
Arte noua, vocíſque Deum dulcedine captum,
*Hoc mihi *conſilium tecum, dixiſſe, manebit:* *colloquium
Atque ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe iunctis nomen manſiſſe puellæ.
Talia dicturus, vidit Cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos, adopertaq́, lumina ſomno.
Supprimit extemplò vocem, firmátque ſoporem
Languida permulcens medicata lumina virga.
Nec mora, falcato nutantem vulnerat enſe,
Qua collo eſt confine caput: ſaxóque cruentum
Deijcit, & maculat præruptam ſanguine rupem.
Arge iaces, quódque in tot lumina lumen habebas,
Extinctũ eſt, centúmque oculos nox occupat vna.
Excipit hos, volucríſque ſuæ Saturnia pennis Argus in caudam pauonis
Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.

SAB. IN FAB. X. XI. XII. ET XIII.

AEGyptij propter agriculturam diuinis honoribus coluerunt bouem. Apud AEgyptij coluerunt bonem.

hos cum Io filia Inachi regis Argiuorum, diuinos quoque honores consecuta, & mutato nomine Isis dicta esset, occasionem dedit fabulæ, vt diceretur mutata in bouem, hoc est, in AEgyptiorum numen. Fuit autem à Phœnicibus rapta & in AEgyptum abducta. Phœnices enim cum more vsitato (quemadmodũ refert Herodotus) nauigassent Argos in Græciam, & exposuissent ibi merces, atq; ad eas emendas accessissent fœminæ Argiuæ, inter quas erat Io regis filia, rapuerũt omnes, & raptas detulerunt in AEgyptũ. Fuit etiam tradita & in matrimoniũ collocata Osiri AEgyptiorũ regi, cui cognomẽ erat Ammoni seu Ioui, teste Diodoro Siculo. Hinc fingitur à Ioue amata.

-Letóque det, imperat Argum &c.

Argi fabula, si referatur ad mores, docet neminem esse tam oculatum, cui à Mercurio, hoc est, ab homine versuto & eloquente imponi nequeat. Mercurius enim olim habebatur pro Deo eloquentiæ & versutiæ: cuius alata talaria, significant & velocem ipsius motum, quia omnium planetarum velocissimè mouetur: & volubilitatem linguæ, quæ in Oratore commendatur. Virga item significat vim eloquentiæ, qua alliciuntur & impelluntur hominum mentes. Tegumen capitis simulationem, quam fronte ac vultu sustinent homines versuti ad tegendas orationis fallatias. Oportet enim fallacem in dicendo tectum & cautum

Nemo tam oculatus cui à Mercurio imponi nequeat.

Mercurio cur alata talaria tribuuntur.

Virga & tegumen Mercurij quid significat.

cautum esse. Si verò fabula referatur ad Physiologiam, exponi poterit in hanc sententiam, vt per Argum intelligamus cœlum stellatum, cui inesse quædam species cœlestium oculorum videtur. Per Mercurium, Solem: nam & Mercurius cùm sit ferè sub radijs solaribus, interdum pro ipso Sole accipitur. Oriente autem Sole euanescunt & quasi extinguntur stellæ, per quas intelliguntur Argi lumina. In hanc sententiam exponit fabulam Iouianus Pontanus his versibus:

Quin & Mercurium mutato nomine dicunt
Argum somnifero fictum strauisse caduco
Insomnem centumque oculos ac lumina centum
Pandentem, & niueæ seruantem pascua vaccæ.
Argus enim cœlũ est, vigilantia lumina flãmæ
Ætheriæ, & vario labentia sidera mundo:
Quæ passim multa sublustris noctis in vmbra
Collucent, sed mox Phœbo exoriente perempta
Torpent luce noua, & candenti lampade victa
Emoriuntur, & obscuro conduntur Olympo.
Naias vna fuit, nympha, &c.

Fabula de Syringe & Pane ad historiam pertinet, estque conficta ex allusione nominis. Pan enim fistulam primus inuenit: & Syrinx significat fistulam. Syrinx.

FABVLA XIIII.
De Io in pristinam figuram reuersa.

PRotinus exarsit, nec tempora distulit iræ:
Horrificamq; oculis, animoq; obiecit Erinnyn

Pellicis Argolicæ, ſtimulóſque in pectore cæcos
Condidit, & profugam per totum terruit orbem.
Vltimus immenſo reſtabas, Nile, labori.
Quem ſimul ac tetigit, poſitis in margine ripæ
Procubuit genibus, reſupinoq; ardua collo,
Quos potuit ſolos tendens ad ſydera vultus,
Et gemitu, & lacrymis, & luctiſono mugitu
Cum Ioue viſa queri eſt, finemq; orare malorum.
Coniugis ille ſuæ complexus colla lacertis,
Finiat vt pœnas tandem, rogat: inq; futurum
Pone metus, inquit, nunquam tibi cauſa doloris
Hæc erit: & Stygias iubet hoc audire paludes.
Vt lenita Dea eſt, vultus capit illa priores,
Fítque quod antè fuit: fugiunt de corpore ſetæ:
Cornua decreſcunt: ſit luminis arctior orbis:
Contrahitur rictus: redeunt humeriq;, manúſque:
Vnguláque in quinos dilapſa abſumitur vngues.
De boue nil ſupereſt formæ niſi candor in illa,
Officióque pedum Nymphe contenta duorum
Erigitur, metuítque loqui, ne more iuuencæ
Mugiat: & timidè verba intermiſſa retentat.
*Nunc Dea *linigena colitur celeberrima turba.* *Niligena.
*Hinc Epaphus magni genitus de *ſemine tandẽ* *ſanguine.
Creditur eſſe Iouis, perq; vrbes iuncta parenti
Templa tenet. Fuit huic animis æqualis, & annis
Sole ſatus Phaëton: quẽ quondã magna loquẽtem,
Nec ſibi cedentem, Phœboq; parente ſuperbum,
Non tulit Inachides: matriq;, ait, omnia demens
Credis, & es tumidus genitoris imagine falſi.
Erubuit Phaëton, iramq; pudore repreſſit:

Et

Et tulit ad Clymenem Epaphi conuitia matrem.
Quoq; magis doleas genitrix, ait, en ego liber,
Ille ferox, tacui, pudet hæc opprobria nobis
Et dici potuisse, & non potuisse refelli.
At tu, si modò sum cœlesti stirpe creatus,
Ede notam tanti generis, méque asserе cœlo.
Dixit, & implicuit materno brachia collo,
Pérque suum, Meropísque caput, tedásque suorũ
Traderet orauit veri sibi signa parentis.
Ambiguũ est, Clymene precibus Phaëtonis, an ira
Mota magis dicti sibi criminis, vtraque cœlo
Brachia porrexit: spectánsque ad lumina Solis,
Per iubar hoc, inquit, radijs insigne coruscis,
Nate, tibi iuro, quod nos audítque, vidétque,
Hoc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem,
Sole satum: si ficta loquor, neget ille videndum
Se mihi, sitq; oculis lux ista nouissima nostris.
Nec longus patrios labor est tibi nosse penates.
Vnde oritur, terræ domus est contermina nostræ.
Si modò fert animus, gradere, & scitabere ab ipso.
Emicat extemplò lætus post talia matris
Dicta suæ Phaëton, & concipit æthera mente:
Æthiopásque suos, sitósque sub ignibus Indos
Sydereis transit, patriósque adit impiger ortus.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER II.

FABVLA I. De Phaetonte.

Descriptio aulę Solis.



Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammáſque imitante Pyropo:
Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat,
Argenti bifores radiabant limine valuæ.
Materiam ſuperabat opus. nam Mulciber illic
Æquora cælarat medias cingentia terras,
Terrarumq; orbem, cœlumq;, quod imminet orbi.
Cæruleos habet vnda Deos, Tritona canorum,
Proteáque ambiguum, balænarumq; prementem
Ægæona ſuis immania terga lacertis,
Doridáque, & natas: quarum pars nare videtur,
Pars in mole ſedens viridis ſiccare capillos,
Piſce vehi quædam: facies non omnibus vna eſt,
Nec diuerſa tamen, qualem decet eſſe ſororum.

Terra

Terra viros, vrbesque gerit, syluasq́ ferásque,
Fluminaq́, & Nymphas, & cætera numina ruris.
Hæc super imposita est cœli fulgentis imago,
Signaq́ sex foribus dextris, totidemque sinistris. Zodiacus circulus.
Quo simul accliuo Climeneia limite proles
Vénit, & intrauit dubitati tecta parentis,
Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus,
Consistitq́ procul: neque enim propiora ferebat
Lumina, purpurea velatus veste sedebat
In solio Phœbus, claris lucente smaragdis.
A dextra, læuáque Dies, & Mensis, & Annus, Comites Solis.
Seculáque, & positæ spatijs æqualibus horæ:
Vérque nouum stabat cinctum florente corona: Partes anni.
Stabat nuda Æstas, & spicea serta gerebat:
Stabat & Autumnus calcatis sordibus uuis,
Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenem, quibus aspicit omnia, vídit.
Quæq́ viæ tibi causa? quid hac, ait, arce petisti
Progenies Phaëton haud inficienda parenti?
Ille refert: ô lux immensi publica mundi
Phœbe pater, si das vsum mihi nominis huius,
Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat:
Pignora da genitor, per quæ tua vera propago
Credar, & hunc animis errorem detrahe nostris.
Dixerat: at genitor circum caput omne micantes
Deposuit radios, propiúsque accedere iussit:
Amplexúque dato, nec tu meus esse negari
Dignus es, & Clymene veros, ait, edidit ortus.
Quoq́ minùs dubites, quoduis pete munus, & illud

Me tribuente feres, promissis testis adesto
Dijs iuranda palus, oculis incognita nostris.
Vix bene desierat: currus petit ille paternos,
Inq; diem alipedum ius, & moderamen equorum.
Pœnituit iurasse patrem: qui térque, quatérque
Concutiens illustre caput, temeraria dixit
Vox mea facta tua est: vtinam promissa liceret
Non dare: confiteor, solùm hoc tibi nate negarem.
Dissuadere licet: non est tua tuta voluntas:
Magna petis Phaëton, & quæ non viribus istis
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis: non est mortale quod optas.
Plus etiam, quàm quod superis contingere fas est,
Nescius affectas. placeat sibi quisque licebit:
Non tamen ignifero quisquam consistere in axe
Me valet excepto: vasti quoque rector olympi,
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
Non aget hos currus: & quid Ioue maius habetur?
Ardua prima via est, & qua vix manè recentes
Enituntur equi: medio est altissima cœlo,
Vnde mare, & terras ipsi mihi sæpe videre
Sit timor, & pauida trepidet formidine pectus.
Vltima prona via est, & eget moderamine certo.
Tunc etiam, quæ me subiectis excipit vndis,
Ne ferar in præceps, Tethys solet ipsa vereri.
Adde, quòd assidua rapitur vertigine cœlum,
Sideraq; alta trahit, celeriq; volumine torquet.
Nitor in aduersum: nec me, qui cætera, vincit
Impetus: & rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currus: quid ages? poterísne rotatis

Obuius

Obuius ire polis, ne te citus auferat axis?
Forsitan & lucos illic vrbesque Deorum
Concipias animo, delubráque dutia donis
Esse: per insidias iter est formásque ferarum.
Vtq; viam teneas, nulloq; errore traharis,
Per tamen aduersi gradieris cornua tauri,
Æmonioq; arcus, violentíque ora leonis,
Sæuáque circuitu curuantem brachia longo
Scorpion, atq; aliter curuantẽ brachia cancrum.
*Nec tibi quadrupedes *animosos ignibus illis,* *damnosos.
Quos in pectore habẽt, quos ore, & naribus efflant,
In promptu regere est: vix me patiuntur, vbi acres
Incaluere animi, ceruixq; repugnat habenis.
At tu, funesti ne sim tibi muneris autor,
Nate caue: dum résque sinit, tua corrige vota.
Scilicet vt nostro genitum te sanguine credas,
Pignora certa petis, do pignora certa timendo,
Et patrio pater esse metu probor. aspice vultus
Ecce meos: vtinámque oculos in pectore posses
Inserere, & patrias intus deprendere curas.
Denique quicquid habet diues circumspice mundus,
Déque tot, ac tantis cœli, terræq; maríque
Posce bonis aliquid: nullam patiére repulsam.
Deprecor hoc vnum, quod vero nomine pœna,
Non honor est: pœnã Phaëton pro munere poscis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
Ne dubita: dabitur (Stygias iurauimus vndas)
Quodcunque optáris: sed tu sapientius opta.
Finierat monitus: dictis tamen ille repugnat,
Propositumque premit, flagratq; cupidine currus.

Vt interea dissuadeat.

Ergo quàlicuit genitor cunctatus, ad altos
Deducit iuuenem, Vulcania munera, currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
Per iuga chrysoliti, positæque ex ordine gemmæ
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.
Dumq; ea magnanimus Phaëthō miratur, opusq;
Perspicit: ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Quod rubore omnia perfudit.
Purpureas Aurora fores, & plena rosarum
Atria diffugiunt stellæ: quarum agmina cogit
Lucifer, & cœli statione nouissimus exit.
Tū, pater ut terras, mundúmque rubescere vidit,
Cornuáque extremæ velut euanescere Lunæ,
Iungere equos Titan velocibus imperat horis.
Iussa Deæ celeres peragunt, ignémque vomentes
Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis
Quadrupedes ducunt, adduntque sonantia frænа.
Tum pater ora sui sacro medicamine nati
Contigit, & rapidæ fecit patientia flammæ:
Imposuítque comæ radios, prasagáque luctus
Pectore sollicito repetens suspiria, dixit:
Si potes his saltem monitis parére parentis,
Parce puer stimulis, & fortius vtere loris.
Sponte sua properant: labor est inhibere volantes.
Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
Sectus in obliquum est lato curuamine limes,
Zonarúmque trium contentus fine, polúmque
Effugit Australem, iunctamq; aquilonibus Arctō.
Hâc sit iter, manifesta rotæ vestigia cernes.
Vtque ferant æquos & cœlum, & terra calores,

Nec

Nec preme, nec ſummum molire per æthera currũ.
Altius egreſſus cælestia ſigna cremabis,* *tecta.
Inferius terras: medio tutiſſimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem,
Néue ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram:
Inter vtrunque tene: fortunæ cætera mando:
Quæ iuuet, & melius, quàm tu, tibi cõſulat, opto.
Dum loquor, Heſperio poſitas in littore metas
Humida nox tetigit: non eſt mora libera nobis:
Poſcimur, & fulget tenebris Aurora fugatis.
Corripe lora manu: vel, ſi mutabile pectus
Eſt tibi, conſilijs, non curribus vtere noſtris,
Dum potes, & ſolidis etiam nunc ſedibus aſtas,
Dumque malè optatos nondũ premis inſcius axes:
Quæ tutus ſpectes, ſine me dare lumina terris.
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum,
Státque ſuper, manibuſq; datas cõtingere habenas
Gaudet, & inuito grates agit inde parenti.
Interea volucres Pyroeis, Eous, & Æthon Quatuor equi ſolis ſeu epitheta verius. Ignitus, matutinus, ardens comburens.
Solis equi, quartúſque Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implẽt pedibúſque repagula pulſant:
Quos poſtquàm Tethys fatorum ignara nepotis,
Reppulit, & facta eſt immenſi copia cæli,* *mundi
Corripuere viam, pedibúſque per aëra motis
Obſtantes ſcindunt nebulas, pennísque leuati
Prætereunt ortos iiſdem de partibus Euros.
Sed leue pondus erat, nec quod cognoſcere poſſent
Solis equi, ſolitáque iugum grauitate carebat.
Vtq; labant curuæ iuſto ſine pondere naues,
Perque mare inſtabiles nimia leuitate feruntur:

Sic onere insueto vacuos dat in aëre saltus,
Succutitúrque altè, similísque est currus inani.
Quod simul ac sensere, ruunt, tritúmq; relinquunt
Quadrijugi spatium, nec, quo prius, ordine currũt.
Ipse pauet: nec quà commissas flectat habenas,
Nec scit quà sit iter, nec si sciat, imperet illis.
Tum primum radijs gelidi caluere triones,
Et vetito frustra tentarunt æquore tingi.
Quæq; polo posita est glaciali proxima, serpens
Frigore pigra prius, nec formidabilis vlli,
Incaluit, sumpsítque nouas feruoribus iras.
Te quoque turbatum memorant fugisse Boote,
Quamuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.
Vt verò terras despexit ab æthere summo
Infelix Phaëthon penitus, penitúsque iacentes,
Palluit, & subito genua intremuere timore.
Súntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.
Et iam mallet equos nunquam tetigisse paternos:
Iam cognosse genus piget, & valuisse rogando:
Iam Meropis dici cupiens; ita fertur, vt acta
Præcipiti pinus Borea, cui victa remisit
Frena suus rector, quam Dijs, votísque reliquit.
Quid faciat? multum cœli post terga relictum:
Ante oculos plus est: animo metitur vtrunque:
*Et modò, quos illi *fas tum contingere non est,*
Prospicit occasus, interdum respicit ortus,
Quidq; agat ignarus, stupet, & nec frena remittit,
Nec retinere valet, nec nomina nouit equorum.
Sparsa quoque in vario passim miracula cœlo,
Vastarúmque videt trepidus simulacra ferarum.

* fatum.

Est

Est locus, in geminos vbi brachia cõcauat arcus
Scorpius, & cauda, flexísque vtrinque lacertis
Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.
Hunc puer vt nigri madidum ſudore veneni
Vulnera curuata minitantem cuſpide vidit,
Mentis inops, gelida formidine lora remiſit.
Quæ poſtquam ſummo ſenſere iacentia tergo,
Expatiantur equi, nullóque inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt: quáque impetus egit,
Hâc ſine lege ruunt: altóque ſub æthere fixis
Incurſant ſtellis, rapiúntque per auia currum:
Et modò ſumma petunt, modò per decliue, viáſque
Præcipites, ſpatio terræ propriore feruntur:
Inferiúſque ſuis fraternos currere Luna
Admiratur equos: ambuſtáque nubila fumant.
Corripitur flammis vt quæque altiſſima tellus,
Fiſſáque agit rimas, & ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt, cum frondibus vritur arbor,
Materiámque ſuo præbet ſeges arida damno.
Parua queror: magnæ pereunt cũ mœnibus vrbes:
Cúmque ſuis totas populis incendia gentes
Incinerem vertunt: ſylua cum montibus ardent:
Ardet Athos, Tauruſq́, Cilix, & Tmolus, & Oete,
Et tum ſicca, priùs celeberrima fontibus, Ida,
*Virgineuſq́ Helicõ, & nondũ Oeagrius * Æmus.* * Hæmus.
Ardet in immenſum geminatis ignibus Ætna,
Parnaſſuſq́ biceps, & Eryx, & Cynthᵒ, & Othrys,
Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimáſque,
Dindymaq́, & Mycale, natuſq́ ad ſacra Cytherõ,
Nec proſunt Scythiæ ſua frigiora: Cauſaſus ardet,

Ossáque cum Pindo, maiórque ambobus Olympus,
Aeriaque Alpes, & nubifer Apenninus.
Tum verò Phaethon cunctis è partibus orbem
*Aspicit *accensum, nec tantos sustinet *æstus:*
Feruentésque auras velut é fornace profunda
Ore trahit, currúsque suos candescere sentit.
Et neque iam cineres, non eiectámque fauillam
Ferre potest, calidóque inuoluitur vndique fumo.
Quoque eat, aut vbi sit, picea caligine tectus
Nescit, & arbitrio volucrum raptatur equorum.
Sanguine tum credunt in corpora summa vocato
Æthiopum populos nigrum traxisse colorem.
Tum facta est Lybie raptis humoribus æstu
Arida: tum nymphæ passis, fontésque, lacúsque
Defleuere comis: quærit Bœotia Dircen,
Argos Amimonen, Ephyre Pyrenidas vndas,
Nec sortita loco distantes flumina ripas
Tuta manent: medijs Tanais fumauit in vndis,
Peneúsque senex, Theuthranteúsque Caïcus,
Et celer Ismenos cum Phocaïco Erymantho,
Arsuruſq; iterum Xanthus, flauuſq; Lycormas,
Quiq; recuruatis ludit Mæander in vndis,
Mygdoniuſq; Melas, & Tænarius Eurotas.
Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes,
Thermodoonq; citus, Gangesq;, & Phasis, & Ister.
Æstuat Alphëus: ripæ Sperchiades ardent.
Quodq; suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurũ:
Et, quæ Mæonias celebrarunt carmine ripas,
Fluminea volucres medio caluêre Caystro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem:

Occuluit-

* accendi.
* ignes.

Occuluítque caput, quod adhuc latet: oſtia ſeptem
Pulnerulenta vacant, ſeptem ſine flumine valles.
Sors eadẽ Iſmarios Hebrum cũ Strymone ſiccat,
Heſperioſq́ amnes Rhenũ, Rhodanumq́, Padũq́,
Cuíque fuit rerum promiſſa potentia, Tybrim.
Diſſilit omne ſolum: penetrátque in tartara rimis
Lumen, & infernum terret cum coniuge regem:
Et mare contrahitur, ſiccæq́ eſt campus arenæ:
Quod modo põtus erat, quoſq́ altũ texerat æquor,
Exiſtunt montes, & ſparſas Cycladas augent.
Ima petunt piſces, nec ſe ſuper æquora curui
Tollere conſueta audent delphines in auras.
Corpora Phocarum ſummo reſupina profundo
Exanimata iacent. ipſum quoque Nerea fama eſt,
Doridáque, & natas tepidis latuiſſe ſub vndis.
Ter Neptunus aquis cum toruo brachia vultu
Exerere auſus erat, ter non tulit aêris ignes.
Alma tamen Tellus, vt erat circundata ponto,
Inter aquas pelagi, contracto ſq́ vndique fontes,
Qui ſe condiderant in opacæ viſcera matris,
Sustulit omniferos collo tenus arida vultus:
Oppoſuitq́ manum fronti, magnoq́ tremore
Omnia concutiens paulùm ſubſedit; & infrà
Quàm ſolet eſſe, fuit: ſacraq́ ita voce profatur:
Si placet hoc, meruiq́, quid ô tua fulmina ceſſant Telluris omniferę oratio.
Summe Deûm? liceat peritura viribus ignis,
Igne perire tuo: cladémque auctore leuare.
Vix equidem fauces hæc ipſa in verba reſoluo:
(Preſſerat ora vapor) toſtos en aſpice crines,
Inq́ oculis fumum: volitant ſuper ora fauillæ.

Hó ſne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem,
Officiíque refers; quòd adunci vulnera aratri,
Raſtrorúmque fero, totóque exerceor anno?
Quòd pecori frondes; alimentàque mitia fruges
Humano generi, vobis quoque thura miniſtro?
Sed tamen exitium fac me meruiſſe: quid vndæ?
Quid meruit frater? cur illi tradita ſorte
Æquora decreſcũt, & ab æthere longius abſunt?
Quòd ſi nec fratris, nec te mea gratia tangit;
At cœli miſerere tui: circumſpice, vtrinque
Fumat vterque polus: quos ſi violauerit ignis,
Atria veſtra ruent: Atlas en ipſe laborat:
Vixq́ ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Si freta, ſi terræ pereunt, ſi regia cæli,
In chaos antiquum confundimur. eripe flammis,
Si quid adhuc ſupereſt: & rerum conſule ſummæ.
Dixerat hæc Tellus: neque enim tolerare vaporem
Vlterius potuit, nec dicere plura: ſuúmque
Rettulit os in ſe, propioráque manibus antra.
At pater omnipotens ſuperos teſtatus, & ipſum,
Qui dederat currus, niſi opem ferat, omnia fato
Interitura graui, ſummam petit arduus arcem,
Vnde ſolet nubes latis inducere terris,
Vnde mouet tonitrus, vibratáque fulmina iactat.
Sed neque, quas poſſet terris inducere, nubes
Tunc habuit, nec, quos cœlo demitteret, imbres.
*Intonat, & dextra *libratum fulmen ab aure*
Miſit in aurigam pariterq́, animaq́, rotiſq́
**Exuit, & ſæuis compeſcuit ignibus ignes.*
Conſternuntur equi, & ſaltu in contraria facto

* vibratum.

* Expulit.

Colla

Colla iugo eripiunt, abruptaq; lora relinquunt.
Illic frena iacent, illic temone reuulsus
Axis, in hac radij fractarum parte rotarum:
Sparsaq; sunt latè laceri vestigia currus.
At Phaëthon rutilos flamma populante capillos, Phaëton præceps in Eridanum.
Voluitur in præceps, longóque per aëra tractu
Fertur: vt interdum de cœlo stella sereno,
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.
Quem procul à patria diuerso maximus orbe.
Excipit Eridanus, fumantiáque abluit ora.

SAB. IN FAB. I.

PHaëton, teste Luciano, fingitur Solis filius decidisse è curru paterno, eo quòd inuestigauit cursum Solis, preuentusque morte artẽ reliquit imperfectam. Eius verò tempore de cœlo delapsæ sunt flammæ, quibus (vt Aristoteles meminit in libro de mundo) multæ regiones ad Occidentem exustæ sunt. Hanc ob causam fingitur orbis terrarum eo currum agente inflammatus. Phaëton cur fingitur è curru paterno decidisse.

Vénit & intrauit dubitati, &c.

Fabula ad mores relata exprimit imaginem ambitiosi & temerarij Principis, qui gloria & cupiditate regni incensus, cogitat sublimia, & concipit æthera mente. In scribenda hac fabula Ouidius mirè seruat decorum. narrat Phaëtontem esse adhuc puerum, cui propter ætatem, nihil minus conueniat, quàm rerum administratio: vtq; ostendat pueros, hoc Imago ambitiosi principis.

est homines ambitiosos, qui nullam rerũ experientiam habent, potius repellendos à gubernaculis Reipublicæ, quàm admittendos esse, fingit Solem his verbis dehortari Phaëtontem:

Magnapetis Phaethon, &c.

Ac quoniam constat administrationẽ esse rem diuinam, nec euenire omnibus fœliciter, subdit:

Sors tua mortalis, &c.

Reip. administratio difficilis & periculosa.

Adhęc, quàm difficilis & periculosa sit Reipublicæ gubernatio, significat cum ait:

Ardua prima via est, &c.

Etenim quicunq; accedunt ad rempublicam, initio in magnas difficultates incurrunt. Deinde quò sublimiorem gradum obtinent, quoq; diutius gubernant, eò maiora sustinent pericula, atq; experiuntur nihil omnium rerum humanarum esse difficilius, quàm gerere magistratum. Quantum verò inuidiæ, metus, calumniæ, ac discriminis expectandum sit omnibus Reipublicæ gubernatoribus, etiam optimis & prudentissimis, admonet cùm ait:

Forsitan & lucos illic, &c.

Multæ enim existunt belluæ in Republica, Tauri, Centauri, Leones, Scorpij & Cancri, hoc est, homines inuidi & factiosi, qui omnia consilia quamuis recta & salutaria calumniantur: omnia reprehendunt ad euertendam illorum dignitatem, qui precipuè seruiunt communi

communi vtilitati. Quinetiam vulgus non facile regitur, cuius tanta petulantia tantaq; ferocia est, vt in neminẽ magis insurgat, quàm in illos, quorum imperio parêre debet: ideoq; sic ait:

Nec tibi quadrupedes &c.

Verùm hæc magnitudo difficultatis ac periculorum nihil mouet homines imperitos, qui honores appetunt, vel infinitam potentiam affectant, vt enim temerarij, ita pertinaces sunt, nec sanis consilijs obtemperant: propterea hæc subdit:

Finierat monitus &c.

Porrò currus quem agendum suscipit, summam rerum potẽtiam significat: in quo curru,

Aureus axis erat, temo aureus, &c.

Ambitiosi splendorem non solicitudinem regni intuentur.

Hæc verò nihil aliud sunt nisi ornamenta Reipublicæ, quæ magnanimus Phaêton miratur opusq; perspicit, hoc est, splendorem ac speciem regni intuetur: Solicitudinem autem & difficultatem imperandi non videt. Deinde per equos ipsum vulgus, per fræna gubernatio, & habenæ imperij intelliguntur. est enim similis equorum vulgi ferocia. Iam verò qua arte regendum sit vulgus docet, cum inquit:

Qua arte regendum sit vulgus.

Parce puer stimulis, &c.

Ostendens optimam gubernandi rationem esse, continere vulgus in officio, non tam sæuitia, quàm moderata quadam seueritate. Stimuli enim indicant imperia dura & crude-

lia. Lora verò disciplinam grauem & constanteni, vbi vincula legum neq; seueritate nimium contrahuntur, neque lenitate nimium laxantur. Postea & subiungit,

Nec tibi directos placeat, &c.

Neque contumaciter vulgi voluntati obnitendum, neque omnino obsequendum.

Significans non vi & impetu obnitendum esse populo, vt illius voluntati neque contumaciter aduersari, neque omnino obsequi videare. nam in administranda Republica conuenit imitari ipsum Solem, quem Mathematici tradunt niti quidem contra supremi orbis impetum, sed obliquè molliterq; ex transverso. Et exempla vtriusq; generis testantur, quàm perniciosa sit, tùm dura nimium, & populari voluntati semper aduersa seueritas, (qualis fuit in Catone) tùm blanda nimium, & ad vulgi libidinem accommodata facilitas. Pari enim calamitate Rempub. officit gubernatio, aut durior quàm humilitatis postulat ratio, aut lenior quàm officij dignitas permittit. quare & illud addit,

Inferius terras: &c.

Nam qui seueritatem cum mansuetudine & comitate coniungunt, hi sapientissimè gubernandi viam incedunt: qui verò id non faciunt, illi non diu vulgus in officio continent: id quòd indicat cùm ait;

Sed leue pondus erat, &c.

Ad extremum igitur ingenti totius orbis malo Phaëtontis currus, hoc est, imperium euerti-

euertitur. Qui enim nulla adiutus ſapientia habenas tractat, omnia temeritate ſua ſubuertit.

Præter hęc, duo ſunt in hac fabula loci morales, obſeruatione digni, alter admonet pueros, ne parentum iuſſa & præcepta contemnant. alter docet, non eſſe ſeruanda illa promiſſa, quæ non ſunt his ipſis vtilia quibus promittuntur: cuius loci & Cicero meminit lib. 3 Officiorum his verbis: Sol Phaëtonti ſe facturum eſſe dixit quicquid optaſſet. Optauit vt in currum patris tolleretur. ſublatus eſt: atq; inſanus antequàm conſtitit, ictu fulminis cõflagrauit. quanto melius fuerat in hoc promiſſum patris non eſſe ſeruatum.

Pueri ne parentum iuſſa contemnant.

Omnia promiſſa nõ ſunt ſeruanda.

FABVLA II. ET III.

De ſororibus Phëtontis in arbores conuerſis.

NAiades Heſperíæ trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo, ſignant quoq; carmine ſaxum.
Hic ſitus eſt Phaëton currus auriga paterni;
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.
At pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat vultus: & (ſi modò credimus) vnum
Iſſe diem ſine Sole ferunt: incendia lumen
Prębebant: aliquíſque malo fuit vſus in illo.
At Clymene poſtquã dixit quæcunque fuerunt
In tantis dicenda malis, lugubris, & amens,
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem,
Exanimé ſque artus primò, mox oſſa requirens,

*Repperit ossa tamen peregrina condita * ripa,* * terra.
Incubuitque loco, nomenque in marmore lectum
Perfudit lachrymis, & aperto pectore fouit.
Nec minus Heliades lugent, & inania morti
Munera dant lachrymas, & cæsa pectora palmis
Non auditurum miseras Phaëtonta querelas
Nocte, dieque vocant, asternuntúrque sepulchro.
Luna quater iunctis implêrat cornibus orbem:
Phaëtontis sorores in arbores mutantur. *Illæ more suo (nam morem fecerat vsus)*
Plangorem dederant: è queis Phaëthusa sororum
Maxima, cùm vellet terræ procumbere, questa est
Diriguisse pedes: ad quam conata venire
Candida Lampetie, subita radice retenta est.
Tertia cùm crinem manibus laniare pararet
Auellit frondes: hæc stipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos sua brachia ramos.
Dumq; ea mirantur, complectitur inguina cortex,
Perq; gradus vterũ, pectusq;, humerosq;, manusq;
Ambit, & extabant tãtùm ora vocantia matrem.
Quid faciat mater? nisi quo trahit impetus illam,
Huc eat, atque illuc, &, dum licet, oscula iungat?
Non satis est: truncis auellere corpora tentat,
Et teneros manibus ramos abrumpit: at inde
*Sanguineæ manant tanquam de * vulnere guttæ.* * corpore.
Parce precor mater, quæcunque est saucia, clamat.
Parce precor: nostrum laceratur in arbore corpus.
Iamque vale. cortex in verba nouissima venit.
Inde fluunt lachrymæ, stillatáque sole rigescunt
De ramis electra nouis: quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

SAB.

SAB. IN FAB. II. ET III.

APtum & conueniens epitaphium, quod inſcribatur ſepulcro audacis ac temerarij principis. hæc eſt enim illa inſignis fama, quam poſteritati relinquit, nempe quòd magnarum rerum molitione oppreſſus interierit. Talem apud poſteros famam cõſequutus eſt Ludouicus Sphortia, qui Gallorum auxilio ac potentia fretus, cùm totius Italiæ imperium animo concepiſſet, alter quaſi Phaëton excitauit belli incendium adductis Gallis in Italiam: quod belli incendium ipſius ruina extinctum eſt. Epitaphium audacis & temerarij Principis.

Accommodari etiam poteſt ad ſtudioſos literarum, qui maiora ſuis viribus aggrediuntur. Angelus Policianus adoleſcens iactauerat ſe reddere latino carmine Homerum: quo labore & ſtudio ſuo cùm paſſim gloriaretur, & indicia doctorum exquireret arrogantius, Cardinalis Papienſis vir facetus, ei reſcripſiſſe fertur his verbis: Cenſeo operam inchoatam non eſſe deſerendam: ſi non aſſequeris id quod affectas, æqualis tamen tui Phaëtontis laudem inuenies, vt idem de ſuſcepto à te Homero, quod de ſuſcepto ab illo curru ſolari dicatur:

Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.
Nec minus Heliades lugent, &c.

Sorores Phaëtontis ſuo caſu & exemplo docent moderationem in luctu adhibendam Moderatio in luctu adhibenda.

esse. Dum enim assiduè lugent, amissa hominis figura, ipsæ in arbores, & earum lachrymæ in succinum seu electrum conuertuntur. In Liguria verò ad Eridanũ nasci arbores electriferas omnino fabulosum est: nasci tamen illud electrum, & multis locis effodi, incolæ affirmant.

FABVLA IIII.
De Cygno.

Affuit huic monstro proles Stheneleia Cygnus:
Qui tibi materno quãuis à sanguine iũctus,
Mente tamen Phaëton propior fuit. ille relicto
(Nam Ligurũ populos, & magnas rexerat vrbes)
Imperio, ripas virides, amnémque querelis
Eridanum implerat, syluámque sororibus auctam;
Cùm vox est tenuata viro: canæq; capillos
Dissimulant plumæ, collumque à pectore longè
Porrigitur, digitósque ligat iunctura rubentes.
Penna latus velat: tenet os sine acumine rostrum.
Fit noua Cygnus auis, nec se cœlóque, Iouíque
Credit, vt iniustè missi memor ignis ab illo.
Stagna petit, patulósque lacus: ignemque perosus,
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.

SAB. IN FAB. IIII.

Cygni pro musicis.

VEteres, quo celebrarent Eridani amœnitatem, finxerunt illic esse Cygnos mirè canoros, quorum concentus ex vtraque ripa, inter arbores electriferas audiretur. Lucianus hos putat insignes fuisse musicos, qui propter studium

ſtudium canẽdi tanquàm in aues mutati cantibus indulgerent. Itaque Ouidius venuſtè hiſtoriam accommodat ad fabulam. Cùm enim fingit Cygnum regem Lygurum in auem ſui nominis mutatum eſſe, ſignificat eum fuiſſe muſicæ ſtudioſum, alluſione ſumpta ex nomine.

FABVLA V. ET VI.

De Calyſto in Vrſam, & Arcade in Arctophylaca.

SQualidus interea genitor Phaëtõtis, & expers
Ipſe ſui decoris, qualis, cùm deficit orbi,
Eſſe ſolet, lucemque odit, ſeque ipſe, diémque;
Datq; animum in luctus, & luctibus adijcit iram,
Officiúmque negat mundo. Satis, inquit, ab æui
Sors mea principijs fuit irrequieta: pigétque
Actorum ſine fine mihi, ſine honore laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo eſt, omnéſque Dei non poſſe fatentur,
Ipſe agat: vt ſaltem dum noſtras tentat habenas,
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc ſciet ignipedum vires expertus equorum
Non meruiſſe necem, qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circunſtant omnia Solem
*Numina, néue velit tenebras inducere * terris,* * rebus.
Supplice voce rogant: miſſos quoque Iupiter ignes
Excuſat, precibúſque minas regaliter addit.
Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes
Phœbus equos, ſtimuloq; dolens, & verbere ſæuit.
Sæuit enim, natúmque obiectat, & imputat illis.
At pater omnipotens ingentia mœnia cœli

Ingressus in amores Iouis.

Circuit, & nequid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat: quæ postquam firma suíque
Roboris esse videt, terras, hominúmque labores
Perspicit. Arcadiæ tamen est impensior illi
Cura suæ: fontésque, & nondum audentia labi
Flumina restituit: dat terræ gramina, frondes
Arboribus, læsásque iubet reuirescere syluas.
Dum redit, ítque frequens, in virgine Nonacrina
Hæsit, & accepti caluere sub ossibus ignes.
Non erat huius opus lanam mollire trahendo,
Nec posset variare comas: vbi fibula vestem,
Vitta coercuerat neglectos alba capillos:
Et modò leue manu iaculũ, modò sumpserat arcũ,
Miles erat Phœbes: nec Mænalon attigit vlla
Gratior hac Triuiæ. Sed nulla potentia longa est.
Vlterius medio spatium Sol altus habebat:
Cùm subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.
Exuit hîc humero pharetram, lentósque retendit
Arcus, inq; solo, quod texerat herba, iacebat,
Et pictam posita pharetram ceruice premebat.
Iupiter vt vidit fessam, & custode vacantem,* *carentem.
Hoc certè furtum coniux mea nesciet, inquit,
Aut si rescierit, sunt, ô, sunt iurgia tanti?
Iupiter in Dianam. *Protinus induitur faciem, cultúmque Dianæ,*
Atque ait: ô comitum virgo pars vna mearum,
In quibus es venata iugis? de cespite virgo
Se leuat, &, salue numen me iudice, dixit,
Audiat ipse, licet, maius Ioue. ridet, & audit,
Et sibi præferri se gaudet, & oscula iungit,
Nec moderata satis, nec sic à virgine danda.

Qua

Qua venata foret ſylua narrare parantem
Impedit amplexu: nec ſe ſine crimine prodit.
Illa quidem contrà, quantùm modò fœmina poſſet,
(Aſpiceres vtinam Saturnia mitior eſſes)
Illa quidem pugnat ſed quæ ſuperare puella,
Quíſue Iouẽ poterat? ſuperum petit æthera victor
Iupiter: huic odio nemus eſt, & conſcia ſylua.
**Vnde pedem referens penè eſt oblita pharetram* *Inde.
Tollere cum telis, & quem ſuſpenderat arcum.
Ecce ſuo comitata choro Dictynna per altum
Mœnalon ingrediens, & cæde ſuperba ferarum,
Aſpicit hanc, viſámque vocat: clamata refugit,
Et timuit primò, ne Iupiter eſſet in illa.
Sed poſtquam pariter Nymphas incedere vidit,
Senſit abeſſe dolos numerumq́ accеſſit ad harum.
Heu quàm difficilè eſt crimen non prodere vultu?
Vix oculos attollit humo, nec vt antè ſolebat,
Iuncta Deæ lateri, nec toto eſt agmine prima:
Sed ſilet, & læſi dat ſigna rubore pudoris.
Et, niſi quòd virgo eſt, poterat ſentire Diana
Mille notis culpam: Nymphæ ſenſiſſe feruntur.
Orbe reſurgebant lunaria cornua nono,
Cùm Dea venatu fraternis languida flammis,
Nacta nemus gelidũ eſt, de quo cũ murmure labẽs
Ibat, & attritas verſabat riuus arenas.
Vt loca laudauit, ſummas pede contigit vndas:
His quoque laudatis, procul eſt, ait, arbiter omnis:
Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis.
Parrhaſis erubuit: cunctæ velamina ponunt:
Vna moras quærit: dubitanti veſtis adempta eſt:

Qua posita, nudo patuit cum corpore crimen.
Attonitæ, manibúsque vterum celare volenti,
I procul hinc, dixit, nec sacros pollue fontes,
Cynthia: déque suo iussit secedere cœtu.
Senserat hoc olim magni matrona tonantis,
Distulerat q3 graues in idonea tempora pœnas.
Causa moræ nulla est, & iam puer Arcas (idipsum
Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus.
Quò simul obuertit sæuam cum lumine mentem,
Scilicet hoc etiam restabat, adultera, dixit,
Vt fœcunda fores, fieret q3 iniuria partu
Nota, Iouísque mei testatum dedecus esset.
Haud impunè feres: adimam tibi nanque figuram,
Qua tibi, quaque places nostro importuna marito.
* arreptam. *Dixit: & * aduersa prensis à fronte capillis*
Strauit humi pronam: tendebat brachia supplex:
Brachia cœperunt nigris horrescere villis,
Curuariq3 manus, & aduncos crescere in vngues:
Officioq3 pedum fungi, laudataq3 quondam
Ora Ioui lato fieri deformia rictu.
Néue preces animos, & verba precantia flectant,
Posse, loqui eripitur: vox iracunda, mináxque.
Plenáque terroris rauco de gutture fertur.
Calisto Lycaonis filia in vrsam. *Mens antiqua tamen facta quoq3 mansit in vrsa:*
Assiduoq3 suo gemitu testata dolores,
Qualescunq3 manus ad cœlum, & sydera tollit,
Ingratumq3 Iouem, nequeat cùm dicere, sentit.
Ah quoties sola non ausa quiescere sylua,
Ante domum, quondámque suis errauit in agris?
Ah quoties per saxa canum latratibus acta est,

Venatrixq3

Venatrixque metu venantum territa fugit?
*Sæpe feris latuit visis, *oblita quid esset,* — Se esse animal alijs formidabile.
Vrsaque conspectos in montibus horruit vrsos,
*Pertimuítque lupos, quamuis pater * esset in illis.* — Lycaon.
Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis
Arcas adest, ter quinque ferens natalibus annos:
Dúmque feras sequitur, dum saltus eligit aptos,
Nexilibúsque plagis syluas Erymanthidas ambit,
Incidit in matrem, quæ restitit Arcade viso,
Et cognoscenti similis fuit. ille refugit:
Immotósque oculos in se sine fine tenentem
*Nescius extimuit, propiúsque accedere *fugit.* — * tentat.
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo: — Tollendo vtroq; in aëra parricidij occasionem sustulit.
Arcuit omnipotens, paritérque ipsum q3, nefásque
Sustulit, & celeri raptos per inania vento — Califto & Arcas in sydera.
Imposuit cœlo, vicináque sidera fecit.
Intumuit Iuno postquam inter sydera pellex
Fulsit, & ad canam descendit in æquora Tethyn,
Oceanumq3 senem, quorum reuerentia mouit
Sæpe Deos: causamq3 viæ scitantibus, inquit,
Quæritis æthereis quare regina Deorum
Sedibus hîc adsim: pro me tenet altera cœlum.
Mentiar, obscurum nisi nox cùm fecerit orbem,
Nuper honoratas summo mea vulnera cœlo
Videritis stellas illic, vbi circulus axem — Arcton & Artophylaca.
Vltimus extremum, spatioq3 breuissimus ambit.
Est verò, cur quis Iunonem ladere nolit,
Offensamque tremat, quæ prosum sola nocendo?
O' ego quantũ egi? quàm vasta potentia nostra est?
Esse hominem vetui, facta est Dea: sic ego pœnas

Sontibus impono: sic est mea magna potestas.
Vendicet antiquam faciem, vultúsque ferinos
Detrahat, Argolica quod in antè Phoronide fecit.
Cur non expulsa ducit Iunone, meóque
Collocat in thalamo, socerúmque Lycaona sumit?
At vos, si læsæ tangit contemptus alumnæ,
Gurgite cæruleo septem prohibete triones,
Syderáque in cœlum, stupri mercede recepta,
Pellite, nè puro tingatur in æquore pellex.

SAB. IN FAB. V. ET VI.

Puellæ & fœminæ impudicæ turpissimis bestijs assimilantur.

PVellæ & fœminæ amissa pudicitia deformatæ, assimilantur turpissimis bestijs, id quod & Salomon in Prouerbijs testatur, cùm inquit, mulierem formosam quæ immodesta est, non dissimilẽ esse porco aureum torquem gerenti. Hac de causa fingitur Calisto Iunonis pellex mutata in vrsam: nec caret ratione, pulcherrimam (Calisto enim apud Græcos à pulchritudine nominatur) mutari in bestiam turpissimam. nam quo pulchrior est fœmina, eò conspectior fit eius turpitudo & deformitas. Nonnulli verò tradunt illam fuisse ab vrsa dilaniatam in venatione. Est itaque verisimile, fabulam esse confictam, partim ex historia, partim ex moribus.

Porrò Ouidius eruditè & astronomicè describit situm stellarum, quibus vrsæ sidus constituitur, cum inquit:

Videritis stellas illic, &c.

Est

Est enim Vrsa arctico circulo, qui ad septẽtrionem extremus & breuissimus est, inclusa: nec vnquàm descendit sub Horizontem, sed propter eleuationem semper extat. Itaq; & fingitur arceri ab Oceano ne subeat aquas, hoc est, ne occidat: dicuntur enim sydera subire æquor, cum occidunt. Vrsa nunquàm descendit sub horizontem.

FABVLA VII. VIII. ET IX.
De Coruo, Coronide, & Nyctimene.

Dii maris annuerant, habili Saturnia curru
*Ingreditur liquidum pauonibus *aëra pictis,* *æthera.
Tam nuper pictis cæso pauonibus Argo,
Quàm tu nuper eras, cùm candidus ante fuisses,
Corue loquax subitò nigrantes versus in alas.
Nam fuit hac quondam niueis argentea pennis
Ales, vt æquaret totas sine labe columbas:
Nec seruaturis vigili Capitolia voce
Cederet anseribus, nec amanti flumina cygno.
Lingua fuit damno: lingua faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc est contrarius albo. Coronis in Cornicem.
Pulchrior in tota, quàm Lariſſæa Coronis
Non fuit Æmonia: placuit tibi Delphice certè
Dum vel casta fuit, vel inobseruata: sed ales
Sensit adulterium Phœbëius: vtque latentem
Detegeret culpam non exorabilis index,
Ad dominum tendebat iter, quem garrula motis
Consequitur pennis, scitetur vt omnia, cornix:
Auditáque viæ causa, non vtile carpis,
Inquit, iter: ne sperne meæ præsagia linguæ.

Quid fuerim, quid sim q3, vide, meritum q3 require:
Inueries nocuisse fidem. nam tempore quodam
Pallas Erichthonium prolem sine matre creatam
Clauserat Actæo texta de vimine cista,
Virginibúsque tribus gemino de Cecrope natis
Seruandum dederat, *sed non confessa, quid esset,
*Et legem dederat, sua ne secreta viderent.
Abdita fronde leui densa speculabar ab vlmo,
Quid facerent: commissa duæ sine fraude tuentur
Pandrosos, atq3 Herse: timidas vocat vna sorores
Aglauros, nodósque manu diducit, & intus
Infantémque vident, apporrectúmque draconem.
Acta Deæ refero: pro quo mihi gratia talis
Redditur, vt dicar tutela pulsa Mineruæ;
Et ponar post noctis auem. mea pœna volucres
Admonuisse potest, ne voce pericula quærant.
At puto non vltrò, nec quicquam tale rogantem
Me petijt: licet hoc ex ipsa Pallade quæras:
Quamuis irata est non hoc irata negabit.
Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
(Nota loquor) genuit, fueram q3 ego regia virgo,
Diuitibúsque procis (ne me contemne) petebar.
Forma mihi nocuit. nam cum per littora lentis
Passibus, vt soleo, summa spatiarer arena.
Vidit & incaluit pelagi Deus: vtq3 precando
Tempora cum blandis absumpsit inania verbis,
Vim parat, & sequitur: fugio, densumq3 relinque
Littus, & in molli nequicquam lassor arena.
Inde Deos, hominésque voco: nec contigit vllum
Vox mea mortalem: mota est pro virgine virgo.

*sic in confessa.
*Hanc.

Auxi-

Auxiliúque tulit. tendebam brachia cœlo:
Brachia cœperunt leuibus nigreſcere pẽnis.
Reijcere ex humeris veſtem molibar: at illa
Pluma erat, inq; cutem radices fixerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neque iam palmas, nec pectora nuda gerebam.
Currebam: nec, vt antè, pedes retinebat arena:
Sed ſumma tollebar humo. mox alta per auras
Euehor, & data ſum comes inculpata Mineruæ.
Quid tamen hoc prodeſt, ſi diro facta volucris
Crimine Nyctimene, noſtro ſucceſſit honori?
An, quæ per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt, patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen? auis illa quidem: ſed conſcia culpæ,
Conſpectum, lucémque fugit, tenebríſque pudorẽ
Celat, & à cunctis expellitur æthere toto.

Nyctimene in noctuam.

Talia dicenti, Tibi, ait, reuocamina coruus
Sint precor iſta malo: nos vanum ſpernimus omen.
Nec cœptum dimittit iter, dominóque iacentem
Cum iuuene Æmonio vidiſſe Coronida narrat.
Laurea delapſa eſt audito crimine amantis:
Et pariter vultúſque Deo, plectrúmque, colórque
Excidit: vtque animus tumida feruebat ab ira,
Arma aſſueta capit, flexumq; à cornibus arcum
Tendit, & illa ſuo toties cum pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora telo.
Icta dedit gemitum, tractóque à vulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore:
Et dixit: Potui pœnas tibi Phœbe dediſſe,
Sed peperiſſe prius: duo nunc moriemur in vna.

Coronis trãſfixa telo ab Apolline.

Hactenus: & pariter vitam cum sanguine fudit.
Corpus inane animæ frigus lethale secutum est.
Pœnitet heu serò pœnæ crudelis amantem,
Séque quòd audierit, quòd sic exarserit, odit.
Odit auem, per quam crimen, causámque dolendi
Scire coactus erat: nec non arcúmque, manúmque
Temere missa. *Odit, cúmque manu temeraria tela, sagittas:*
Collapsámque fouet, seráque ope vincere fata
Nititur, & medicas exercet inaniter artes.
Quæ postquàm frustra tentata, rogumq; parari
Vidit, & arsuros supremis ignibus artus:
Tum verò gemitus (neque enim cœlestia tingi
Ora licet lachrymis) alto de corde petitos
Edidit, haud aliter, quàm cùm spectante iuuenca
Lactentis vituli dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores,
*Et dedit amplexus, iniustáque *busta peregit.*
*iusta.
AEsculapius natus. *Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem*
Semina, sed natum flammis, vteroq; parentis
Eripuit, geminíque tulit Chironis in antrum:
Coruus candidus initio, dein niger factus. *Sperantemque sibi non falsæ præmia linguæ,*
Inter aues albas vetuit consistere coruum.

SAB. IN FAB. VII. VIII. ET IX.

Garrulitas odiosa.

THres fabulæ simul connexæ sunt: Vna de cornice, quæ docet garrulitatem plerisque odiosam esse, præsertim sapientibus: nam ideò fingitur cornix Mineruę inuisa. Altera de coruo, quæ docet consilium benè monentis non

Consilium bene monentis non est repudiandum.

non esse repudiandum. Coruus enim dum spernit consilium cornicis, ipse accersit sibi magnum malum. Tertia, de Nyctimene in noctuam conuersa, continet detestationem impietatis atq; incestæ libidinis, ac docet honestè viuendum, vt benè audiamus, & in conspectum venire non erubescamus. Qui enim turpitudinem subeunt, omnibus honestis inuisi, perinde ac noctuæ, lucem atque conspectum fugiunt. Policianus aliam fingit causam, quàm Ouidius, cur aues circumuolitent noctuam, videlicet, non quòd eam exosam habeant, sed quòd ita venerentur. Ait auiculas olim ab illa admonitas ne insidêrent arboribus, néue inter frondes ita lasciuirent, subsultarent, colluderent & cantarent: Sed hanc admonitionem cum auiculæ contempsissent, eas viſco implicitas serò pœnituisse, quòd salubre illud consilium spreuissent. atque hoc ait esse, cur aues sic vbi noctuam viderint, frequentes eam quasi salutent, deducant, sectentur, circumsidant, circumuolitent, tanquàm admirantes eius sapientiam. Hæc quidem festiua sunt: Sed illud est festiuius, habetq; plus grauitatis, quod Poëta hîc fingit: videlicet noctuam fugere conspectũ atque lucem propter admissum dedecus, quod patrio cubili se implicuerit: eãq; ob id esse tã inuisam auibus, vt omnes eam odio habeant. Cæterùm vt ad cornicis fabulam redeamus, Plinius scribit

Incesta libido detestanda.

Noctuæ lucem fugiunt.

nullam cornicem Athenis conſpici: id arbitror etiam Ouidium transferre ad fabulam, dum fingit cornicem eſſe inuiſam Mineruæ quam Græci Athænam appellant.

Pallas Erichthonium prolem, &c.

Pallas Vulcanum vincit.

Poëtæ voluerunt Palladem florere perpetua virginitate, quod vt crederetur, finxerunt Vulcanum Deum ignis, id eſt, feruorem concupiſcentiæ, diu cum Pallade luctatum atque ſuperatum. Ex ea vero lucta Vulcani & Palladis, natum eſſe Erichthonium, quaſi de terra & lite procreatum, quod Vulcanus ſuperatus effectum libidinis in terram proieciſſet.

Erichthonius ſine matre creatus.

Gemino de Cecrope, &c.

Cecrops geminus ſeu Bicorporeus.

Iuſtinus ſcribit Ceropem regem Athenienſium reuocaſſe ſuos à vagis libidinibus ad matrimonium, ac ideo fingi geminum propter fœminæ & maris coniunctionem. Gregorius verò Nazianzenus in vita Baſilij magni, ſcribit Cecropem duas tenuiſſe linguas, Græcam & AEgyptiacam, atq; hanc eſſe cauſam cur fingatur geminus. Traditur etiam Cecrops initio regni fuiſſe aſper & durus, ac poſtea lenis atque humanus: qua ex re confictam eſſe fabulam Plutarchus arbitratur.

Traiecit pectora, &c.

Nimio ſolis feruore aër fit peſtilens.

Coronis AEſculapij mater interijt peſtilentia: hinc fingitur telo interempta ab Appolline. Solis enim radij aſſimilantur ſagittis, & nimio eius feruore interdum aër fit peſtilens:

lẽs: Quapropter Homerus quoq; fingit, interfici ab Apolline, qui peſte moriuntur. Apollinis autem exemplo hoc loco monemur, ne ſtatim habeamus fidem delatoribus, neu quid ex impotentia animi faciamus cuius poſtea nos pœniteat. Non temerè habenda fides delatoribus.

Sed natum flammis, &c.

Deorum filij à Poëtis nominantur, homines ingenio & virtute præſtantes, cò quòd omnes excellentes artes & virtutes in hominibus fiant diuino afflatu. Hac de cauſa AEſculapius dicitur filius Apollinis: quia cũ fuerit excellens medicus, dictum eſt eum diuino motu adiuuari, & quidem vi Solis, qui plantas fouet. De AEſculapio. Excellentes artes deorum inuentum.

FABVLA X.
De Ocyroe in equam.

SEmifer interea diuina ſtirpis alumno
Latus erat, miſtóque oneri gaudebat honore.
Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri, quam quondam Nympha Chariclo
Fluminis in rapidi ripis enixa vocauit
Ocyroën: non hac artes contenta paternas Ocyroë vates.
Edidiciſſe fuit: fatorum arcana canebat.
Ergo vbi vaticinos concepit mente furores,
Incaluit q; Deo, quem clauſum pectore habebat,
Aſpicit infantem, totíque ſalutifer orbi
Creſce puer, dixit: tibi ſe mortalia ſæpe
Corpora debebunt: animas tibi reddere ademptas
Fas erit: idq; ſemel Dijs indignantibus auſus,

Iouis fulmine.

Posse dare hoc iterum flamma prohibebere auita:
Eq̃ Deo corpus fies exangue: Deúsque,
Qui modò corpus eras: & bis tua fata nouabis.
Tu quoque chare pater non iam mortalis, & æuis
Omnibus vt maneas, nascendi lege creatus,
Posse mori cupies tum, cùm cruciabere diræ
Sanguine serpentis per saucia membra recepto:
Téque ex æterno patientem numina mortis
Efficient: triplicesq̃ Deæ tua fila resoluent.
Restabat fatis aliquid: suspirat ab imis
Pectoribus, lacrymæq̃ genis labuntur ortæ:
Atque ita præuertunt, inquit, me fata, vetórque
*Plura loqui, vocísque meæ *præcluditur vsus.*
Non fuerant artes tanti, quæ numinis iram
Contraxere mihi: mallem nescisse futura.
Iam mihi subduci facies humana videtur:
Iam cibus herba placet: iam latis currere campis
Impetus est: in equam, cognatáque pectora vertor.
Tota tamen quare? pater est mihi nempe biformis.
Talia dicenti pars est extrema querelæ
Intellecta parum, confusaq̃ verba fuerunt.
Mox nec verba quidẽ, nec equæ sonus ille videtur,
Sed simulantis equam: paruóque in tempore certos
Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbis.
Tum digiti coëunt, & quinos alligat vngues
Perpetuo cornu leuis vngula: crescit & oris,
Et colli spatium: longæ pars maxima pallæ
Cauda fit: vtq̃ vagi crines per colla iacebant,
In dextras abiere iubas: paritérque nouata est
Et vox, & facies: nomen quoque monstra dederũt.

Ocyroë in equam.

*præuertitur.

Monstrosa mutatio.

SAB. IN FAB. X.

EXtat apud Platonem in dialogo de Republica vel de iusto, pulcherrimum figmentum de Parcis, quomodo in throno neceſſitatis, cuius filiæ finguntur, ſedeant æquali inter ſe ſpacio collocatæ, veſtimentis albis, capite coronato, digitiſque torqueant fuſum & penſum neceſſitatis ex adamante factum. quomodo item ad harmoniam cœli canant præterita, præſentia & futura. Animæ verò naſcentium aſcendant ad thronum neceſſitatis, ibiſque ſortiantur fata ex genibus Lacheſis ſumpta. Parcæ neceſſitatis filiæ.

Sed nos omiſſis labyrinthis diſputationum de Neceſſitate, dicimus fatum ſignificare prouidentiam diuinam, quæ bona conſeruat, gubernat, & adiuuat, mala reprimit ac tollit: & alio modo agit in motibus cœli & elementorum, alio modo in hominum gubernatione, quibus non eripitur libertas voluntatis, ſed iuſto iudicio adiuuat Deus iuſtos, & deſerit ſontes, vt eos puniat. Nomina tria ſignificant ordinem actionum: Clotho eſt à voluendo, id eſt, Deus offert primũ occaſiones, vt Pompeio offertur occaſio mouendi belli, & moderatione ſua retinendæ pacis. Lacheſis, eſt ipſe euentus; Cum mouit bellum Pompeius, iam periculo ſe implicuit. Atropos, eſt immutabilis, id eſt: factum infectum fieri non poteſt Fatum pro prouidentia diuina, quæ alio modo agit in motibus cœli, alio in hominum gubernatione. Ordo actionum. 1 2 3

Postquàm periculum accersitum est, iam hæret implicitus.

In equam, cognatáque, &c.

Ocyroe pro Fluuio.

Per Ocyroën quæ à veloci fluxu nomen habet, ac fingitur mutata in equam, arbitror intelligi fluuium, eumq; appellari Græcè Hippon. non est enim inusitatum hoc nomen fluuij. nam autore Strabone, apud Colchos influit in Phasin amnis nomine Hippos.

FABVLA XI.
De Batto mutato in indicem.

FLebat, opémque tuam frustra Philyreius heros
Delphice poscebat. nam nec rescindere magni
Iussa Iouis poteras: nec, si rescindere posses,
Tunc aderas: Elim, Messeniaq; arua colebas.
Apollo pastor.
Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
Texit: onus dextræ baculus syluestris oliuæ,
Alterius, dispar septenis fistula cannis.
Dúmque amor est curæ, dum te tua fistula mulcet,
Incustoditæ Pylios memorantur in agros
Processisse boues. videt has Atlantide Maia
Natus, & arte sua syluis occultat abactas.
Senserat hoc furtum nemo, nisi natus in illo
Rure senex, Battum vicinia tota vocabat.
Diuitis hic saltus herbosáque pascua Nelei,
Nobiliumq; greges custos seruabat equarum.
Hunc timuit, blandáque manu seduxit, & illi
Quisquis es hospes, ait, si forte armenta requiret
Hæc aliquis, vidisse nega: neu gratia facto

Nulla

Nulla reperdatur, nitidam cape præmia vaccam.
Et dedit: accepta, voces has reddidit hospes:
Tutus eas, lapis iste prius tua furta loquetur:
Et lapidem ostendit: simulat Ioue natus abire.
Mox redit, & versa pariter cum voce figura,
Rustice, vidisti si quas hoc limite, dixit,
Ire boues, fer opem, furtóque silentia deme:
Iuncta suo pariter dabitur tibi fœmina tauro.
At senior, postquam est merces geminata, sub illis
Montibus, inquit, erant, & erant sub mõtibus illis.
Risit Atlantiades, & me mihi perfide prodis?
Me mihi prodis? ait: periuráque pectora vertit
In durum silicem, qui nunc quoque dicitur Index:
Inq́, nihil merito vetus est infamia saxo.

Battus mutatus in Indicem.

SAB. IN FAB. XI.

APollo siue Sol fingitur pastor vt inquit Iouianus Pontanus:

Quòd pascat quicquid sub cœli nascitur oris.
Battum vicinia tota, &c.

Apollo cur dicatur pastor.

Batti fabula docet fraude sermonis ac periurio abstinendum. Fuit autem Battus inceptus Poëta, cuius odiosam loquacitatem hîc notat: nam in eius versibus eadem verba sæpe iterabantur. itaque ad exprimendam battologiam vsus est his repetitionibus:

Fraude & periurio abstinendum.
Battus Poëta ineptus & loquax.

-Sub illis
Montibus, inquit, erant, & erãt sub mõtibus illis.
-Item: & me mihi perfide prodis?
Me mihi prõdis, ait?

FABVLA XII.
De Aglauro in lapidem.

Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis,
Munychiósq; volãs agros, gratãq; Minerua
Despiciebat humum, cultique arbusta Lycæi.
Illa fortè die castæ de more puellæ
Vertice supposito festas in Palladis arces
Pura coronatis portabant sacra canistris.
Inde reuertentes Deus aspicit ales, itérque
Non agit in rectum, sed in orbem curuat eundem.
Vt volucris visis rapidissima miluius extis,
Dum timet, & densi circunstant sacra ministri,
Flectitur in gyrum: nec longius audet abire:
Spémque suam motis auidus circumuolat alis.
Sic super actæas agilis Cyllenius Arces
Inclinat cursus, & easdem circinat auras.
Quantò splendidior, quàm cætera sydera fulget
Lucifer, & quanto, quam Lucifer, aurea Phœbe
Tantò virginibus præstantior omnibus Herse
Ibat, erátque decus pompæ, comitúmque suarum.
Obstupuit forma Ioue natus, & æthere pendens
Non secus exarsit, quàm cùm Balearica plumbum
Funda iacit: volat illud, & incandescit eundo,
Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter, cœlóque petit diuersa relicto:
Nec se dissimulat: tanta est fiducia formæ.
Quæ quanquam iusta est, cura tamen adiuuat illã,
Permulcétque comas, chlamydémq;, vt pẽdeat aptè
Collocat, vt limbus, totúmque appareat aurum:
Vt teres in dextra, qua somnos ducit, & arcet,

Virga

Virga ſit, vt terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domus ebore, & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos, quorũ tu Pandroſe dextrũ,
Aglauros læuum, medium poſſederat Herſe.
Quæ tenuit læuum, venientem prima notauit
Mercurium, noménque Dei ſcitarier auſa eſt,
Et cauſam aduentus. cui ſic reſpondet Atlantis
Pleioneſque nepos: Ego ſum, qui iuſſa per auras
Verba patris porto: pater eſt mihi Iupiter ipſe.
Nec fingam cauſas: tu tantùm fida ſorori
Eſſe velis, proliſque meæ matertera dici.
Herſe cauſa viæ eſt: faueas oramus amanti.
Aſpicit hunc oculis iiſdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flauæ ſecreta Mineruæ:
Próque miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat: intereà tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torui Deæ bellica luminis orbes,
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu,
Vt pariter pectus, poſitámque in pectore ſorti
Ægeda concuteret. ſubit hanc arcana profana
Detexiſſe manu tum, cùm ſine matre creatam
Lemniacam ſtirpem contra data fœdera vidit:
Ingratámque Deo fore iam, ingratámque ſorori,
Et ditem ſumpto, quod auara poposcerat, auro.

Inuidiæ deſcriptio.

Protinus Inuidiæ nigro ſquallentia tabo
Tecta petit. domus eſt imis in vallibus huius
Abdita, Sole carens, non vlli peruia vento,
Triſtis, & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ
Igne vacet ſemper, caligine ſemper abundet.
Huc vbi peruenit bello metuenda virago,

Constitit ante domum (neq; enim succedere tectis
Fas habet) & postes extrema cuspide pulsat.
Concussæ patuêre fores: videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,
Inuidiam: visaq; oculos auertit: at illa
Surgit humo pigrè, semesarumq; relinquit
Corpora serpentum, passuque incedit inerti.
Vtque Deam vidit, formámque, armisq; decoram,
Ingemuit, vultúmque Deæ ad suspiria duxit.
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.
Nusquam recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno.
Risus abest, nisi quem visi mouêre dolores:
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabescítque videndo
Successus hominum, carpítque & carpitur vnà,
Supplicium q; suũ est. quamuis tamen oderat illam,
Talibus affata est breuiter Tritonia dictis:
Infice tabe tua natarum Cecropis vnam:
Sic opus est: Aglauros ea est. Haud plura locuta
Fugit, & impressa tellurem reppulit hasta.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens,
Murmura parua dedit, successorumq; Minerua
Indoluit: baculúmque capit, quem spinea totum
Vincula cingebant: adopertáque nubibus atris
Quacúnque ingreditur, florentia proterit arua,
* cacumina. *Exurítque herbas, & summa* papauera carpit:*
Afflatúque suo populos, vrbésque, domósque
Pollut: & tandem Tridonida conspicit arcem,
* Immensis. **Ingeniisq; opibusq;, & festa pace nitentem:*

Vixq;

Vixq; tenet lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.
Sed postquàm thalamos intrauit Cecropes natæ,
Iussa facit, pactusq; manu ferrugine tincta
Tangit, & hamatis præcordia sentibus implet,
Inspiratq; nocens virus, piceumq; per ossa
Dissipat, & medio spargit pulmone venenum.
Néue mali causæ spatium per latius errent,
Germanam ante oculos, fortunatúmque sororis
Coniugium, pulchraq; Deûm sub imagine ponit:
Cunctáque magna facit. quibus irritata dolore
Cecropis occulto mordetur, & anxia nocte,
Anxia luce gemit: lentaq; miserrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto saucia sole:
Felicísque bonis aliter non vritur Herses,* *leuius.
Quàm cùm spinosis ignis supponitur herbis,
Quæ neq; dant flammas, leniq; tepore cremantur.
Sæpe mori voluit, ne quicquam tale videret:
Sæpe velut crimen rigido narrare parenti.
Denique in aduersó venientem limine sedit
Exclusura Deum: cui blandimenta, precesque,
Verbaq; iactanti mitissima, desine dixit,
Hinc ego me non sum nisi te motura repulso.
Stemus, ait, pacto velox Cyllenius isto:
Cœlestiq; fores virga patefecit. at illi
Surgere conanti partes, quascunque sedendo
Flectimus, ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto se attollere trunco:
Sed genuum iunctura riget, frigusq; per vngues
Labitur, & pallent amisso sanguine venæ.
Vtque malum latè solet immedicabile cancer

Constitit ante domum (neq; enim succedere tectis
Fas habet) & postes extrema cuspide pulsat.
Concussæ patuêre fores: videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,
Inuidiam: visaq; oculos auertit: at illa
Surgit humo pigrè, semesarumq; relinquit
Corpora serpentum, passuque incedit inerti.
Vtque Deam vidit, formámque, armisq; decoram,
Ingemuit, vultúmque Deæ ad suspiria duxit.
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.
Nusquam recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno.
Risus abest, nisi quem visi mouêre dolores:
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabescítque videndo
Successus hominum, carpítque & carpitur vnà,
Supplicium q; suũ est. quamuis tamen oderat illam,
Talibus affata est breuiter Tritonia dictis:
Infice tabe tua natarum Cecropis vnam:
Sic opus est: Aglauros ea est. Haud plura locuta
Fugit, & impressa tellurem reppulit hasta.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens,
Murmura parua dedit, successorumq; Minerua
Indoluit: baculúmque capit, quem spinea totum
Vincula cingebant: adopertáque nubibus atris
Quacúnque ingreditur, florentia proterit arua,
* cacumina. *Exurítque herbas, & summa* papauera carpit:*
Afflatúque suo populos, vrbésque, domósque
Pollut: & tandem Tridonida conspicit arcem,
* Immensis. **Ingeniisq;, opibusq;, & festa pace nitentem:*

Vixq;

Vixq́ tenet lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.
Sed postquàm thalamos intrauit Cecropę natæ,
Iussa facit, pactusq́ manu ferrugine tincta
Tangit, & hamatis præcordia sentibus implet,
Inspiratq́ nocens virus, piceumq́ per ossa
Dissipat, & medio spargit pulmone venenum.
Néue mali causæ spatium per latius errent,
Germanam ante oculos, fortunatúmque sororis
Coniugium, pulchraq́ Deûm sub imagine ponit:
Cunctáque magna facit. quibus irritata dolore
Cecropis occulto mordetur, & anxia nocte,
Anxia luce gemit: lentaq́ miserrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto saucia sole:
Felicísque bonis aliter non vritur Herses,* *leuius.
Quàm cùm spinosis ignis supponitur herbis,
Quæ neq́ dant flammas, leniq́ tepore cremantur.
Sæpe mori voluit, ne quicquam tale videret:
Sæpe velut crimen rigido narrare parenti.
Denique in aduerso venientem limine sedit
Exclusura Deum: cui blandimenta, precesque,
Verbaq́ iactanti mitissima, desine dixit,
Hinc ego me non sum nisi te motura repulso.
Stemus, ait, pacto velox Cyllenius isto:
Cœlestiq́ fores virga patefecit. at illi
Surgere conanti partes, quascunque sedendo
Flectimus, ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto se attollere trunco:
Sed genuum iunctura riget, friguśq́ per vngues
Labitur, & pallent amisso sanguine venæ.
Vtque malum latè solet immedicabile cancer

Serpere, & illæsas vitiatis addere partes:
Sic læthalis hyems paulatim in pectora venit:
Vitalesq; vias, & respiramina clausit.
Nec conata loqui est, nec si conata fuisset,
Vocis habebat iter, saxum iam colla tenebat,
Oraq; durauerant, signumq; exangue sedebat.
Nec lapis albus erat: sua mens infecerat illam.

SAB. IN FAB. XII.

Pallas eur dicatur & sapiétiæ & belli dea.

PAllas fingitur simul & sapientiæ & belli dea, vt significetur, nec sapientiam à potentia, nec potentiam à sapientia seiunctam esse debere: siquidem potentia sine sapientia obest plurimum, & sapientia sine potentia nihil aut parum prodest.

Protinus Inuidiæ, &c.

Inuidiæ Prosopopœia.

Elegans est inuidiæ Prosopopœia, qua inuidorum natura, affectus, & mores describuntur. Prima inuidiæ ipsius domus in vallibus

Inuidiæ obnoxij sunt humili animo præditi.

imis, significat huic morbo obnoxios esse homines non excelso, sed humili animo præditos. nemo enim, vt dici solet, alterius virtuti inuidet, qui suæ confidit. Docent autem Physici, hos plerunque humili ac deiecto animo esse, quibus sanguis inest frigidior: ideò & inuidiæ domus est

Tristis, & ignaui, &c.

Virtuti cum inuidia nihil est cõmercij.

Deinde quia virtuti ac sapientiæ cum inuidia nihil est commercij, hanc ob causam Pallas non intrat ipsius limen, sed postes extrema cuspide

cuſpide pulſat, hoc eſt, ipſam commouet inuidiam. His enim rebus, virtute ac ſapientia ſolet inuidia concitari. poſtremò eleganter deſcribitur ipſius forma ab effectu: Inuidiæ forma, ab effectu.

Pallor in ore ſedet, &c.

Hoc eſt, obtrectatores pleni ſunt acerbitatis; nihilque eſt illis virulentius: vnde natum eſt prouerbium, Sycophantæ morſum eſſe incurabilem.

Saxum iam colla, &c.

Aglauros mutata in ſaxum, ſignificat inuidos ac maleuolos fieri ſaxeos, hoc eſt, aſperos & ab omni humanitate alienos. nihil eſt enim aſperius, nihil inhumanius, quàm inuidere alterius rebus ſecundis, quæ nihil nocent inuidenti. Inuidi fiunt ſaxei.

FABVLA XIII.
De Europa à Tauro rapta.

HAs vbi verborum pœnas, mentiſq; profanæ
Cœpit Atlantiades, dictas à Pallade terras
*Linquit, & ingreditur iactatis * athera pennis.* * aëra.
Seuocat hunc genitor, nec cauſam faſſus amoris,
Fide miniſter, ait, iuſſorum nate meorum,
Pelle moram, ſubitóque celer delabere curſu,
Quæque tuam matrem tellus à parte ſiniſtra
Suſpicit (indigenæ Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete: quodq; procul montano gramine paſci
Armentum regale vides, ad littora verte.
Dixit: & expulſi iamdudum monte iuuenci

Littora inſſa petunt, vbi magni filia regis
Ludere virginibus Tyrijs comitata ſolebat.
Non benè conueniunt, nec in vna ſede morantur
Maieſtas, & amor. ſceptri grauitate relicta
Ille pater, rectórque Deûm, cui dextra triſulcis
Iupiter in Taurum. *Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem,*
Induitur faciem Tauri, miſtúſque iuuencis
Mugit, & in teneris formoſus obambulat herbis.
Quippe color niuis eſt, quam nec veſtigia duri
Calcauêre pedis, nec ſoluit aquaticus auſter.
Collatoris extant: armis palearia pendent.
Cornua parua quidem, ſed quæ contendere poſſes
Facta manu, puraq; magis pellucida gemma.
Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen.
Pacem vultus habet, mirata Agenore nata,
Quòd tam formoſus, quòd prælia nulla minetur.
Sed quamuis mitem metuit contingere primò:
Mox adit, & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans, & dum veniat ſperata voluptas,
*Oſcula dat manibus (*ah iam, vix cætera differt)*
* vix. *Et nunc alludit, viridiq; exultat in herba:*
Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis:
Paulatimq; metu dempto, nunc pectora præbet
Virginea palpanda manu, modò cornua ſertis
Impediendanouis. auſa eſt quoque regia virgo,
Europa à Ioue abducta & vitiata. *Neſcia quem premeret, tergo conſidere tauri.*
Tum Deus à terra, ſiccóque à littore ſenſim
Falſa pedum primis veſtigia ponit in vndis:
Inde abit vlterius, mediiq; per æquora ponti
Fert prædam. pauet hæc, littúſque ablata relictum
Reſpicit,

Respicit, & dextra cornu tenet, altera dorso
*Imposita est: * tenues sinuantur flumine vestes.* * tremulæ.

SAB. IN FAB. XIII.

ACcommodari potest ad Principes libidinosos & puellarum raptu infames, qui amatorijs leuitatibus dediti, obliuiscuntur personæ quam sustinent, fiuntque similes taurorum. eiusmodi enim Principem videtur Ouidius híc depingere, cum inquit: Principes libidinosi similes sunt taurorum.

Non benè conueniunt, &c.

Cæterùm, quod ad historiam attinet, Europa Agenoris filia a Cretensibus rapta & in Cretam abducta est naui, in qua taurus erat pictus. Iupiter verò qui eo tempore regnabat in Creta, liberos ex ea genuit, Minoa & Rhadamantum. inde nata est fabula, de Europa à Tauro rapta.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER III.

FABVLA I.

De hominibus ex dentibus serpentinis ortis.



Amque Deus posita fallacis imagine tauri,
Se confessus erat, Dictæáque rura tenebat:
*Cùm pater ignarus *natam perquirere Cadmo*
Imperat, & pœnam, si non inuenerit, addit
Exilium, facto pius, & sceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere posset
Furta Iouis?) profugus patriam, iram, parentis
Vitat Agenorides, Phœbíque oracula supplex
Consulit, & quæ sit tellus habitanda, requirit.
Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis,
Nullum passa iugum, curuíque immunis aratri:
Hac duce carpe vias, & qua requieuerit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiáque illa vocato.
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro:
Incustoditam lentè videt ire inuencam,

*raptam.

Nullum

Nullum ſeruitij ſignum ceruice gerentem:
Subſequitur, preſſoq́ legit veſtigia greſſu,
Auctorémque viæ Phœbum taciturnus adorat.
Iam vada Cephyſi, Panopéſque euaſerat arua:
Bos ſtetit, & tollens ſpecioſam cornibus altis
Ad cœlum frontem, mugitibus impulit auras:
Atque ita reſpiciens comites ſua terga ſequentes
Procubuit, teneráſque latus ſubmiſit in herbas.
Cadmus agit grates, peregrinaq́ oſcula terræ
Figit, & ignotos montéſque, agróſque ſalutat.
Sacra Ioui facturus erat: iubet ire miniſtros,
Et petere è viuis libandas fontibus vndas.
Sylua vetus ſtabat nulla violata ſecuri,
Et ſpecus in medio virgis, ac vimine denſus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,
Vberibus fœcundus aquis: vbi conditus antro
Martius anguis erat, criſtis præſignis, & auro.
Igne micant oculi: corpus tumet omne veneno:
Treſq́ micant linguæ: triplici ſtant ordine dentes.
Quem poſtquam Tyria lucum de gente profecti
Infauſto tetigere gradu, demiſſaq́ in vndas
Vrna dedit ſonitum, longo caput extulit antro
Cæruleus ſerpens, horrendáque ſibila miſit.
Effluxere vndæ manibus, ſanguíſque reliquit
Corpus: & attonitos ſubitus tremor occupat artus.
Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet, & immenſo ſaltu ſinuatur in arcus:
Ac media plus parte leues erectus in auras
Diſpicit omne nemus: tantoq́ eſt corpore, quanto,
Si totum ſpectes geminas qui ſeparat Arctos.

Nec mora, Phœnicas, siue illi tela parabant,
Siue fugam, siue ipse timor prohibebat vtrunque,
Occupat; hos morsu, longis amplexibus illos,
Hos necat afflatu, funesta hos tabe veneni.
Fecerat exiguas iam Sol altissimus vmbras:
Quæ mora sit socijs miratur Agenore natus,
Vestigátque viros. tegimen direpta leoni
Pellis erat, telum splendenti lancea ferro,
Et iaculum, telóque animus præstantior omni.
*Vt nemus intrauit, * lethataque corpora vidit,*
Victorémque supra spacioſi corporis hostem
Tristia sanguinea lambentem vulnera lingua:
Aut vltor vestræ fidissima corpora mortis,
Aut comes, inquit, ero. dixit, dextráque molarem
Sustulit, & magnum magno conamine misit.
Illius impulsu cum turribus ardua celsis
Mœnia mota forent, serpens sine vulnere mansit:
Loricaq; modo squamis defensus, & atræ
Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.
At non duritia iaculum quoque vicit eadem:
Quod medio lentæ spinæ curuamine fixum
Constitit, & totum descendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox, caput in sua terga retorsit,
Vulneráque aspexit, fixúmque hastile momordit.
Idq; vbi vi multa partem labefecit in omnem,
Vix tergo eripuit: ferrum tamen ossibus hæsit.
Tum verò postquàm solitas accessit ad iras
Causa recens, plenis tumuerunt guttura venis.
Spumáque pestiferos circumfluit albida rictus:
Terraq; rasa sonat squamis: quiq; halitus exit

Ore

* letho affecta.

Cadmi congressus cum serpente.

Ore niger Stygio, vitiatas inficit herbas.
Ipse modò immensum spiris facientibus orbem
Cingitur, interdum longa trabe rectior extat: *astat.*
Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis,
Fertur, & obstantes perturbat pectore syluas.
Cedit Agenorides paulùm, spolióque leonis
Sustinet incursus; instantiáque ora retardat
Cuspide prætenta. furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figitq; in acumine dentes.
Iámque venenifero sanguis manare palato
Cœperat, & virides aspergine tinxerat herbas: *texerat.*
Sed leue vulnus erat: quia se retrahebat ab ictu
Lassáque colla dabat retro; plagámque sedere
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat:
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
Vsque sequens pressit, dum retro quercus eunti
Obstitit, & fixa est pariter cum robore ceruix.
Pondere serpentis curuata est arbor: & ima
Parte flagellari gemuit sua robora cauda.
Dum spatium victor victi considerat hostis,
Vox subitò audita est: neq; erat cognoscere prop tũ
Vnde, sed audita est: Quid Agenore nate peremptũ
Serpentem spectas? & tu spectabere serpens.
Ille diu pauidus pariter cum voce colorem
Perdiderat, gelidóque coma terrore rigebant.
Ecce viri fautrix superas delapsa per auras
Pallas adest, motaq; iubet supponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret, & impresso sulcum patefecit aratro.
Spargit humi iussos mortalia semina, dentes,

Nec mora, Phœnicas, siue illi tela parabant,
Siue fugam, siue ipse timor prohibebat vtrumque,
Occupat; hos morsu, longis amplexibus illos,
Hos necat afflatu, funesta hos tabe veneni.
Fecerat exiguas iam Sol altissimus vmbras:
Quæ mora sit socijs miratur Agenore natus,
Vestigátque viros. tegimen direpta leoni
Pellis erat, telum splendenti lancea ferro,
Et iaculum, telóque animus præstantior omni.
*Vt nemus intrauit, * lethatáque corpora vidit,*
Victorémque supra spacioſi corporis hostem
Tristia sanguinea lambentem vulnera lingua:
Aut vltor vestræ fidissima corpora mortis,
Aut comes, inquit, ero. dixit, dextráque molarem
Sustulit, & magnum magno conamine misit.
Illius impulsu cum turribus ardua celsis
Mœnia mota forent, serpens sine vulnere mansit:
Loricaq; modo squamis defensus, & atræ
Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.
At non duritia iaculum quoque vicit eadem:
Quod medio lentæ spinæ curuamine fixum
Constitit, & totum descendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox, caput in sua terga retorsit,
Vulneráque aspexit, fixúmque hastile momordit.
Idq; vbi vi multa partem labefecit in omnem,
Vix tergo eripuit: ferrum tamen ossibus hæsit.
Tum verò postquàm solitas accessit ad iras
Causa recens, plenis tumuerunt guttura venis.
Spumáque pestiferos circumfluit albida rictus:
Terraq; rasa sonat squamis: quiq; halitus exit

* letho affecta.

Cadmi congressus cum serpente.

Ore

Ore niger Stygio, vitiatas inficit herbas.
Ipse modò immensum spiris facientibus orbem
Cingitur, interdum longa trabe rectior extat: *astat.
Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis,
Fertur, & obstantes perturbat pectore syluas.
Cedit Agenorides paulùm, spolióque leonis
Sustinet incursus; instantiáque ora retardat
Cuspide praetenta. furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figitq; in acumine dentes.
Iámque venenifero sanguis manare palato
Cœperat, & virides aspergine tinxerat herbas: *texerat.
Sed leue vulnus erat: quia se retrahebat ab ictu
Lasáque colla dabat retro; plagámque sedere
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat:
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
Vsque sequens pressit, dum retro quercus eunti
Obstitit, & fixa est pariter cum robore ceruix.
Pondere serpentis curuata est arbor: & ima
Parte flagellari gemuit sua robora cauda.
Dum spatium victor victi considerat hostis,
Vox subitò audita est: neq; erat cognoscere proptũ
Vnde, sed audita est: Quid Agenore nate peremptũ
Serpentem spectas? & tu spectabere serpens.
Ille diu pauidus pariter cum voce colorem
Perdiderat, gelidóque coma terrore rigebant.
Ecce viri fautrix superas delapsa per auras
Pallas adest, motaq; iubet supponere terrae
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret, & impresso sulcum patefecit aratro.
Spargit humi iussos mortalia semina, dentes,

Inde (fide maius) glebæ cœpere moueri:
*Paruaque. *Primáque de ſulcis acies comparuit haſtæ:*
Tegmina mox capitum picto nutantia collo,
Ex dentibus ſerpentinis homines. *Mox humeri, pectúſque, onerataq́ brachia telis*
Exiſtunt: creſcítque ſeges clypeata virorum.
Sic vbi tolluntur feſtis aulæa theatris,
Surgere ſigna ſolent, primumq́ oſtendere vultus:
Cætera paulatim, placidóque educta tenore
Tota patent, imóque pedes in margine ponunt.
Territus hoſte nouo Cadmus capere arma parabat:
Ne cape de populo, quem terra creauerat, vnus
Exclamat, nec te ciuilibus inſere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus vnum
Comminus enſe ferit, iaculo cadit eminus ipſe.
Hic quoque, qui dederat letho, non longius illo
Viuit, & expirat, modò quas acceperat, auras.
Exemplóque pari furit omnis turoba, ſuque
Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres.
Iámque breuis vitæ ſpatium ſortita iuuentus
Sanguineam tepido plangebant pectore matrem,
Quinque ſuperſtitibus: quorum fuit vnus Echion.
Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma,
Fraternaq́ fidem pacis petiitq́, dedítque.
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes.
Cùm poſuit iuſſam Phœbeis ſortibus vrbem.

SAB. IN FAB. I.

CAdmus Agenoris filius occiſo Rege, cui erat nomen Draco, fertur occupaſſe regnum Bœotiæ: aduerſus quem cum amici & filij

filij Dracónis bellum coniunctis viribus ſuſcepiſſent, ipſe iecit inter eos ſemina diſcordiæ, qua tandem diſtracti atque conſumpti ſunt. Hinc nata eſt fabula de ſerpente, eiúſque dentibus in terram ſeminatis, ex quibus ſubitò extiterunt duæ acies galeis & haſtis armatæ, quæ mutuis vulneribus ſeſe confecerunt. Fingitur autem Cadmus illam ſementem feciſſe iuſſu Palladis, hoc eſt, diuino conſilio: eſt enim ſingularis prudẽtiæ, ita diuellere hoſtium conſenſum. Ac videre mihi videor in hac fabula quandam imaginem horum temporum, vbi aliquoties fœderati Principes ſimili arte ſunt diſtracti, & poſtea inter ſeſe dimicantes perierunt. Porrò nihil eſt ſtultius ac perniciosius, quàm implicari bellis ciuilibus. Nulla enim ſocietas fœderum eſt diuturna: multa ſiquidem incidũt, quibus illa dirimitur, & conuertitur in hoſtiles inimicitias. Docet igitur fabula, conſoſiationem armorum eſſe vitandam, ideoq; vnus de terrigenis fratribus Cadmum admonens, ita exclamat:

Ne te ciuilibus inſere bellis.

Eraſmus Rotherodamus nõ inuenuſtè trãſfert Cadmeam ſementem ad literatos. Scribit enim ſerpentinos dentes in Bœotia ſeminatos ſignificare literas, quas Cadmus ex Phœnicia primus in Græciam attulit, ibiq́ue ſparſit ac ſeminauit. Per ſeditioſos verò fratres, ex ſerpentinis iſtis dentibus ortos, ſignificari litera-

Diſcordia fœderatorum venenum.

Nihil ſtultius quàm implicari bellis ciuilibus.

Literati & qui ſubitò ad honores aſcendunt ſimiles ſerpentinis dentibus.

tos, id si non credis (inquit) considera, qua strage se mutuò conficiant, qui hodie literas profitentur. Potest etiam transferri & accommodari ad alios: vt qui Rempub. sine ordine & gradu capessunt. hi enim subitò existunt honorati, tanquàm illi, quos Cadmus seminauit armati. Sic Gregorius Nazianzenus in vita Basilij Magni, hanc ipsam accommodat sementem ad eos, qui nullo doctrinæ gradu ornati, nec virtute nec eloquentia muniti, nihil deniq́ue pro Ecclesia passi, fiunt corrogatis suffragijs Episcopi. Apud Ammianum Marcellinum extat allegoria eiusdem semẽtis accommodata ad improuisam hostium multitudinem, quæ ex occultis insidijs, tanquàm ex terra emergens, subitò erumpit.

FABVLA II.
De Actæone in ceruum.

Thebæ à Cadmo.

IAm stabant Thebæ: poteras iam Cadme videri
Exilio Felix: soceri tibi Márque, venúsque
Contigerant. huc adde genus de coniuge tanta,
Tot natos, natásque, & pignora chara nepotes,
Hos quoq; iam iuuenes. Sed scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est: dicíque beatus
Ante obitum nemo, supremáque funera debet.
Prima nepos inter res tot tibi Cadme secundas
Causa fuit luctus: alienáque cornua fronti
Addita, vósque canes satiati sanguine herili.
At bene si quæras, fortunæ crimen in illo,

Non

Non ſcelus inuenies. quod enim ſcelus error habe-
Mons erat infectus variarum cæde ferarum: (bat? Egreſſio ad Actæonis caſum.
Iamq; dies medius rerum contraxerat vmbras,
Et Sol ex æquo meta diſtabat vtraque:
Cùm iuuenis placido per deuia luſtra vagantes
Participes operum compellat Hyantius ore:
Lina madent comites, ferrúmque cruore ferarum:
Fortunaq; dies habuit ſatis: altera lucem
Cùm croceis inuecta rotis Aurora reducet;
Propoſitum repetamus opus: nunc Phœbus vtraq;
Diſtat idem terra, findítque vaporibus arua.
Siſtite opus præſens, nodoſaq; tollite ligna.
Iuſſa viri faciunt, intermittúntque laborem.
Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu
Nomine Gargaphie, ſuccincta cura Dianæ:* *ſacra.
Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu,
Arte laboratum nulla: ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo. nam pumice viuo,
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
Fons ſonat à dextra, tenui pellucidus vnda,
Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.
Hic Dea venatu ſyluarum feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quo poſtquam ſubijt, Nympharum tradidit vni
Armigeræ iaculũ, pharetramq;, arcuſq; retentos.
Alterа depoſitæ ſubiecit brachia pallæ:
Vincla duæ pedibus demunt. nam doctior illis
Iſmenis Crocale ſparſos per colla capillos
Colligit in nodum, quamuis erat ipſa ſolutis.
Excipiunt laticem Niphéque, Hyaleq;, Rhaniſq;

Et Pſecas, & Phiale, funduntq; capacibus vrnis.
Dúmque ibi perluitur ſolita Titania lympha,
Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum,
Per nemus ignotum non certis paſſibus errans
Peruenit in lucum: ſic illum fata ferebant.
Qui ſimul intrauit rorantia fontibus antra,
Sicut erant nudæ, viſo ſua pectora Nymphæ
Percuſſere viro, ſubitíſque vlulatibus omne
Impleuere nemus, circumfuſæq; Dianam
Corporibus texêre ſuis: tamen altior illis
Ipſa Dea eſt, collóque tenus ſupereminet omnes.
Qui color infectis aduerſi ſolis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet, aut purpureæ Auroræ,
Is fuit in vultu viſæ ſine veſte Dianæ.
Quæ, quanquàm comitũ turba eſt ſtipata ſuarum,
Inlatus obliquum tamen aſtitit, oráque retro
*Flexit: & vt vellet *promptas habuiſſe ſagittas,*
Quas habuit, ſic hauſit aquas, vultúmque virilem
Perfudit, ſpargénſque comas vltricibus vndis,
Addidit hæc cladis prænuntia verba futuræ:
Nunc tibi me poſito viſam velamine narres
Si poteris narrare, licet: nec plura minata
Dat ſparſo capiti viuacis cornua cerui:
Dat ſpatium collo, ſummáſque cacuminat aures.
Cum pedibuſq; manus, cum longis brachia mutat
Cruribus, & velat maculoſo vellere corpus.
Additus & pauor eſt. fugit Autonêius heros:
Et ſe tam celerem curſu miratur in ipſo.
Vt verò vultus, & cornua vidit in vnda,
Me miſerum, dicturus erat: vox nulla ſecuta eſt.
Ingemuit:

* poſitas.

Actæon in ceruum.

Ingemuit: vox illa fuit, lachrymæque per ora
Non ſuã fluxerũt: mens tantùm priſtina manſit.
Quid faciat? repetátne domum, & regalia tecta?
An lateat ſyluis? timor hoc, pudor impedit illud.
Dum dubitat, vidére canes: primúſque Melãpus,
Ichnobatêſque ſagax latratu ſigna dedere:
Gnoſius Ichnobates, Spartana gente Melampus.
Inde ruunt alij rapida velocius aura (omnes,
Pamphagus, & Dorceus, & Oribaſus, Arcades
Nebrophonoſq́ valens, & trux cũ Lælape Therõ,
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,
Hylæúſque ferox nuper percuſſus ab apro,
Déque lupo concepta Nape, pecudéſque ſecuta
Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus,
Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Lagon,
Et Dromas, & Canache, Stictéq́, & Tigris, &
Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris, (Alce,
Prænalidúſque Lacon, & curſu fortis Aëllo,
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lyciſca,
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo
Harpalos, & Melaneus, hirſutaq́ corpore Lachne,
Et patræ Dictæo, ſed matre Laconide nati
Labros, & Agriodos, & acutæ vocis Hylactер,
Quóſque referre mora eſt. ea turba cupidine prædæ
Per rupes, ſcopulóſque, adſtũque carentia ſaxa,
Quáque eſt difficilis, quáq́ eſt via nulla, ſequũtur.
Ille fugit, per quæ fuerat loca ſæpe ſecutus.
Heu famulos fugit ille ſuos. clamare libebat,
Actæon ego ſum, dominum cognoſcite veſtrum:
Verba animo deſunt. reſonat latratibus æther.

Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit,
Proxima Theridamas: Oresitrophus hæsit in armo.
Tardius exierant, sed per compendia montis
Præcipitata via est. dominum retinentibus illis
Cætera turba coit, confértque in corpore dentes.
Iam loca vulneribus desunt. gemit ille, sonúmque
Et si non hominis, quem non tamen edere possit
Ceruus, habet, mœstiſq; replet iuga nota querelis:
Et genibus pronis supplex, similiſq; roganti
Circunfert tacitos, tanquam sua brachia, vultus.
*At comites rapidum solitis *hortatibus agmen*
Ignari instigant: oculiſq; Actæona quærunt:
Et velut absentem certatim Actæona clamant.
Ad nomen caput ille refert, & abesse queruntur,
Nec capere oblatæ segnem spectacula prædæ.
Vellet abesse quidem, sed adest: vellétque videre,
Non etiam sentire canum fera facta suorum.
Vndique circunstant, mersiſque in corpore rostris
Dilacerant falsi dominum sub imagine cerui.
Nec, nisi finita per plurima vulnera vita,
Ira pharetratæ fertur satiata Dianæ.

*clamoribus.

Actæon à canibus dilaceratur.

SAB. IN FAB. II.

Nemo beatus ante obitum.

VT Athletæ non ferunt coronam nisi peracto certamine: ita nemo consequitur laudem fœlicitatis, nisi peracta vita, propter vicissitudinem rerum humanarum, & incertos vitæ casus. Hæc verò sententia ascribitur Soloni, nempe finem vitæ spectandum esse, ac neminem ante obitum dici beatum debere:

qua

qua ſententia apud Herodotum admonetur Crœſus à Solone, ne immenſis opibus & nimia fœlicitate fretus, efferat animum, ſeque putet beatum eſſe, cùm adhuc ante obitum ei multa triſtia euenire poſſint. Id quod etiam accidit: Crœſus enim poſtea à Cyro captus & regno exutus eſt: cumq; impoſitus rogo & iam igne cremandus eſſet, tunc demum cepit recordari huius ſententiæ & clamare, ô Solon Solon. Meminit huius ſententiæ & Iuuenalis, cùm inquit:

-quem vox facunda Solonis
Reſpicere extrema iuſſit ſpacia vltima vitæ.
Dat ſparſo capiti vinacis, &c.

Actæon in ceruum conuerſus docet Principes quodammodo exuere animum humanum, ac degenerare in naturam ferinam, dum aſſiduè in ſyluis agunt, ibiq; cum feris luctantur, & aſſuefiunt cædibus. Dicuntur autẽ vulgò dilaniari venatores à canibus, cum exhauſto ſumptu in alendis canibus facto, rediguntur ad inopiam. Meminit huius fabulæ Euripides: ſed aliam cauſam adfert quàm Ouidius, quare Actæon ſit mutatus in Ceruum. Ait enim eum impiè locutum de dijs, cum gloriaretur ſe præſtantiorem eſſe venatorem ipſa Diana. Extat locus apud Euripidẽ in Bacchis, vbi Cadmus exemplo Actæonis admonens Penthea: ne quid arroganter aut impiè dicat de dijs: ita inquit;

Principes in ſyluis aſſidue agentes quodammodò exuunt animum humanum.

Venatores quomodò dicantur à canibus dilaniari.

Nosti Actæonis fatum lachrymale,
Quem crudi canes, quos enutriuerat,
Discerpserunt, cum se venandi peritia
In syluis gloriaretur superare Artemidem?

Ioannes Dantiscus, Episcopus Varmiensis solebat comparare Actæonis canes parasitis: ac dicebat, idem accidere Principibus à parasitis, quod Actæoni à canibus, nempe vt deuorentur ab ijs quos alunt. Itaque in Principem adulatoribus & parasitis circumfusum, immodicisq; largitionibus perditum, competunt hi versus:

Principum parasiti similes canibus Actæonis.

Vndique circunstãt, mersisq; in corpore rostris
Dilacerant dominum falsi sub imagine cerui.

FABVLA III.
De Baccho femori Iouis insuto.

RVmor in ambiguo est: alijs violentior æquo
Visa Dea est: alij laudant, dignámque seuera
Virginitate vocant: pars inuenit vtraque causas.
Sola Iouis coniux non tàm culpétue, probétue
Eloquitur, quàm clade domus ab Agenore ducta
Gaudet, & à Tyria collectum pellice transfert
In generis socios odium. Subit ecce priori
Causa recens: grauidámque dolet de semine magni
Esse Iouis Semelem. tum linguam ad iurgia soluit.
Profeci quid enim toties per iurgia? dixit:
Ipsa petenda mihi est: ipsam, si maxima Iuno
Ritè vocor, perdam: si me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet, si sum regina, Iouísque

Semele ex Ioue grauida

Et

Et ſoror, & coniux, certè ſoror. at puto furto eſt
Contenta, & thalami breuis eſt iniuria noſtri.
Concipit: id deerat: manifeſtáque crimina pleno
Fert vtero, & mater, quod vix mihi contigit vni,
De Ioue vult fieri: tanta eſt fiducia forma.
Fallat eam faxo: nec ſim Saturnia, ſi non
De Ioue merſa ſuo Stygias penetrabit ad vndas.
Surgit ab his ſolio, fulnáque recondita nube
Limen adit Semeles: nec nubes antè remouit, Iuno in Beroën.
Quàm ſimulauit anum, poſuítque ad tẽpora canos,
*Sulcauitque cutem rugis, & curua *trementi* *rigenti.
*Membra tulit *greſſu, vocem quoque fecit anilẽ:* *paſſu.
Ipſáque erat Beroë Semeles Epidauria nutrix.
Ergo vbi captato ſermone, diúque loquendo
Ad nomen venére Iouis, ſuſpirat: & opto,
Iupiter vt ſit, ait: metuo tamen omnia. multi
Nomine Diuorum thalamos iniére pudicos.
Nec tamen eſſe Iouem ſatis eſt: det pignus amoris,
Si modò verus is eſt: quantúſque, & qualis ab alta
Iunone excipitur, tantus, taliſque rogato
Det tibi complexus, ſuáque antè inſignia ſumat.
Talibus ignaram Iuno Cadmeïda dictis
Formarat, rogat illa Iouem ſine nomine munus.
Cui Deus, Elige, ait, nullam patiere repulſam.
Quóque magis credas, Stygij quoque cõſcia ſunto
Numina torrẽtis: timor, & Deus ille Deorum eſt. Styx Deorum timor.
Læta malo, nimiúmque potens, perituráq; amãtis
Obſequio Semele; qualem Saturnia, dixit,
Te ſolet amplecti, Veneris cùm fœdus initis,
Da mihi te talem. voluit Deus ora loquentis

Opprimere: exierat iam vox properata ſub auras.
Ingemuit: neque enim non hæc optaſſe, neque ille
Non iuraſſe poteſt. ergo mœſtiſſimus altum
Æthera conſcendit, vultúmque ſequentia traxit
Nubila: queis nimbos, immiſtáque fulgura vētis
Addidit, & tonitrus, & ineuitabile fulmen.
Quà tamen vſque poteſt vires ſibi demere tentat.
Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoëa,
Nunc armatur eo: nimium feritatis in illo eſt.
Eſt aliud leuius fulmen, cui dextra Cyclopum
Secunda fulmina. *Sæuitiæ, flammaq; minus, minus addidit iræ.*
Tela ſecunda vocant ſuperi. capit illa, domúmque
Intrat Agenoream, corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos, doniſq; iugalibus arſit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Bacchus inſuitur femori Iouis. *Eripitur, patrióque tener (ſi credere dignum eſt)*
Inſuitur femori, maternáque tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat: inde datum Nymphæ Nyſeïdes antris
Occuluére ſuis, lactiſq; alimenta dedére.

SAB. IN FAB. III.

ETſi magna pars narrationum de Cadmo & eius poſteris commonefactiones de moribus etiam continet: tamen hiſtoriæ multæ inuolutæ ſunt. & mixtæ ſunt admonitiones Phyſicæ, vt in multis alijs narrationibus concurrunt hiſtorica, phyſica & Ethica. Vocabulum Cadmus certò ſignificat Orientalē, quia hic dux ex Phœnicia aduenit, & inde literas & doctrinas

Cadmus.

doctrinas in Bœotiam attulit. Semele significat simulacrũ;& haud dubiè ritus noui à Cadmo allati sunt. Idcò fingitur Semele amata esse à Ioue, id est, nouos & speciosos ritus tunc receptos esse. Vocabulum Ino prorsus significat idem quod fortuna latinis. Et fortassis etiam nomen fuit nouæ statuæ & nouorum rituum. Aut significauit Imperia constitui non humanis cõsilijs, sed arcanis & fatalibus causis, quarum euentus nominatur Fortuna.

Semele.

Ino.

Imperfectus adhuc infans, &c.

Consentaneum est Cadmum monstrasse rationem plantandi vites, & artem putandi & vuas exprimendi. Et quia beneficium Dei esse iudicatur, dicitur Bacchus ex Semele, id est, cultu Dei natus esse. Aut Physica sunt inuolucra: Semele est terra, ex cuius humore & pinguedine vitis fit fœcunda. Vt autem crescant vuæ & percoquantur, aëreo & suaui calore fouendæ sunt. Talis est Iouis calor. ac res ostendit, quando temperatus & suauis calor, postquàm ex vitibus gemmæ exortæ sunt, accessit, melius coqui vuas, & gigni vina meliora.

Ars plantandi vites & putandi est à Deo.

Vitis quomodò fit fœcunda & crescat.

FABVLA IIII.
De Tiresia in augurem.

Dúmque ea per terras fatali lege geruntur,
Tutáque bis geniti sunt incunabula Bacchi,
Fortè Iouem memorant diffusum nectare curas:

Sepoſuiſſe graues, vacuáque agitaſſe remiſſos
Cum Iunone iocos: &, maior veſtra profectò eſt,
Quàm quæ contingit maribus, dixiſſe, voluptas.
Tireſias in fœminam. *Illa negat. placuit quæ ſit ſententia docti*
Quærere Tireſia. Venus huic erat vtraque nota.
Nam duo magnorum viridi coëuntia ſylua
Corpora ſerpentum baculi violauerat ictu:
Deque viro factus (mirabile) fœmina, ſeptem
Egerat autumnos. octauo rurſus eoſdem
Vidit: &, eſt veſtræ ſi tanta potentia plagæ
Dixit, vt auctoris ſortem in contraria mutet,
Nunc quoque vos feriam. percuſſis anguibus iſdẽ,
Forma prior redijt, genitiuáque venit imago.
Arbiter hic igitur ſumptus de lite iocoſa
Dicta Iouis firmat. grauius Saturnia iuſto,
Nec pro materia fertur doluiſſe: ſuíque
Iudicis æterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotẽs (neq; enim licet irrita cuiquã
Facta Dei feciſſe Deo) pro lumine adempto
Tireſias augur. *Scire futura dedit, pœnámque leuauit honore.*

SAB. IN FAB. IIII.

Viri ex mulieribus facti. LIuius ſcribit Spoleti virum ex muliere factum eſſe. Et pauca alia ſimilia exempla recitantur. Hæc ſiquando accidunt, dira prodigia ſunt, & prorſus aliena ab ordine Naturæ. Multa autem tetra acciderunt in Idolorum cultibus: quare & Tireſiæ aliquid monſtroſum accidere potuit. Minus alienum eſt à naturæ exemplis naſci androginos. Et fortaſſis talis

talis fuit Tiresias, aut prorsus allegoricè significatum est, virum præstantem Tiresiam perterritum recepisse fanaticos ritus.

FABVLA V. ET VI.
De Echo in vocem; & Narcisso in florem.

Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes
Irreprehensa dabat populo responsa petenti.
*Prima fide, vocísque *ratæ tentamina sumpsit* *datæ.
Cærula Liriope: quam quondam flumine curuo
Implicuit, clausæq; suis Cephisus in vndis
Vim tulit. enixa est vtero pulcherrima pleno
Infantem Nymphe, iam tunc qui posset amari,
Narcissúmque vocat, de quo consultus an esset Narcissus.
Tempora maturæ visurus longa senectæ,
Fatidicus vates, Si se non nouerit, inquit.
Vana diu visa est vox auguris: exitus illam,
Resq; probat, lethíque genus, nouitásque furoris.
Nam quater ad quinos vnum Cephisius annos
Addiderat, poterátque puer, iuuenísque videri:
Multi illum iuuenes, multæ petiere puellæ:
Sed fuit in tenera tam dura superbia forma:
Nulli illum iuuenes, nullæ tetigere puellæ.
Aspicit hunc trepidos agitante in retia ceruos
Vocalis Nymphe, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat: & tamen vsum
Garrula non aliũ, quàm nunc habet, oris habebat,
Reddere de multis vt verba nouissima posset.
Fecerat hoc Iuno: quia, cùm deprendere posset

Sub Ioue ſæpe ſuo Nymphas in monte iacentes,
Illa Deam longo prudens ſermone tenebat,
Echo in vocem. *Dũ fugerent Nymphæ. poſtquã hæc Saturnia sẽſit*
Huius, ait, linguæ, qua ſum deluſa, poteſtas
Paruа tibi dabitur, vocíſque breuiſſimus vſus.
Réque minas firmat: tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat voces, auditáque verba reportat.
Ergo vbi Narciſſum per deuia rura vagantem
Vidit, & incaluit, ſequitur veſtigia furtim.
Quóque magis ſequitur, flamma propiore caleſcit:
Non aliter, quàm cùm ſummis circunlita tedis
Admotas rapiunt viuacia ſulphura flammas.
O' quoties voluit blandis accedere dictis,
* recuſat. *Et molles adhibere preces: natura *repugnat.*
Nec ſinit incipiat: ſed quod ſinit, illa parata eſt
Expectare ſonos, ad quos ſua verba remittat.
Fortè puer comitũ ſeductus ab agmine fido (cho
*Dixerat, *Hic quis adeſt? Et adeſt, reſpõderat E-*
* Ecquis. *Hic ſtupet, vtq; aciem partes dimiſit in omnes,*
Voce, veni, magna clamat: vocat illa vocantem.
Reſpicit, & rurſus nullo veniente, Quid, inquit,
Me fugis? & totidem, quot dixit, verba recepit.
Perſtat, & alternæ deceptus imagine vocis,
Huc coeamus, ait: nulliq; libentius vnquam
Reſponſura ſono, Coëamus rettulit Echo:
Et verbis fauet ipſa ſuis: egreſſaque ſylua
Ibat, vt iniceret ſperato brachia collo.
Ille fugit, fugiénſque manus complexibus aufert.
Antè, ait, emoriar, quàm ſit tibi copia noſtri.
Rettulit illa nihil, niſi, Sit tibi copia noſtri.

Spreta

Spreta latet ſyluis, pudibundáq; frondibus ora
Protegit, & ſolis ex illo viuit in antris.
*Sed tamen hæret amor, creſcitq; *dolore repulſæ,* *pudore.
Et tenuant vigiles corpus miſerabile curæ,
Adducitq; cutem macies, & in aëra ſuccus
Corporis omnis abit: vox tantũ, atq; oſſa ſuperſunt:
Vox manet: oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram.
Inde latet ſyluis, nullóque in monte videtur: Echo in ſyluis.
Omnibus auditur: ſonus eſt qui viuit in illa.
*Sic hanc, ſic alias *vndis, aut montibus ortas,* *ſyluis.
Luſerat hic Nymphas, ſic cœtus ante viriles.
Inde manus aliquis deſpectus ad æthera tollens,
Sic amet ipſe licet, ſic non potiatur amato.
Dixerat: aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis.
Fons erat illimis nitidis argenteus vndis:
Quem neque paſtores, neq; paſtæ in monte capellæ
Contigerant, aliúdue pecus: quem nulla volucris,
Nec fera turbarat, nec lapſus ab arbore ramus.
Gramen erat circà, quod proximus humor alebat,
Syluaque ſole locum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer, & ſtudio venandi laſſus, & æſtu
Procubuit, faciémque loci, fontemq; ſecutus:
Dúmque ſitim ſedare cupit, ſitis altera creuit:
Dúmque bibit, viſæ correptus imagine formæ
Spẽ ſine corpore amat: corpus putat eſſe quod vm-
Ac ſtupet ipſe ſibi. vultuq; immotus eodẽ (bra eſt:
Hæret, vt è Pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus geminum ceu lumina ſidus,
Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines,
Impubeſq; genas, & eburnea colla, decúſque

Oris, & in niueo mistum candore ruborem:
Cunctáque miratur, quibus est mirabilis ipse.
Se cupit imprudens, & qui probat, ipse probatur:
Dúmque petit, petitur: pariterq; accẽdit, & ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti!
In medias quoties visum captantia collum
Brachia mersit aquas, nec se deprendit in illis?
Quid videat nescit: sed quod videt, vritur illo:
Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
Credule quid frustra simulacra fugacia captas?
Quod petis est nusquam: quod amas, auertere: perdes.
Ista repercussæ, quam cernis, imaginis vmbra est.
Nil habet ista sui: tecum venítque, manétque:
Tecum discedit, si tu discedere possis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abstrahere inde potest: sed opaca fusus in herba
Spectat inexpleto mendacem lumine formam:
Pérque oculos perit ipse suos: paulúmque leuatus
Ad circunstantes tendens sua brachia syluas,
Ecquis Io syluæ crudelius, inquit, amauit?
Scitis enim, & multis latebra opportuna fuistis.
Ecquem, cùm vestræ tot agantur secula vitæ,
Qui sic tabuerit, longo meministis in æuo?
Et placet, & video: sed quod videóque, placétque,
Non tamen inuenio: tantus tenet error amantem.
Quoq; magis doleam, non nos mare separat ingens,
Nec via, nec montes, nec clausis mœnia portis:
Exigua prohibemur aqua: cupit ipse teneri.
Nam quoties liquidis porreximus oscula lymphis,

* miserabilis.

Hic

Hic toties ad me resupino nititur ore.
Posse putes tãgi: minimũ est quod amantibus obstat.
Quisquis es, huc exi. quid me puer vnice fallis?
Quóue petitus abis? certè nec forma, nec ætas
Est mea, quã fugias: & amarũt me quoq; Nymphæ.
Spem mihi, nescio quam, vultu promittis amico:
Cúmque ego porrexi tibi brachia, porrigis vltro:
Cùm risi, arrides: lacrymas quoque sæpe notaui
Me lachrymante tuas: nutu quoq; signa remittis:
Et quantum motu formosi suspicor oris,
Verba refers aures non peruenientia nostras.
Ille ego sum, sensi, nec me mea fallit imago.
Vror amore mei, flammas moueóque, feróque.
Quid faciã? roger, annè rogẽ? quid deinde rogabo?
Quod cupio mecum est: inopem me copia fecit.
O' vtinam à nostro secedere corpore possem.
Votũ in amãte nouũ est: vellem, quod amamus, ab-
Iamq; dolor vires adimit, nec tempora vitæ (esset.
Longa meæ superant, primoq; extinguor in æuo.
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
Hic qui diligitur, vellem diuturnior esset.
Nunc duo concordes anima moriemur in vna.
Dixit: & ad faciem rediit malè sanus eandem,
Et lacrymis turbauit aquas: obscuráque moto
Reddita forma lacu est: quam cùm vidisset abire,
Quò refugis? remane, nec me crudelis amantem
Desere, clamauit: liceat, quod tangere non est,
Aspicere, & misevo præbere alimenta furori.
Dúmque dolet, summa vestem deduxit ab ora,
Nudáque marmoreis percussit pectora palmis.

Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem:
Non aliter, quàm poma solent, quæ candida parte,
Parte rubent: aut vt varijs solet vua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.
Quæ simul aspexit liquefacta rursus in vnda,
Non tulit, vlterius, sed vt intabescere flaua
Igne leui cera, matutinæque pruinæ
Sole tepente solent: sic attenuatus amore
Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni.
Et neque iam color est misto candore rubori,
Nec vigor, & vires, & quæ modò visa placebant,
Nec corpus remanet, quõdã quod amauerat Echo.
Quæ tamen vt vidit, quamuis irata, memórque
Indoluit: quotiésque puer miserabilis eheu
Dixerat, hæc resonis iterabat vocibus, eheu.
Cumq; suos manibus percusserat ille lacertos,
Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eundem.
Vltima vox solitam fuit hæc spectantis in vndam,
Heu frustra delecte puer: totidemque remisit
Verba locus, dictóque vale, vale, inquit, & Echo.
Ille caput viridi fessum submisit in herba:
Lumina mors clausit domini mirantia formam.
Tum quoq; se, postquàm est inferna sede receptus,
In Stygia spectabat aqua, planxere sorores
Naiades, & sectos fratri imposuere capillos,
Planxerunt Dryades: plangentibus assonat Echo.
Iamq; rogũ, quassasq; faces, pharetramq; parabant.
Nusquam corpus erat: croceum pro corpore florem
Inueniunt, foliis medium cingentibus albis.

Narcissus amoris impatientia moritur, & mutatur in florem sui nominis.

SAB. IN FAB. V. ET VI.

ECho allegoricè significat iactantiam: hæc spreta mutatur in sonum, hoc est, in rem inanem. Talis est enim iactantia: Echo pro Iactantia.

Omnibus auditur, sonus est qui viuit in illa.

Narcissus verò significat hominem sibi vehementer placentem, ac supra modum sui amãtem: quod ex ipsius verbis intelligi potest. Sic enim de seipso loquitur: Narcissus pro philautia.

Iste ego sum, sensi, nec me mea fallit imago,
Vror amore mei.

Rectè igitur Echo amat Narcissum, hoc est, iactantia Philautiam. Adhæc sapienter fingitur Nemesis insolentiæ & arrogantiæ vindex, repetere pœnas à Narcisso se ita amante, vt suam ipsius vmbram admiretur. Diuinitus enim puniuntur Sui amantes hac dementia, vt etiam insciti am suam esse sapientiam arbitrentur. Pœna Philautiæ.

Eruditè exposuit hanc fabulã Vitus Winshemius in quadam Declamatione, vbi sic inquit: Narcissus in fabulis Poetarum, dum nimium sese amat, contabescit, peritque & ipse & illa falsa imago, quam tantopere deperibat. Et nunc mutatus in florem monet nos serò floreſcens, ne nimis maturè & ante tẽpus sapere incipiamus, nêue nos aut nostra nimis amemus, atq; admiremur. quod cum in omni ætate odiosum est: tùm verò in adolescentia Ante tempus sapere, & se admirari, in adolescentia prorsus intolerabile.

prorsus intolerabile. Nam vt ab vsu rerum solidaque & perfecta doctrina & sapientia, hactenus adhuc longissimè abest: ita has res non possunt sibi arrogare sine summa turpitudine ac vanitate. Vt enim vuæ & poma non in vere, nec in æstate matureſcunt, sed in autumno paulò ante hyemem, ita doctrinæ fructus ingraueſcente senectute primùm solent matureſcere.

FABVLA VII.
De Pentheo.

COgnita res vati meritã per Acheidas vrbes
Contulerat famã, nomẽq́, erat auguris ingẽs.
Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus vnus
Contemptor ſuperûm Pentheus, præſagáque ridet
Verba ſenis: tenebras & cladem lucis ademptæ
Obiecit. ille mouens albentia tempora canis,
Quàm felix eſſes, ſi tu quoque luminis huius
Orbus, ait, fieres, nec Bacchica ſacra videres?
Penthei casus. *Namque dies aderit, quam nõ procul augur or eſſe,*
Qua nouus huc veniet proles Semeleia Liber:
Quem niſi templorum fueris dignatus honore,
Mille lacer ſpargêre locis, & ſanguine ſylvas
Fœdabis, matrémque tuam, matríſque ſorores.
Et veniet: neque enim dignabere numen honore:
Méque ſub his tenebris nimium vidiſſe queréris.
Talia dicentem perturbat Echione natus.
Dicta fides ſequitur, reſponſaque vatis aguntur.
Liber adeſt, feſtíſque fremunt vlulatibus agri:

Turba

Turba ruit, mistæque viris matrésque, nurúsque,
Et vulgus, procereſque ignota ad ſacra feruntur.
Quis furor anguigenæ proles Mauortia veſtras
Attonuit mentes? Pentheus ait: ærane tantum Orgia deſcribit.
Aëre repulſa valent, & adunco tibia cornu,
Et magicæ fraudes, vt quos non bellicus enſis,
Non tuba terruerit, non ſtrictis agmina telis,
Fœmineæ voces, & mota inſania vino,
Obſcenique greges, & inania tympana vincant?
Vóſne ſenes mirer, qui longa per æquora vecti
Hac Tyron & profugos poſuiſtis ſede penates:
Nunc ſinitis ſine marte capi? vóſne, acrior ætas,
O iuuenes, propiórque meæ, quos arma tenere,
Non thryſos; galeáque tegi, non fronde, decebat?
Eſte precor memores, qua ſitis ſtirpe creati,
Illiúſque animos qui multos perdidit vnùs,
*Sumite ſerpentis. pro *fontibus ille, lacúque* *frondibus.
Interijt: at vos pro fama vincite veſtra.
Ille dedit letho fortes: vos vincite molles,
Et patrium retinete decus, ſi fata vetabunt
Stare diu Thebas, vtinam tormenta, viríque
Mœnia diruerent, ferrúmque, igníſque ſonaret.
Eſſemus miſeri ſine crimine, ſorſque querenda,
Non celanda foret, lachrymæq́, pudore carerent.
At nunc à puero Thebæ capientur inermi,
Quẽ neque bella iuuant, nec tela, nec vſus equorũ,
Sed madidi myrrha crines, molléſque coronæ,
Purpuráque, & pictis intextum veſtibus aurum.
Quẽ quidem ego actutũ, modo vos abſiſtite, cogam
Aſſumptúmque patrem, commentaq́, ſacra fateri.

An ſatis Acriſio eſt animi contemnere vanum
Numen, & Argolicas venienti claudere portas:
Penthea terrebit cum totis aduena Thebis?
Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducémque
Attrahite huc vinctum: iuſſis mora ſegnis abeſto.
Hũc auus, hũc Athamas, hũc cætera turba ſuorũ
Corripiunt dictis, fruſtráque inhibere laborant.
Acrior admonitu eſt, irritatúrque retenta,
Et creſcit rabies, moderaminaque ipſa nocebant.
Sic ego torrentem, qua nihil obſtabat eunti,
Lenius, & modico ſtrepitu decurrere vidi:
At quacunque trabes, obſtructaq́, ſaxa iacebant,
Spumeus, & feruens, & ab obice ſæuior ibat.
Ecce cruentati redeunt: & Bacchus vbi eſſet,
Quærenti domino, Bacchum vidiſſe negarunt:
Hunc, dixere, tamen comitem, famulumq́, ſacrorũ
*Cepimus. & tradunt manibus poſt terga * ligatis,*
Sacra Dei quondam Tyrrhena gente ſecutum.

* reuinctis.

SAB. IN FAB. VII.

Nihil plauſibilius ſuperſtitione.

NIhil in ſpeciem fallacius eſt, nihílque ad populum plauſibilius noua, ſiue ſuperſtitione ſiue doctrina. Ad hanc fiunt hominum concurſus, quales deſcribuntur hic:

Turba ruit, &c.

Sic olim ſicubi nouus diuorũ cultus à Monachis vel à Sacrificulis erat inſtitutus, eò viri ac fœminæ accurrebant turmatim. Sic noſtris hiſce temporibus, ſi quis à miniſtris Eccleſiæ diſſentit

dissentit fingendis nouis opinionibus, ad hunc concurrit maxima multitudo.

Ite citi (famulis hoc imperat) ite, &c.

Pentheus verò (si exemplum ritè accommodetur) est imago Tyranni, immanem sæuitiam exercentis in ministros Ecclesiæ, odio religionis quam arbitratur offuturã suis commodis. Hic summa contentione dehortatur ciues, ne amplectantur nouos sacrorum ritus: iubet comprehendi sacerdotem, & abripi ad supplicium, nec flectitur vllius admonitione: nec mouetur vllis miraculis, quo minus sæuiat donec amittat vitam, ab ipsa matre & matertera sua discerptus, isto vt miserabili interitu probet, impios ne à suis quidem tutos esse posse. Talis nimirum est pertinacia, ac talis exitus Tyrannorum: præsertim qui aduersantur religioni. Quod verò Ouidius de Pentheo ac Thiresia hîc refert, cum ait:

Imago Tyrãni sæuientis in Ecclesiam.

Graues exitus Tyrannorum.

Spernit Echionides, &c.

Idem ferè de Imperatore Iuliano fertur, qui cum insultaret seni sacerdoti, cui ob confessionem fidei Christianæ oculi erant effossi, obijceretque ei cæcitatem, Sacerdos simili libertate respondit, se agere gratias Deo, quod careret oculis, ne ipsum conspiceret, tàm nefarium religionis Christianæ hostem: Cæterùm, quàm obstinatus & prefractus sit animus Tyrannorum, aptè exprimitur his versibus:

Præfractus animus Tyrannorum.

Hunc amnis, hunc Athamas, &c.

SAB. IN FAB. VIII. IX. ET X.

De Nautis in delphinos, & Pentheo à Bacchis discerpto.

Aspicit hunc Pẽtheus oculis, quos ira tremẽdos
Fecerat: & quãquã pœna vix tẽpora differt,
O periture, tuáque aliis documenta daturę
Morte, ait, ede tuum nomen noménque parentum,
Et patriam, moriq; noui cur sacra frequentes.
*Ille metu vacuus, nomen mihi, dixit, *Acœtes,*
Patria Mœonia est, humili de plebe parentes.
Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuenci,
Lanigerósue greges, non vlla armenta reliquit.
Pauper & ipse fuit, linóque solebat, & hamis
Decipere, & calamo salientes ducere pisces.
Ars illi sua census erat, cùm traderet artem,
Accipe, quas habeo, studij successor, & hæres,
Dixit, opes, moriénsque mihi nihil ille reliquit
Præter aquas: vnũ hoc possum appellare paternum.
Mox ego, ne scopulis hærerem semper in ijsdem,
Addidici regimen, dextra moderante, carinæ
Flectere: & Olenia sidus pluuiale capellæ,
Taygetéque, Hyadasq; oculis, Arctonq; notaui,
Ventorúmque domos, & portus puppibus aptos.
Fortè petens Delum Chiæ telluris ad oras
Applicor, & ducor dextris ad littora remis,
Doque leues saltus, vdæq; immittor arenæ.
Nox vbi consumpta est, Aurora rubescere primò
Cœperat: exurgo, laticésque inferre recentes
Admoneo; monstróque viam, quæ ducit ad vndas.
Ipse quid aura mihi tumulo promittat ab alto
Prospicio, comitésque voco, repetóque carinam.

*Acestes.

Ad-

Adſumus en, inquit ſociorum primus Opheltes:
Vtque putat, prædam deſerto nactus in agro
Virginea puerum ducit per littora forma.
Ille mero, ſomnóque grauis titubare videtur, Bacchus in puerum.
Vixq; ſequi. ſpecto cultum, faciémque, gradumq;:
Nil ibi, quod credi poſſet mortale, videbam,
Et ſenſi, & dixi ſocijs: quòd numen in iſto
Corpore ſit dubito, ſed corpore numen in iſto eſt.
Quiſquis es ô faueas, noſtríſque laboribus adſis:
His quoque des veniam. Pro nobis mitte precari.
Dictys ait, quo non alius conſcendere ſummas
Ocyor antennas, prenſoq; rudente relabi.
Hoc Lybis, hoc flauus proræ tutela Melanthus,
Hoc probat Alcymedon, & qui requiemq;, modũq;
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus:
Hoc omnes alij: prædæ tam cæca cupido eſt.
Non tamen hanc ſacro violari pondere pinum
Perpetiar, dixi: pars hîc mihi maxima iuris:
Inq; aditu obſiſto: furit audaciſſimus omni
De numero Lycabas, qui Tuſca pulſus ab vrbe
Exilium dira pœnam pro cæde luebat.
Is mihi, dum reſto, iuuenili guttura pugno
Rupit, & excuſſum miſiſſet in æquora, ſi non
Hæſiſſem, quamuis amens in fune retentus.
Impia turba probat factum. tum denique Bacchus
(Bacchus enim fuerat) veluti clamore ſolutus
Sit ſopor, atque mero redeant in pectora ſenſus;
Quid facitis? quis clamor? ait: qua, dicite nautæ,
Huc ope perueni? quò me deferre paratis?
Pone metum, Proreus, & quos contingere portus

Ede velis, dixit, terra sistêre petita.
Naxon, ait Liber, cursus aduertite vestros:
Illa mihi domus est, vobis erit hospita tellus.
Per mare fallaces, perq; omnia numina iurant,
Sic fore, méque iubent pictæ dare vela carinæ.
Dextrà Naxos erat, dextrà mihi lintea danti,
Quid facis ô demẽs? quis te furor? inquit Opheltes.
Pro se quisq; timet: lœuam pete, maxima nutu
Pars mihi significat: pars, quid velit, aure susurrat.
Obstupui, capiátque aliquis moderamina, dixi:
Méque ministerio scelerísque, artísque remoui.
Increpor à cunctis, totumq; immurmurat agmen.
Equibus Ethalion: Te scilicet omnis in vno
Nostra salus posita est, ait: & subit ipse, meumq;
Explet opus, Naxóque petit diuersa relicta.
Tum Deus illudens, tanquã modò deniq; fraudẽ
Senserit, è puppi pontum prospectat aduncã,
Et flenti similis, Non hœc mihi littora nautæ
Promisistis, ait: non hœc mihi terra rogata est.
Quo merui pœnam facto? quæ gloria vestra est;
Si puerum iuuenes, si multi fallitis vnum?
Iãdudum flebam: lachrymas manus impia nostras
Ridet, & impellit properantibus æquora remis.
Per tibi nunc ipsum (neque enim præsentior illo
Est Deus) adiuro tam me tibi vera referre,
Quàm veri maiora fide. stetit æquore puppis
Haud aliter, quàm si siccum nauale teneret.
Illi admirantes remorum in verbere perstant,
Veláque deducunt, geminaq; ope currere tentant.
Impediunt hederæ remos, nexúque recuruo
Serpunt,

Serpunt, & grauidis distinguunt vela corymbis.
Ipse racemiferis frontem circumdatus vuis
Pampineis agitat velatam frondibus hastam.
Quem circa tigres simulachráque inania lyncum,
Pictarúmque iacent fera corpora pantherarum.
Exiliêre viri (siue hoc insania fecit,
Siue timor) primúsque Medon nigrescere pinnis,
Corporéque: & presso spinæ curuamine flecti
Incipit. huic Lycabas, in quæ miracula, dixit,
Verteris? & lati rictus, & panda loquenti
Naris erat, squamámque cutis durata trahebat.
At Libys, obstantes dum vult obuertere remos,
In spatium resilire manus breue vidit, & illas Nautæ Tyrrheni in Delphinos.
Iam non esse manus, iam pinnas posse vocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit: truncoq; repandus in vndas
Corpore desiluit: falcata nouissima cauda est:
Qualia dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.
Vndique dant saltus, multáque aspergine rorant,
Emergunt q; iterum, redeunt q; sub æquora rursus,
Inq; chori ludunt speciem, lasciuáque iactant
Corpora, & acceptum patulis mare naribus efflant.
De modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
Restabam solus, pauidus, gelidusq; trementi
Corpore, vixq; animum firmat Deus, excute dicẽs
Corde metum, Diamq; tene. delatus in illam* *Chiamque
Accessi sacris, Baccheáque sacra frequento.* *terris.
Præbuimus longis, Pentheus, ambagibus aures,
Inquit, vt ira mora vires absumere posset.
Præcipitem famuli rapite hunc, cruciatáque duris

Corpora tormentis Stygiæ dimittete morti.
Protinus abstractus solidis Tyrrhenus Acœtes
Clauditur in tectis, dum stant crudelia iussæ
Instrumenta necis, ferrumq́, igné́sque parantur.
Sponte sua patuisse fores, lapsasq́, lacertis
Sponte sua, fama est, nullo soluente catenas.
Perstat Echionides, nec iam iubet ire, sed ipse
Vadit, vbi electus facienda ad sacra Cithæron
Cantibus, & clara bacchantum voce sonabat.
Vt fremit acer equus, cùm bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen, pugnæq́, assumit amorem:
Penthea sic ictus longis vlulatibus æther
Mouit, & audito clamore recarduit ira.
Monte ferè medio est cingentibus vltima syluis
Purus ab arboribus spectabilis vndique campus.
Hic oculis illum cernentem sacra profanis
Prima videt, prima est insano concita cursu,
Prima suum misso violauit Penthea thyrso
Mater; &, ô geminæ, clamauit, adeste sorores:
Ille aper, in nostris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper: ruit omnis in vnum
Turba furens. cuncta coëunt, trepidũq́, sequuntur,
Iam trepidũ, iam verba minus violenta loquẽtem.
Iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen, fer opem matertera, dixit,
Autonoë: moueant animos Actæonis vmbræ.
Illa quis Actæon nescit, dextrámque precantis
Abstulit: Ino lacerata est altera raptu.
Ille etiam matri cùm brachia tendere vellet,
Non habet infelix, quæ matri brachia tendat:

Truncat

*Acestes.

Pentheus à Bacchis discerpitur.

Trunca ſed oſtendens deiectis vulnera membris,
Aſpice mater, ait: viſis vlulauit Agaue;
Colláque iactauit, criménque per aëra mouit:
Auulſumq; caput digitis complexa cruentis
Clamat, Io comites, opus hoc victoria noſtra eſt.
Non citius frondes autumni frigore tactas,
Iámque malè hærentes alta rapit arbore ventus,
Quàm ſunt mẽbra viri manibus directa nefandis.
Talibus exemplis monitæ noua ſacra frequentant:
Thuráque dant, ſanctaſq; colunt Iſmenides aras.

SAB. IN FAB. VIII. IX. ET X.

BAcchus ebrietatis ac temulẽtiæ Deus, fingitur puer, eò quòd ebrij induũt habitum animi, qui eſt in pueris: reuelãt omnia, balbutiunt, ac vacillant pedibus. immodicus enim potus extinguit ſenſus adeò, vt ipſi ſenes, quãdo inebriantur, fiant bis pueri, quemadmodum Plato ſcribit primo de legibus, vbi ebrietatem prohibet. Bacchus ebrietatis Deus cur fingitur puer.

Quem circa tigres, &c.

Tigres, Lynces & Pantheræ finguntur comitari Bacchum, propterea quòd ſunt aut appetentes vini, aut feræ ſupra modum immanes. Ebrietatis enim comes eſt feritas, & immanitas. Ebrietatis comitatus.

Exilière viri (ſiue hoc, &c.

Fabula de nautis in Delphinos mutatis deteſtatur periurium, ac docet violatam iuriſiurandi religionem, à Deo grauiſſimè puniri. Pœna periurij.

Delphini cur fingãtur esse nautæ.

Delphini autem adeò gaudẽt hominum consuetudine, vt nauigijs obuiam veniant, & exultantes alludant. Hac de causa finguntur fuisse olim nautæ.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER IIII.

FABVLA I. II. ET III.

De Derceti in piscem, Semiranide in columbam, & Naiade in piscem.

AT non Alcithoë Mineïas Orgia censet
Accipienda Dei: sed adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat esse Iouis: sociásque sorores
Impietatis habet. Festum celebrare sacerdos
Immuneſq; operum famulas, dominásque suorum,
Pectora pelle tegi, crinales soluere vittas,
Serta comis, manibus frondentes sumere Thyrsos
Iusserat, & sæuam læsi fore numinis iram.
Vaticinatus erat. parent matréſque, nurúſque,
Telas,

Bacchãtium habitus.

Telas, & calathos, infectáque pensa reponunt,
Thuráque dant, Bacchumq; vocant, Bromiumq;, Bacchi acclamationes & cognomina.
Lyæúmque,
Ignigenamq;, satumq; iterum, solumq; bimatrem.
Additur his Nyseúsque, indetonsusq; Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis consitor vuæ,
Nyctileusq;, Eleleúsq; parẽs, & Iacchus, & Euan,
Et quæ prætereà per Graias plurima gentes
Nomina Liber habes, tibi enim incõsumpta iuuẽta
Tu puer æternus, tu formosissimus alto (est:
Conspiceris cœlo, tibi, cùm sine cornibus astas,
Virgineum caput est: Oriens tibi victus, ad vsque
Decolor extremo quà cingitur India Gange.
Penthea tu verende bipenniferúmque Lycurgũ
Sacrilegos mactas, Tyrrhenáque mittis in æquor
Corpora. tu biiugum pictis insignia frænis
Colla premis Lyncum: Bacchæ, Satyríq; sequũtur,
Quíque senex ferula titubantes ebrius artus Silenus.
Sustinet, & pando non fortiter hæret Asello.
Quacunque ingrederis, clamor iuuenilis, & vnà
Fœmineæ voces, impulsáque tympana palmis,
Concauaq; ære sonant, longóque foramine buxus.
Placatus, mitísque, rogant Ismenides, adsis,
Iussáque sacra colunt. solæ Mineides intus
Intempestiua turbantes festa Minerua,
Aut ducunt lanas aut stamina pollice versant,
Aut hærent telæ, famulásque laboribus vrgent.
E quibus vna leui deducens pollice filum, * fusum.
Dum cessant aliæ, commentáque sacra frequentãt,
Nos quoq;, quas Pallas melior Dea detinet, inquit,

Vtile opus manuum vario ſermone leuemus:
Perq́ vices aliquid quod tempora longa videri
Non ſinat, in medium vacuas referamus ad aures.
Dicta probant, primamq́ iubent narrare ſorores.
Illa quid è multis referat (nam plurima norat)
Cogitat: & dubia eſt de te Babylonia narret
Derceti, quam verſa ſquamis velantibus artus
Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura:
An magis vt ſumptis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos:
Naïs an vt cantu, nimiumq́ potentibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces,
Donec idem paſſa eſt. an, quæ poma alba ferebat,
Vt nunc nigra ferat contactu ſanguinis arbor.
Hæc placet; hæc, quoniam vulgaris fabula non eſt,

* Dirce.

* montibus.

SAB. IN FAB. I. II. ET III.

Ebrietatis gradus.

1

2

3

PLato conſtituit ebrietatis quaſi quoſdam gradus: Qui bibit vinum (inquit) primò alacrior fit, quam prius erat. Deinde quo plus biberit, eò maiore ſpe eſt, & fortius de ſe ſentit: Tandē quaſi ſapiens, ea confidentia, libertate, & audacia repletur, vt intrepidè dicat ac faciat, quicquid velit. propter hos gradus Poëtę attribuunt Baccho caput virgineum & cornua. primū enim vino moderatè ſumpto homines efficiūtur quaſi virgines, hoc eſt, hilares & māſueti. immodicè deinde ſumpto, efficiūtur beſtiæ: ſumunt cornua, hoc eſt, ferociunt, iuxta verſiculum: tunc pauper cornua ſumit.

Cur Poëtæ attribuunt Baccho caput virgineū & cornua.

Bipen-

Bipenniferúmque Lycurgum, &c.

Lycurgus rex Thraciæ, vt ſuos populos ab immani conſuetudine perpotandi reduceret ad ſobrietatem, interdixit eis vſum vini, exciſis etiam & extirpatis vineis : ſicut non multis ab hinc annis Baſilijs Moſcorum princeps fecit, interdicto vſu ceruiſiæ propter eandem cauſam. Ideoq; fingitur Lycurgus (teſte Plutarcho) contemptor & hoſtis Bacchi. Lycurgus hoſtis Bacchi quomodo dicatur.

Baccchæ, Satyríque, &c.

Ebrietatem comitatur quoque libido & inſania : hac de cauſa Satyri & Bacchæ finguntnr eſſe comites ipſius Bacchi, non aliter atque Lynces, Tiger, & Pantheræ. Satyri enim perhibentur eſſe adeò ſalaces, vt motus ſeu pruritus libidinis vulgò Satyriſmus dicatur : Et conſtat Bacchas fuiſſe mulieres furore correptas. Bacchi comitatus.

Derceti, quam verſa, &c.

De hac fabula Diodorus Siculus ſcribit in hanc ſententiam : eſſe iuxta Aſcalonem ciuitatem Syriæ ſtagnũ piſcibus plenum, ac prope ſtagnum inſigne templum deæ Derceditis, eiuſq́ ſimulachrum ſic effectum eſſe, vt referat facie mulierem, reliqua parte corporis piſcẽ:Huius verò cauſæ hanc narrari fabulam; nempè Venerem aliquando obuiam deæ factam, accendiſſe eam amore formoſi adoleſcentis ſibi ſacrificantis:atque ex eorum concubitu filiam natam eſſe. deam ſui erroris pu- Derceditis ſimulachrum.

Vtile opus manuum vario ſermone leuemus:
Perq́ vices aliquid quod tempora longa videri
Non ſinat, in medium vacuas referamus ad aures.
Dicta probant, primamq́ iubent narrare ſorores.
Illa quid è multis referat (nam plurima norat)
Cogitat: & dubia eſt de te Babylonia narret
Derceti, quam verſa ſquamis velantibus artus
Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura:
An magis vt ſumptis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos:
Naïs an vt cantu, nimiumq́ potentibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces,
Donec idem paſſa eſt. an, quæ poma alba ferebat,
Vt nunc nigra ferat contactu ſanguinis arbor.
Hæc placet; hæc, quoniam vulgaris fabula non eſt,

* Dirce.

* montibus.

SAB. IN FAB. I. II. ET III.

Ebrietatis gradus.

1

2

3

PLato conſtituit ebrietatis quaſi quoſdam gradus: Qui bibit vinum (inquit) primò alacrior fit, quam prius erat. Deinde quo plus biberit, eò maiore ſpe eſt, & fortius de ſe ſentit: Tandē quaſi ſapiens, ea confidentia, libertate, & audacia repletur, vt intrepidè dicat ac faciat, quicquid velit. propter hos gradus Poëtę attribuunt Baccho caput virgineum & cornua. primū enim vino moderatè ſumpto homines efficiūtur quaſi virgines, hoc eſt, hilares & māſueti. immodicè deinde ſumpto, efficiūtur beſtiæ: ſumunt cornua, hoc eſt, ferociunt, iuxta verſiculum: tunc pauper cornua ſumit.

Cur Poëtæ attribuunt Baccho caput virgineū & cornua.

Bipen-

Bipenniferúmque Lycurgum,&c.

Lycurgus rex Thraciæ, vt ſuos populos ab immani conſuetudine perpotandi reduceret ad ſobrietatem, interdixit eis vſum vini, exciſis etiam & extirpatis vineis : ſicut non multis ab hinc annis Baſilijs Moſcorum princeps fecit, interdicto vſu ceruiſiæ propter eandem cauſam. Ideoq; fingitur Lycurgus (teſte Plutarcho) contemptor & hoſtis Bacchi. Lycurgus hoſtis Bacchi quomodo dicatur.

Baccchæ, Satyríque,&c.

Ebrietatem comitatur quoque libido & inſania : hac de cauſa Satyri & Bacchæ finguntnr eſſe comites ipſius Bacchi, non aliter atque Lynces, Tiger, & Pantheræ. Satyri enim perhibentur eſſe adeò ſalaces, vt motus ſeu pruritus libidinis vulgò Satyriſmus dicatur : Et conſtat Bacchas fuiſſe mulieres furore correptas. Bacchi comitatus.

Derceti, quam verſa,&c.

De hac fabula Diodorus Siculus ſcribit in hanc ſententiam : eſſe iuxta Aſcalonem ciuitatem Syriæ ſtagnũ piſcibus plenum, ac prope ſtagnum inſigne templum deæ Derceditis, eiuſque ſimulachrum ſic effectum eſſe, vt referat facie mulierem, reliqua parte corporis piſcẽ:Huius verò cauſæ hanc narrari fabulam; nempè Venerem aliquando obuiam deæ factam, accendiſſe eam amore formoſi adoleſcentis ſibi ſacrificantis:atque ex eorum concubitu filiam natam eſſe. deam ſui erroris pu- Derceditis ſimulachrum.

dore ductam, amouisse adolescentem, & exposuisse filiam in loco deserto & saxoso, se verò pudore & dolore compulsam abiecisse in stagnum, atque ibi in piscem esse conuersam. Hanc ob causam & Syrios abstinere piscibus illius stagni, vt qui pro dijs habeantur. Hæc Diodorus: ex quibus manifestum est, esse illam Ascalonitarum deam, quæ in sacris literis Dagon appellatur. Nam & diuus Hieronymus asserit, Dagon dici piscem mœroris. Eadem dicta est Atergatis lingua Syriaca, quasi sine piscibus, vt Athenæus autor est, propterea quòd abstinentia piscium colebatur.

Syrij cur abstinent piscibus.

Dagon Ascalonitarum Dea.

An magis vt sumptis, &c.

Semiramis Assyriorum regina, fertur nutrita à columbis, vnde & Syriaca lingua nomẽ Semiramidis, hoc est, columbæ ei inditum fuit. nam cùm esset à matre exposita in loco deserto (vt idem Diodorus scribit) columbæ infantem alis confouerunt: & coagulato lacte ex pastorum mapalijs surrepto, nutriuerunt: In cuius rei memoriam, Babylonij columba, vt Romani aquila, vsi sunt. Hac igitur occasione conficta est fabula de Semiramidis transformatione in columbam. fuisse autem colũbam insigne Babyloniorum, patet ex Hieremia propheta, qui vbi prædicit Babylonios vastaturos Iudæam; Fugite, inquit, à facie gladij columbæ.

Semiramis nutrita à columbis.

Columba insigne Babyloniorum.

FABV-

FABVLA IIII.
De Pyramo & Thisbe.

TAlibus orſa modis, lana ſua fila ſequente;
Pyramus, & Thisbe, iuuenum pulcherrimus
Altera, quas Oriẽs habuit, prælata puellis, (alter,
Contiguas habuere domos, vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.
Notitiam primóſque gradus vicinia fecit:
Tempore creuit amor: tedæ quoque iure coiſſent:
Sed vetuere patres quod non potuere vetare.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo,
Conſcius omnis abeſt, nutu, ſigníſque loquuntur,
*Quóque magis tegitur, *tanto magis æſtuat ignis.* *rectus.
Fiſſus erat tenui rima, quam duxerat olim
Cùm fieret paries domui communis vtrique:
Id vitium nulli per ſæcula longa notatum.
(Quid non ſenit amor?) primi vidiſtis amantes:
Et vocis feciſtis iter, tutæq; per illud
Murmure blanditiæ minimo tranſire ſolebant.
Sæpe vbi conſtiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc,
Inq; vices fuerat captatus anhelitus oris,
Inuide, dicebant, paries, quid amantibus obſtas?
Quantum erat vt ſineres toto nos corpore iungi?
Aut hoc ſi nimium eſt, vel ad oſcula danda pateres.
Nec ſumus ingrati: tibi nos debere fatemur,
Quòd datus eſt verbis ad amicas tranſitus aures.
Talia diuerſa nequicquam ſede locuti
Sub noctem dixere vale, partíque dedere
Oſcula quiſque ſuæ non peruenientia contrà.
Poſtera nocturnos Aurora remouerat ignes,

Sólque pruinosas radijs siccauerat herbas:
Ad solitum coîere locum: tum murmure paruo
Multa prius questi statuunt vt nocte silenti
Fallere custodes, foribusq; excedere tentent:
Cumq; domo exiêrint, vrbis quoq; tecta relinquãt.
Néne sit errandum lato spatiantibus aruo,
Conueniunt ad busta Nini, lateantq; sub vmbra
Arboris. Arbor ibi niueis vberrima pomis
Ardua morus erat, gelido contermina fonti.
Pacta placent: & lux tardè discedere visa
Præcipitatur aquis, & aquis nox exit ab ijsdem.
Callida per tenebras versato cardine Thisbe
Egreditur, fallítque suos, adopertáque vultum
Peruenit ad tumulum, dictaque sub arbore sedit.
Audacem faciebat amor: venit ecce recenti
Cæde leæna boum spumantes oblita rictus,
Depositura sitim vicini fontis in vnda.
Quam procul ad Lunæ radios Babylonia Thisbe
Vidit, & obscurum timido pede fugit in antrum:
Dumq; fugit, tergo velamina lapsa relinquit.
Vt lea sæua sitim multa compescuit vnda,
Dum redit in syluas, inuentos fortè sine ipsa
Ore cruentato tenues laniauit amictus.
Serius egressus vestigia vidit in alto
Puluere certa feræ, totóque expalluit ore
Pyramus. vt verò vestem quoq; sanguine tinctam
Repperit, Vna duos, inquit, nox perdet amantes.
E quibus illa fuit longa dignissima vita:
Nostra nocens anima est. ego te miseranda peremi,
In loca plena metus, qui iussi nocte venires,

* surgit.

Nec

Nec prior huc veni. noſtrum diuellite corpus,
Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu,
O' quicunque ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necem. velamina Thisbes
*Tollit, & ad pactæ *ſe confert arboris vmbram.*
Vtq; dedit notæ lacrymas, dedit oſcula veſti;
Accipe nũc, inquit, noſtri quoq; ſanguinis hauſtus:
Quoque erat accinctus, demiſit in ilia ferrum.
Nec mora, feruenti moriens è vulnere traxit,
Et iacuit reſupinus humo. cruor emicat altè,
Non aliter, quàm cùm vitiato fiſtula plumbo
Scinditur; & tenui ſtridente foramine, longè
Eiaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit.
Arborei fœtus aſpergine cædis in atram
Vertuntur faciem, madefactaq; ſanguine radix
Purpureo tingit pendentia mora colore.
Ecce metu nondum poſito, ne fallat amantem,
Illa redit, iuuenémque oculis, animoq; requirit:
Quantáque vitarit narrare pericula geſtit.
Vtq; locum, & viſam cognoſcit in arbore formam,
(Sic facit incertam pomi color) hæret an hæc ſit.
Dum dubitat, tremebunda videt pulſare cruẽtum
Membra ſolum, retróque pedem tulit: oráq; buxo
Pallidiora gerens, exhorruit æquoris inſtar,
Quod fremit exigua cùm ſummũ ſtringitur aura.
Sed poſtquam remorata ſuos cognouit amores,
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas, amplexáque corpus amantis,
Vulnera ſuppleuit lacrymis, fletumq; cruori
Miſcuit: & gelidis in vultibus oſcula figens,

* ſecum fert. Pyramus amoris impatientia ſibi ipſi manus infert.

Pyrame, clamauit, quis te mihi caſus ademit?
Pyrame reſponde: tua te chariſſima Thisbe
Nominat: exaudi, vultúſque attolle iacentes.
Ad nomen Thisbes oculos in morte grauatos
Pyramus erexit, viſáque recondidit illa.
Quæ poſtquam veſtémque ſuam cognouit & enſe
Vidit ebur vacuum, Tua te manus, inquit, amor q̃
Perdidit infelix. eſt & mihi fortis in vnum (res.
Hac manus: eſt & amor: dabit hic in vulnera vi-
Perſequar extinctum, lethíque miſerrima dicar
Cauſa, coméſque tui. quíque à me morte reuelli
Heu ſola poteras, poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum verbis eſtote rogati,
O multum miſeríque mei, illiúſque parentes,
Vt quos certus amor, quos hora nouiſſima iunxit,
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu quæ ramis arbor miſerabile corpus
Nunc tegis vnius, mox es tectura duorum:
Signa tene cædis, pullóſque & luctibus aptos
Thisbe ferro incumbit. *Semper habe fœtus, gemini monumenta cruoris.*
Dixit: & aptato pectus mucrone ſub imum,
Incubuit ferro, quod adhuc à cæde tepebat.
Vota tamen tetigere Deos, tetigere parentes.
Nam color in pomo eſt, vbi permaturuit, ater:
Quódque rogis ſupereſt, vna requieſcit in vrna.

SAB. IN FAB. IIII.

Triſtes eorũ exitus qui illicitos amores charitati parentum anteponunt.

EXemplũ Pyrami ac Thysbes, docet qualem vitæ exitum ſortiantur, nempe triſtem & infœlicem, qui illicitos ſuos amores charitati

charitati parentum anteferunt: idque exemplum quo ſit illuſtrius, ac iuuenum animis inculcetur, Poëta fabulam exornat tanta affectuum & figurarum ſuauitate, vix vt poſſit quicquam excogitari ſuauius. Inſerit miſerabiles querelas infœlicium amantium, & crebras ſermonis conuerſiones: nunc ad parietẽ, cum quo, perinde quaſi intelligat, expoſtulant: nunc ad feras, à quibus alter optat afferri ſibi interitum propter magnitudinem doloris ex alterius nece accepti: nunc ad parentes, à quibus officium ſepeliendi flagitantur: nunc ad arborem, quam Thysbe alloquitur iam moritura, & precatur, vt perpetuò ſeruet gemini monimenta doloris. Eiuſmodi ſiquidem conuerſiones, præſertim ad res inanimes, ſunt haud mediocre condimentum ſuauitatis, ac mirificè afficiunt animum lectoris.

FABVLA V.

De Leucothoe in virgam Thuream.

Deſierat, mediúmq; fuit breue tẽpus, & orſa
Dicere Leucothoë: vocẽ tenuere ſorores: (eſt
Hunc quoque ſydera qui temperat omnia luce,
Cepit amor Solem. Solis referamus amores.
Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
Hic vidiſſe Deus. videt hic Deus omnia primus.
Indoluit facto, Iunonigenaq; marito
Furta tori, furtiq; locum monſtrauit. at illi
Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat
Excidit. extemplò graciles ex ære catenas,

Vulcano Iunonis è Ioue filio. Vulcanus Mulciber.

Retiaq́, & laqueos, quæ lumina fallere possent,
Elimat: non illud opus tenuissima vincant
Stamina: nec summo quæ pendet aranea tigno.
Vtq́ leues tactus, momentaque parua sequantur,
Efficit, & lecto circundata collocat aptè.
Vt venêre torum coniux & adulter in vnum,
Arte viri, vinclísque noua ratione paratis,
Venus cum Marte deprehensa in adulterio. *In medijs ambo deprensi amplexibus hærent.*
Lemnius extemplo valuas patefecit eburnas,
Admisitq́ Deos: illi iacuere ligati
Turpiter, atque aliquis de Dijs non tristibus, optat
Sic fieri turpis. Superi risere, diúque
Hæc fuit in toto notissima fabula cœlo.
Venus solis proditionem vlciscitur. *Exigit indicij memorem Cythereîa pœnam,*
Inq́ vices illum, tectos qui læsit amores,
Lædit amore pari. quid nunc Hyperione nate,
Forma, colórque tibi, radiatáque lumina prosunt?
Elegantissimè quæ soli sunt propria amoris vehementiæ ascribit. *Nempe tuis omnes qui terras ignibus vris,*
Vreris igne nouo: quíque omnia cernere debes,
Leucothoen spectas, & virgine figis in vna,
Quos mundo debes oculos; modo surgis Eoo
Temporius cœlo, modò seriùs incidis vndis,
Spectandíque mora brumales porrigis horas.
Deficis interdum, vitiúmque in lumina mentis
Transit, & obscurus mortalia pectora terres.
Nec, tibi quòd Lunæ terris propioris imago
Obstiterit, palles: facit hunc amor ipse colorem,
Diligis hanc vnam, nec te Clymeneq́, Rhodóque,
Nec tenet Æneæ genitrix pulcherrima Circes,
* tenebat. *Quæq́ tuos Clytie quamuis despecta *petebat*
Concubitus,

Concubitus, ipſoque illo graue vulnus habebat
Tempore. Leucothoë multarum obliuia fecit,
Gentis odoriferæ, quam formoſiſſima partu
Edidit Eurynome. ſed poſt quàm filia creuit,
Quàm mater cunctas, tàm matrem filia vicit.
Rexit Achamenias vrbes pater Orchamus: íſque
Septimus à priſco numeratur origine Belo. Apollinis amor erga Leucothoën.
Axe ſub Heſperio ſunt paſcua Solis equorum:
Ambroſiam pro gramine habent. ea feſſa diurnis
Membra miniſterijs nutrit, reparátque labori.
Dúmque ibi quadrupides cœleſtia pabula carpunt,
Noxq́ vicẽ peragit, thalamos Deus intrat amatos,
Verſus in Eurynomes faciem genitricis, & inter
Bis ſex Leucothoën famulas ad lumina cernit
*Lænia verſato ducentem ſtamina *fuſo.* * filo.
Ergo vbi ceu mater charæ dedit oſcula natæ,
Res, ait, arcana eſt, famulæ diſcedite: néue
**Eripite arbitrium matri ſecreta loquendi.* * Arripite.
Paruerant: thalamóque Deus ſine teſte relicto,
Ille ego ſum, dixit, qui longum metior annum,
Omnia qui video. per quem videt omnia tellus,
Mũdi oculus mihi, crede, places. pauet illa, metuq́
Et colus, & fuſus digitis cecidere remiſſis:
Ipſe timor decuit: nec longius ille moratus
In veram rediit ſpeciem, ſolitumq́ nitorem.
At virgo quamuis inopino territa viſu,
Victa nitore Dei, poſita vim paſſa querela eſt.
Inuidit Clytie (neque enim moderatus in illam
Solis amor fuerat) ſtimulatáque pellicis ira
Vulgat adulterium, diffamatúmque parenti

Indicat. ille ferox, immanſuetúſque precantem,
Tendentémque manus ad lumina Solis, & ille
Leucorhoë defoditur viua. *Vim tulit inuitæ, dicentem, defodit alta (næ.*
Crudus humo, tumulumq; ſuper grauis addit are-
Diſſipat hunc radijs Hyperiode natus, itérque
Dat tibi, quo poſſis deſeſſos promere vultus.
Nec tu iam poteras enectum pondere terræ
Tollere nympha caput, corpúſq; exangue iacebas.
Nil illo fertur volucrum moderator equorum
Poſt Phaetontéos vidiſſe dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
Si queat, in viuum tentat reuocare calorem:
Sed quoniam tantis fatum conatibus obſtat,
Nectare odorato ſparſit corpúſque, locumq;,
Multaq; conqueſtus, Tanges tamen æthera, dixit.
Protinus imbutum cœleſti nectare corpus
Leucothoë in virgam thuream. *Delicuit, terrámque ſuo madefecit odore:*
Virgaq; per glebas ſenſim radicibus actis
Turea ſurrexit, tumulúmque cacumine rupit.

SAB. IN FAB. V.

ALlegoriam huius fabulæ exponit Plutarchus in libello de audienda Poëtica: eam que refert ad cauſas Aſtrologicas. Scribit enim eos naturali quadam inclinatione ad adulteria propenſos eſſe, in quorum natiuitate exiſtat Venus cum Marte coniuncta: eorumque adulteria minimè occulta fore, ſi Sol acceſſerit. Poteſt etiam accommodari allegoria ad mores. Sunt enim bellatores plerunque

Sol adulterium detegit. Bellatorrs plerunq; ſunt adulteri.

adulteri

adulteri & ſcortatores. Nec illud caret ratione Phyſica, quòd Venus & Mars fingunt ſe mutuò amare. Mars enim cuius ſtella ignea eſt, ſignificat calorem, & Venus humorem temperatum, è quibus duobus conſtat generatio. Neptunus autem ligatos ſoluit: nã aqua contrarium igni elementum, extinguit calorem.

E Marte & Venere conſtat generatio.

Nec te Clymenéque, &c.

In Rhodo Inſula ferunt eſſe tantam ſerenitatem cœli, vt nunquam non aliqua parte diei Sol conſpiciatur. Hinc fingitur Rhodos amata à Sole, perinde ac ſiquis fingat Pruſſiam à Borea amari, eò quòd Boreas ferè perpetuò in hac regione ſpirat.

Rhodos adamata à Sole.

Turea ſurrexit, tumulúmque, &c.

Arbor Thurifera eadem ratione fingitur amata ab Appolline ſeu Sole, qua Laurus, videlicet quòd gaudeat locis maximè apricis, & ferat fructus ad ſalutaria remedia vtiles.

FABVLA VI.
De Clytie in Heliotropium.

AT Clytien, quamuis amor excuſare dolorem,
Indiciumq́ dolor poterat, non amplius autor
Lucis adit, Veneríſq́ modum ſibi fecit in illa.
Tabuit ex illo dementer amoribus vſa
Nympharum impatiens: & ſub Ioue nocte, diéque
*Sedit humo nuda, *madidis incompta capillis:*
Perq́ nouem luces expers vndaq́, cibíque
Rore mero, lachrymíſque ſuis ieiunia pauit.

* nudis.

Nec se mouit humo: tantùm spectabat euntis
*Ora Dei, vultúsque suos *flectebat ad illum.*
Membra ferunt hæsisse solo: partémque coloris
Luridus exangues pallor conuertit in herbas:
Est in parte rubor, violæq; similimus ora
Flos tegit illa suum, quamuis radice tenetur,
Vertitur ad Solem, mutatáque seruat amorem.

*vertebat.

Clytie in heliotropium.

SAB. IN FAB. VI.

Heliotropium cum sole circumagitur.

DEscribit hac Metamorphosi naturam Heliotropij, in qua herba tãtus est amor Solis, vt cum ipso circumagatur, &, quocunque se verterit Sol, eodem flectat cacumẽ: noctu etiam tanquàm desiderio Solis contrahat florem. Huius herbæ similes sunt aulici Gnathones, qui se in omnibus rebus accommodãt ad voluntatem regum, nihil nisi ad gratiam loquentes: & quocunque illorum inclinat animus, eodem ipsorum quoque mentes inclinant ac propendent.

Aulici Gnathones similes heliotropio.

FABVLA VII. VIII. IX. X. ET XI.
De Daphnide, Scythone, Celmo, Smilace, & Salmacide.

Dixerat; & factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuisse negant: pars omnia veros
Posse Deos memorant: sed non est Bacchus in illis.
Poscitur Alcithoë, postquam siluere sorores:
Quæ radio stantis percurrens stamina telæ,
Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nympha pellicis ira

Con-

Contulit in ſaxum: tantus dolor vrit amantes.
Nec loquar, vt quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modò vir, modò fœmina, Scythō.
Te quoque nunc Adamas, quōdam fidiſſime paruo
Celme Ioui, largóque ſatos Curetas ab imbri,
Et Crocon in paruos verſum cum Smilace flores
Prætereo: dulcíque animos nouitate tenebo.
*Vnde ſit infamis, quare *male fortibus vndis*
Salmacis eneruet, iactóſque emolliat artus
Diſcite. cauſa latet; vis eſt notiſſima fontis.
Mercurio puerum Diua Cythareide natum
Naiades Idæis enutriuére ſub antris:
Cuius erat facies, in qua matérque, paterque
Cognoſci poſſent: nomen quoque traxit ab illis.
Iſtria cùm primùm fecit quinquennia, montes
Deſeruit patrios: Idáque altrice relicta
Ignotis errare locis, ignota videre
Flumina gaudebat, ſtudio minuente labores.
Ille etiam Lycias vrbes, Lyciæq; propinquos
Caras adit. videt hîc ſtagnum lucentis ad imum
Vſque ſolum lymphæ, non illic canna paluſtris,
Nec ſteriles vluæ, nec acuta cuſpide iunci:
Perſpicuus liquor eſt, ſtagni tamen vltima viuo
Cæſpite cinguntur, ſempérque virentibus herbis.
Nympha colit, ſed nec venatibus apta, nec arcus
Flectere quæ ſoleat, nec quæ contendere curſu:
Soláque Naiadum celeri non nota Dianæ.
Sæpe ſuas illi fama eſt dixiſſe ſorores:
Salmaci, vel iaculum, vel pictas ſume pharetras,
Et tua cum duris venatibus otia miſce.

Scython in fœminam.

*Infeliciter & malam in rem efficacibus.

Salmacis fons.

Salmacis amat Hermaphroditum.

Nec iaculum ſumit, nec pictas illa pharetras,
Nec ſua cum duris venatibus otia miſcet:
Sed modò fonte ſuo formoſos perluit artus:
Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines,
Et quid ſe deceat, ſpectatas conſulit vndas.
Nunc perlucenti circundata corpus amictu,
Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis.
Sæpe legit flores: & tunc quoque fortè legebat,
Cùm puerum vidit, viſúmque optauit habere.
Nec tamen antè adiit, etſi properabat adire,
Quàm ſe compoſuit, quàm circunſpexit amictus,
Et finxit vultum, & meruit formoſa videri.
Tunc ſic orſa loqui: Puer ô digniſſime credi
Eſſe Deus, ſeu tu Deus es, potes eſſe Cupido:
Siue es mortalis, qui te genuére beati.
Et mater felix, & fortunata profectò
* oſcula. *Siqua tibi ſoror eſt quæ prabuit *vbera nutrix:*
Sed longè cunctis, longéque beatior illa eſt,
Siqua tibi ſponſa eſt, ſi quam dignabere teda.
* Hæc. **Nũc tibi ſiue aliqua eſt, mea ſit furtiua voluptas:*
Seu nulla eſt, ego ſim, thalamumq; ineamus eundẽ.
Nais ab his tacuit: pueri rubor ora notauit.
Neſcit quid ſit amor: ſed & erubuiſſe decebat.
* pomis. *Hic color aprica pendentibus arbore *mâlis,*
Aut ebori tincto eſt, aut ſub candore rubenti,
Cùm fruſtrà reſonant æra auxiliaria, Lunæ.
Caſta & quæ ſorori honeſtè dentur. *Poſcenti Nymphæ ſine fine *ſororia ſaltem*
Oſcula, iámque manus ad eburnea colla ferenti,
Deſinis? aut fugio, tecúmque, ait, iſta relinquo?
Salmacis extimuit, locaque hæc tibi libera trado
Hoſpes,

Hospes, ait: simulátque gradu discedere verso.
Tum quoq; respiciens, fruticumq; recondita sylua
Delituit, flexúmque genu summisit, at ille
Vt puer & vacuus, & inobseruatus in herbis
Huc it, & hinc illuc, & in alludentibus vndis
Summa pedum, talóque tenus vestigia tingit.
Nec mora temperie blandarum captus aquarum,
Mollia de tenero velamina corpore ponit.
Tum verò obstupuit, nudæq; cupidine formæ
Salmacis exarsit: flagrant quoq; lumina Nymphæ,
Non aliter, quàm cùm puro nitidissimus orbe
Oppositæ speculi referitur imagine Phœbus.
Vixque moram patitur, vix iā sua gaudia differt:
Iam cupit amplecti, iam se male continet amens.
Ille cauis velox applauso corpore palmis
*Desilit in latices, alternáque brachia *iactans*
In liquidis translucet aquis: vt eburnea si quis
Signa tegat claro, vel candida lilia vitro.
Vicimus, & meus es, exclamat Nais: & omni
Veste procul iacta, mediis immittitur vndis,
Pugnantemq; tenet, luctantiáque oscula carpit,
*Subiectátque manus, *inuitáque pectora tangit:*
Et nunc hac inueni, nunc circumfunditur illàc.
Denique nitentem contrà elabíque volentem
Implicat, vt serpens, quam regia sustinet ales,
Sublimémque rapit: pendens caput illa, pedésque
Alligat, & cauda spatiantes implicat alas.
Vtq; solent hederæ longos intexere truncos:
Vtue sub æquoribus deprensum polypus hostem
Continet, ex omni demissis parte flagellis:

Scilicet vt otiosus ab animo, nihil sollicitus.

* ducens.

* inuictaque.

Perſtat Atlantiades, ſperatáque gaudia Nymphæ
Denegat. illa premit; demiſſáque corpore toto
Sicut inhærebat, Pugnes licet improbe, dixit,
Non tamen effugies: ita Dij iubeatis: & iſtum
Nulla dies à me, nec me diducat ab iſto.

Ex hermaphrodito & Salmacide vnum corpus.

Vota ſuos habuere Deos, nam miſta duorum
Corpora iunguntur, facieſque inducitur illis
Vna, velut ſi quis conducat cortice ramos,
Creſcendo iungi, paritérque adoleſcere cernat:
Sic vbi complexu coierunt membra tenaci.
Nec duo ſunt, ſed forma duplex: nec fœmina dici,
Nec puer vt poſſit: neutrúmq;, & vtrũq; videtur.
Ergo vbi ſe liquidas, quò vir deſcenderat, vndas
Semimarem feciſſe videt, mollitáque in illis
Membra, manus tendens, ſed iam non voce virili,

Salmacis fœs effœminat.

Hermaphroditus ait: nato date munera veſtro
Et pater & genitrix, amborum nomen habenti:
Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semiuir, & tactis ſubitò molleſcat in vndis.
Motus vtérque parens, nati rata uerba biformis
Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.

SAB. IN FAB. VII. VIII. IX. X. ET XI.

Daphnis.

HIc videtur in Saxum mutatus, eò quòd hauſto poculo amatorio, fuerit oppreſſus ſtupore: idq; indicari his verbis:

Quem Nymphæ pellicis ira, &c.

Daphnis in ſaxum ob violatam fidem coniugij.

Solent enim amantes iratæ, hoc modo vlciſci deſertores amoris, vt reddant eiuſmodi poculo eos ſtupidos & quaſi ſaxeos.

Ambignus

Ambiguus fuerit modò vir, &c.

Interdum ita mutari ſexum, vt vir ex muliere, & mulier ex viro fiat, ſupra dictum eſt in fabula Tireſiæ.

Celme Ioui, &c.

Celmus in Adamantem conuerſus fingitur, forte propter animi duriciem aut fortudinem. eſt enim Adamas lapis omnium duriſſimus, qui neque igne neq; ferro molliatur.

Celmus in Adamantem propter animi duriciem.

Largóque ſatos Curetas, &c.

Curetes, qui & Coribantes dicti ſunt, finguntur nati ab imbribus, propter gentem hiſtrionibus, ſcurris & morionibus affluentem. Nam vulgò dicimus, illic pluiſſe fatuis, ubi ſtultorum magnus eſt numerus. fuiſſe autem illos homines ſtolidos, & ſcurriles, indicant ipſorum nomina. Dicti ſunt enim Curetes, teſte Strabone, à tonſura capillorum, quod eſſent more fatuorum detonſi. item Corybantes, ab eò, quod eſt caput ſaltando iactare; ſaltantes enim mouebant tintinnabula, & iactabant caput, ſicut hiſtriones & fatui ſolent. Horum opera Iuppiter fertur educatus: qua de cauſa etiam hiſtriones, ſcurræ, & moriones in tanta ſunt gratia apud reges ac principes, vt ſæpe habeantur intimi, cæteriſque omnibus præferantur.

Curetes homines ſtolidi & ſcurriles, quorum opera Iupiter fertur educatus, quia in magna ſunt gratia apud reges.

Et Crocon in paruos verſum, &c.

Sicut Lycaonis, Daphnidis, Cygni, & Nyctimenes, ita Croci & Smilacis fabula ex ſi-

Smilax & Crocus in flores.

militudine nominum conficta est. Fingitur autem Crocus fuisse adolescens, cuius amore cùm Smilax puella esset incensa, neque frui posset, ipsa in florem sui nominis conuersa est, id quod etiam Croco accidit.

Vnde sit infamis, &c.

Hermaphroditus Mercurij & veneris filius.

Hermaphroditum fingunt Mercurij & Veneris filium, eò quòd stella Mercurij ob qualitates, quibus præest, mediæ naturæ putatur. nam cum aliæ stellæ ab Astrologis dicantur masculinæ, propter maius robur, quo calorem excitant: aliæ verò fœmineæ propter debiliores vires, & naturam humidi, cui dominantur; Mercurij stella nunc humidum abundè excitat pro situ & motu suo, sicut Iouianus Pontanus docet de rebus cœlestibus.

Stellæ cur dicantur Masculinæ aut fœmineæ.

Porrò Salmacidis Nymphæ fabula non tàm ad vitium aquæ, quàm ad inertiam & desidiosum otium, quo vires hominum eneruantur, referenda est. Erant enim Cares, qui eo loco habitabant, homines desidiæ & luxuriæ pleni, ac fœdis dediti libidinibus: vnde & Hermaphroditi vulgo appellabantur. nam Hermaphroditus dicitur non solum qui vtrumque habet membrum, tam virile quàm muliebre: sed etiam qui vtramque venerem exercet. In eam ferè sententiam & Strabo exponit hanc fabulam libro 14. vbi sic inquit: Salmacis fons nescio quam ob causam infamis, tanquàm molliens eos qui inde biberint.

Otium, libido & luxuria homines eneruant.

Hermaphroditus quis sit.

rint. hominum enim mollities videtur non ab aëre vel ab aqua cauſam trahere, cùm ea minimè ſit cauſa molliciei: Sed diuitiæ & victus & incontinentia. Atque hæc Strabonis deſcriptio omninò conueniens & accommodata eſt deſcriptioni Ouidianæ.

Deſcribitur enim primum ab Ouidio locus delitiarum ac voluptatis, nempe: Locus delitiarum.

Hic ſtagnum lucentis, &c.

Deinde deſcribitur Nympha inertiſſimo otio & amoribus dedita: Deſcriptio deſidiæ & amoribus deditorum.

Nympha colit, ſednec venatibus apta, nec arcus
Flectere quæ ſoleat, &c.

Etenim hæc omnia mollium & luxurioſorum hominum propria ſunt, ſequi otium, pectere capillos, ſeſe ad ſpeculum intueri, & illo docente vultum componere. Amor ſiquidem otioſa res eſt, &, quemadmodum ait Menander, amat ſpecula, & flauas comæ tincturas: fugit labores.

FABVLA XII.
De Meneidibus in veſpertiliones.

Finis erat dictis: & adhuc Mineia proles
Vrget opus, ſpernit q̃ Deum, feſtũq́ profanat:
Tympana cum ſubitò non apparentia raucis
Obſtrepuere ſonis, & adunco tibia cornu,
Tinnulaq́ æra ſonant, & olent myrrhaq́, crocíque:
Réſque fide maior, cœpere virescere tela,
Inq́ hederæ faciem pendens frondeſcere veſtis.

Pars abit in vites & quæ modò fila fuerunt,
Palmite mutantur: de ſtamine pampinus exit:
Purpura fulgorem pictis accommodat vuis.
Iamque dies exactus erat tempúſque ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem,
Crepuſculum *Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.*
Tecta repentè quati, pinguéſque ardere videntur
Lampades, & rutilis collucere ignibus ædes,
Falſáque ſæuarum ſimulacra vlulare ferarum.
Fumida iamdudum latitant per tecta ſorores,
Diuerſæq; locis ignes, ac lumina vitant.
Dumq; petunt tenebras, paruos membrana per artus
Meneides in veſpertiliones. *Porrigitur, tenuéſque includunt brachia penna:*
Nec, quas perdiderint veterem ratione figuram,
Scire ſinunt tenebræ. non illas pluma leuauit:
Suſtinuére tamen ſe perlucentibus alis.
Conatæq; loqui, minimam pro corpore vocem
Emittunt, peragúntque leui ſtridore querelas.
Tectáque, non ſyluas, celebrant: lucemque peroſæ
Nocte volant, ſeróque tenent à veſpere nomen.

SAB. IN FAB. XII.

Diebus feſtis vacandum rebus diuinis non profanis.

OMnibus gentibus, etiam à vera religione alienis ſemper perſuaſum fuit, diebus feſtis eſſe vacandum rebus non profanis, ſed diuinis. Dies enim feſti deſtinati ſunt diuino cultui: Hoc igitur exemplo, quamuis ficto, pueri deterrendi & admonendi ſunt, ne feſtis diebus negligant rem diuinam: ne luſionibus dent operam, ſed vt ingrediantur templum

plum, & interſint ſacris concionibus, ſuasque preces coniũgant cum precibus Eccleſiæ. Ipſæ enim Mineides, dum rem diuinam contemnunt, dum recitant domi fabulas, conuertuntur in Veſpertiliones. Rectè autem aſſimulantur Veſpertilionibus contemptores religionis. nam vt Veſpertiliones in tenebris volitant, ita impij etiam cæcitate & impetu feruntur.

FABVLA XIII.

De Ino & Melicerto in Deos marinos.

TVm verò totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat; magnaſq́; noui matertera vires
Narrat vbique Dei: de tótque ſororibus expers
Vna doloris erat, niſi quem fecêre ſorores.
Aſpicit hanc natis, thalamoq́; Athamãtis habentẽ
Sublimes animos, & alumni numine Iuno:
Non tulit: & ſecum: Potuit de pellice natus
Vertere Mæonios, pelagóque immergere nautas,
Et laceranda ſuæ nati dare viſcera matri,
Et triplices operire nouis Mineidas alis:
Nil poterit Iuno, niſi multos flere dolores?
Idq́; mihi ſatis eſt? hæc vna potentia noſtra eſt?
Ipſe docet, quid agam (fas eſt & ab hoſte doceri)
Quídque furor valeat, Pentheia cæde ſatíſque,
Ac ſuper oſtendit: cur non ſtimuletur, eátque
Per cognata ſuis exempla ſororibus Ino?
Eſt via declinis funeſta nubila taxo,
Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes:

Styx nebulas exhalat iners, vmbræq; recentes
Descendunt illac, simulachráq; functa sepulchris.
Pallor, hyemsq; tenent latè loca senta: nouique,
Quà sit iter, manes, Stygiã quod ducat ad vrbem;
Ignorant, vbi sit nigri fera regia Ditis.

Inferorum aditus descriptio.

Mille capax aditus, & apertas vndique portas
Vrbs habet: vtq; fretum de tota flumina terra,
Sic omnes animas locus accipit ille, nec vlli
Exiguus populo est, turbámue accedere sentit.
Errant exangues sine corpore, & ossibus vmbræ:
Pársque forum celebrant, pars imi tecta tyranni:
Pars aliquas artes antiquæ imitamina vitæ
Exercent: aliam partem sua pœna coërcet.
Sustinet ire illuc cœlesti sede relicta,
(Tantum odijs, iraq; dabat) Saturnia Iuno.
Quo simul intrauit, sacróque à corpore pressum
**Intremuit limen, tria Cerberus extulit ora,*
Et tres latratus simul edidit. illa sorores
Nocte vocat genitas, graue, & implacabile numẽ.
Carceris ante fores clausas adamante sedebant,
Déque suis atros pectebant crinibus angues.
Quam simul agnorunt inter caliginis vmbras,
Surrexere Deæ. sedes scelerata vocatur.

* Ingemuit. Cerberus triceps.

Tityus.

Viscera præbebat Tityus lanianda, nouémque

Tantalus.

Iugeribus distractus erat. tibi Tantale nullæ
Deprẽduntur aquæ: quæq; imminet, effugit arbor.

Sisyphus.

Aut petis, aut vrges ruiturum Sisyphe saxum.

Ixion.

Voluitur Ixion, & se sequitúrque, fugítque.
Molirique suis lethum patruelibus ausæ

Danaides.

Assidue repetunt, quas perdant Belides vndas.

Quos

Quos omnes facie postquàm Saturnia torua
Vidit, & ante omnes Ixiona, rursus ab illo
Sisyphon aspiciens, cur hîc è fratribus, inquit,
Perpetuas patitur pœnas, Athamanta superbum
Regia diues habet, qui me cum coniuge semper
Spreuit? & exponit causas odiique viaeque,
Quídque velit. quod vellet, erat, ne regia Cadmi
Staret, & in facinus traherēt Athamāta furores. * sorores.
Imperium, promissa, preces confundit in vnum,
Sollicitátque Deas. sic hæc Iunone locuta,
Tisiphone canos, vt erat turbata, capillos
Mouit, & obstantes deiecit ab ore colubros:
Atque ita, non longis opus est ambagibus, inquit:
Facta puta, quaecunque iubes: inamabile regnum
Desere, téque refer cœli melioris ad auras.
Lætaredit Iuno: quam cœlum intrare parantē
Roratis lustrauit aquis Thaumantias Iris.
Nec mora, Tisiphone madefactum sanguine sumit Furiarum ornatus.
Importuna facem, fluidóque cruore rubentem
Induitur pallam, tortóque incingitur angue,
Egreditúrque domo. luctus comitatur euntem,
Et pauor, & terror, trepidóque insania vultu.
Limine constiterat: postes tremuisse feruntur
Aeolij, pallórque fores infecit acernas.
Sólque locum fugit. monstris exterrita coniux,
Territus est Athamas, tectóque exire parabant.
Obstitit infœlix, aditúmque obsedit Erinnys:
Nexáque vipereis distendens brachia nodis,
Cæsariem excussit: motæ sonuere colubræ.
Pársque iacent humeris, pars circum pectora lapsæ

Sibila dant, saniemq; vomunt, linguisq; coruscant.
Inde duos medijs abrupit crinibus angues,
Pestiferáque manu raptos immisit. At illi
Inoósque sinus, Athamanteósque pererrant,
Inspirántque graues animos, nec vulnera membris
*Vlla ferunt, mens est, quæ * diros sentiat ictus.*
Attulerat secum liquidi quoque monstra veneni,
Oris Cerberei spumas, & virus Echidnæ,
Errorésque vagos, cæcaq; obliuia mentis,
Et scelus, & lacrymas, rabiemq; & cædis amorem,
*Omnia trita simul: quæ sanguine * mista recenti*
Coxerat ære cauo, viridi versata cicuta.
Dúmque pauent illi, vertit furiale venenum
** Pectus in amborum, præcordiaq; intima mouit.*
Tum face iactata per eundem sæpius orbem,
Consequitur motis velociter ignibus ignes.
Sic victrix, iussiq; potens, ad inania magni
Regna redit Ditis, sumptumq; recingitur anguem.
Protinus Æolides media furibundus in aula
Clamat, Io comites, his retia tendite syluis:
Hìc modò cum gemina visa est mihi prole leæna:
Vtq; feræ, sequitur vestigia coniugis amens:
Deque sinu matris ridentem, & parua Learchum
Brachia tendentem rapit, & bis, térque per auras
More rotat fundæ, rigidóque infantia saxo
Discutit ora ferox. tum denique concita mater,
Seu dolor hoc fecit, seu sparsi causa veneni,
Exululat, sparsísque fugit malè sana capillis:
Téque ferens paruum nudis Melicerta lacertis,
Euohe Bacche sonat. Bacchi sub nomine Iuno
Risit:

* duros.

* tincta.

* Vultus.

Athamas furens vxorẽ & filium Learchum interficit.

Risit: & hos vsus præstet tibi, dixit, alumnus.
Imminet æquoribus scopulus, pars ima canatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus vndas:
Sūma rigent, frontemq; in apertum porrigit æquor.
Occupat hunc (vires insania fecerat) Ino,
Seque super pontum nullo tardata timore
Mittit, onúsque suum percussa recanduit vnda. Melicertam filium quem secum asportabat.
At Venus immeritæ neptis miserata labores,
Sic patruo blandita suo est: ô numen aquarum,
Proxima cui cœlo cessit Neptune potestas,
Magna quidem posco, sed tu miserere meorum.
Iactari quos cernis in Ionio immenso,
Et Dijs adde tuis. aliqua & mihi gratia ponto est:
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui, Graiúmque manet mihi nomen ab illa.
Annuit oranti Neptunus, & abstulit illis
Quod mortale fuit, maiestatémque verendam Ino & Melicerta in deos.
Imposuit, noménque simul, faciémque notauit:
Leucotheáque Deũ cum matre Palæmona dixit.

SAB. IN FAB. XIII.

PEr Cerberum tricipitem intelligunt terram, quæ & secundum veteres Geographos trifariam diuisa est, & defunctorum corpora tanquàm caris deuorat. Cerberus pro terra.

Viscera præbebat Tityus, &c.

Hæ fabulæ de inferorum pœnis admonent piè ac honestè hîc viuendum esse: post mortem enim restare & bonis præmia, & sceleratis pœnas grauissimas. Genera verò suppli- Pœnæ inferorum docēt piè esse viuendum. Genera suppliciorum al-

legoricè ad animi perturbationes relata.

pliciorum, quæ hîc deſcribuntur, etiam allegoricè ad perturbationes animorum referri poſſunt. Titij iecur à vulture exeſum & renaſcens, ad odium quod nunquam tolli poteſt. Tantali fames ad auaritiam. Ixionis rota ad homines in Republica irrequietos. Syſiphi ſaxum ad laborioſam & miſeram ambitionem. Belidum effluentes aquæ ad inexplebilem animi cupiditatem. Sic Lucretius exponit pœnam quam Syſiphus & Belides ſuſtinent.

Syſiphus in vita quoque nobis ante oculos eſt.
Qui petere à populo faſces, ſauóſque ſecures
Imbibit, & ſemper victus triſtiſq; recedit.
Nã petere imperiũ quod inane eſt, nec datur vnquã
Atque in eo ſemper, durum ſufferre laborem,
Hoc eſt aduerſo nixantem trudere monte
Saxum, quod tandem ſummo iam vertice rurſum
Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.
Deinde animi ingratam naturam paſcere ſemper,
Atque explere bonis rebus ſatiaréque nunquam,
Quod faciunt nobis annorum tempora, circum
Cum redeunt, fœtúſque ferunt, variósque lepores,
Nec tamen explemur vitai fructibus vnquàm,
Hoc, vt opinor, id eſt, ævo florente puellas
Quod memorant laticẽ pertuſum congerere in vas
Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.

Thaumantias Iris, &c.

Iris filia admirationis.

Iris dicitur Thaumantis, hoc eſt, admirationis filia: Nullum eſt enim Meteoron admirabilius: id ſancti patres ita admirati ſunt, vt dixerint,

dixerint, esse signum iudicij diuini & præteriti & futuri: Color ceruleus significat mundum semel aquis perijsse. Purpureus verò significat venturam esse aliam mundi destructionem, scilicet, per ignẽ. Et docti viri in Philosophia fatentur non posse sufficiẽtes causas in materia ostendi, cur talis fiat arcus. Quare sciamus singulare opus Dei esse cõditum, vt sit cõmonefactio de diluuio, & de ventura mundi conflagratione.

Nec mora, Tisiphone, &c.

Multa quidem scitè excogitata sunt à Poëtis, sed haud scio an quicquam hoc figmento aptius, nempè quomodo furiæ commota ira Dei euocẽtur ab inferis: quomodo secum trahant luctum, timorem, insaniam: quomodo item agant homines præcipites in scelus, iniecto illis serpente, & infuso veneno. Deniq́ue quomodo flagellis insectentur facinorosos, & ardentibus facibus eos agitent. hæc enim omnia aptissimè & grauissimè excogitata sunt ab hominibus sapientissimis, qui magnitudinẽ iræ diuinæ & causas humanarum calamitatum diligenter considerarunt. Sunt autem furiæ nihil aliud nisi prauæ cupiditates, seu commotiones animorum à recta ratione auersæ, quibus impelluntur hi ad odium, inuidiam, ambitionem, cædem: illi ad stupra, adulteria, incestus: alij ad alia atrocia & nefaria flagitia, incitati à diabolo: id quod ipsa nomina declarant,

De furijs ab irato Deo ab inferis euocatis.

Furiæ pro prauis cupiditatibus.

quæ ab effectu furijs indita ſunt. Megæra enim ſignificat inuidiam & æmulationem: hæc odia incitat. Tiſiphone, vltionem cædis ſeu cupiditatem vindictæ: hæc efficit homicidas & parricidas. Alecto, irrequieta dicitur: hæc concitat ſeditiones & diſcordias. Tales verò impetus ſeu commotiones animorum adducunt luctum, pauorem, terrorem, inſaniam: conijciunt enim homines in miſerias & calamitates luctuoſas: incutiunt animis horrorem & metum: adigunt ad inſaniam: Deinde ſerpentes, flagella, & faces furiarum, ſunt anxietates & cruciatus conſcientiæ. Ideò enim Ouidius de morſu iſtorum ſerpentum ita inquit:

Inſpirántque graues animos, &c.

Conſcientiæ tormentis furiæ tanquam quæſitores & carnifices ſcelera ſcrutantur.

His conſcientiæ tormentis furiæ tanquàm quæſitores & carnifices ſcelera ſcrutantur: nam etiamſi leges & iura in facinoroſos non animaduertant, nemo illorum ſcelera viderit, adeſt tamen ipſa conſcientia, quæ illos vrget, inſectatur, accuſat, & in iudicium rapit: Sicuti teſtatur Iuuenalis, cum inquit:

Exemplo quodcúnque malo committitur ipſi
Diſplicet autori: prima eſt, hæc vltio, quòd ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur: improba quãuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.

Extant apud Plutarchum de ſera numinis vindicta, memorabilia exempla, quomodo facinoroſi affligantur conſcientia, quomodo ſpectris & ſomnijs terreantur. Porrò in hac deſcriptione

descriptione Ouidiana consideranda est mirifica illa venenorũ permixtio à furijs apud inferos coacta, qua animi perfunduntur, nempè ex spuma Cerberi, ex vagis erroribus, ex obliuione mentis, scelere, lachrymis, rabie, & cupiditate cædis. Hæc enim sunt venena, quibus infecti sanitate & mente deturbantur.

Venenorum permixtio à furijs vnde coacta.

Spuma fui, Graiúmque, &c.

Venus à Poëtis Græcis nominatur Aphrodite: Ac fingitur orta è spuma maris, teste Aristotele, propter naturam seminis spumosam.

Venus cur è spuma.

FABVLA XIIII.

De Inus comitibus in saxa & aues.

Sidoniæ comites, quantum valuêre, sequutæ,
Signa pedum primo vidêre nouissima saxo:
Nec dubium de morte ratæ, Cadmeïda palmis
Deplanxêre domum, scissis cum veste capillis.
Vtq; parùm iustæ, nimiumq; in pellice sæuæ,
Inuidiam fecere Deæ. conuitia Iuno
Non tulit: &, faciam vos ipsas maxima, dixit,
Sæuitiæ monumenta meæ. res dicta secuta est.
Nam quæ præcipuè fuerat pia, persequar, inquit,
Infreta reginam: saltúmque daturamoueri
Haud vsquam potuit, scopulóque affixa cohæsit.
Altera, dum solito tentat plangore ferire
Pectora, tentatos sentit riguisse lacertos.
Illa, manus vt fortè tetenderat in maris vndas:
Saxea facta manus in easdem porrigit vndas.
Huius, vt arreptum laniabat vertice crinem,

Matronæ Thebanæ in saxa & volucres.

Duratos subitò digitos in crine videres.
Quo quæque in gestu deprensa est, hæsit in illo.
Pars volucres factæ, quæ nunc quoq; gurgite in illo
Æquora distringunt summis * *Cadmeïdes alis.*

* Mineides.

FABVLA XV.
De Cadmo & Hermone in dracones.

NEscit Agenorides natam, paruumq; nepotem
Æquoris esse Deos. luctu, serieq; malorum
Victus, & ostentis, quæ plurima viderat, exit
Conditor vrbe sua, tanquam fortuna locorum,
Non sua se premeret: longisque erroribus actus
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
Iamq; malis, annisq; graues dum prima retractant
Fata domus, relegunt que suos sermone labores,
Num sacer ille mea traiectus cuspide serpens,
Cadmus ait, fuerat tum, cum Sidone profectus
Vipereos sparsi per humum noua semina dentes?
Quem si cura Deûm tam certa vindicat ira,
Ipse precor serpens in longam porrigar aluum.
Dixit: & vt serpens in longam tenditur aluum,
Duratæq; cuti squamas increscere sentit,
Nigráque cæruleis variari corpora guttis:
In pectusq; cadit pronus: commistaque in vnum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.
Brachia iam restant: quæ restant brachia tendit,
Et lachrymis per adhuc humana fluentibus ora,
Accede ô coniux, accede miserrima, dixit,
Dumq; aliquid superest de me, me tange: manumq;
Accipe dum manus est, dũ nõ totũ occupat anguis.

Ille

Ille quidem vult plura loqui: ſed lingua repentè
In partes eſt fiſſa duas: nec verba loquenti
Sufficiunt: quotieſque aliquos parat edere queſtus,
Sibilat: hanc illi vocem natura reliquit.
Nuda manu feriens exclamat pectora coniux,
Cadme mane, téque infelix his exue monſtris.
Cadme quid hoc? vbi pes? vbi ſunt humeriq́, manúſque?
Et color, & facies? &, dum loquor, omnia? cur non
Me quoque cœleſtes in eundem vertitis anguem?
Dixerat: ille ſuæ lambebat coniugis ora,
Inq́ ſinus charos, veluti cognoſceret, ibat,
Et dabat amplexus, aſſuetáque colla petebat.
*Quiſquis adeſt (aderãt comites) terretur. at *illis* *illa.
Lubrica permulcent criſtati colla draconis:* *permulcet.
Et ſubitò duo ſunt, iunctóque volumine ſerpunt,
Donec in oppoſiti nemoris ſubiêre latebras.
Nunc quoq; nec fugiũt hominẽ, nec vulnere lædũt:
Quidq́ prius fuerint, placidi meminêre dracones.

SAB. IN FAB. XV.

CAdmus ad extremum, poſt infinitas ſuorum calamitates, regno eiectus, vna cum Hermone vxore in Illyricum profugit, vbi cum in exilio lateret, ac tanquàm ſerpens in latebris abſconditus inopem vitam ageret, & homo politicus ſe accommodaret ad leges & mores barbarorum, quibus cum verſabatur, præbuit occaſionem fabulæ de ſe mutato in ſerpentem, propter hanc vitæ

Cadmus cur dicatur in ſerpentem mutatus.

mutationem & Illyricæ gentis naturam. Dicuntur enim veteres Illyrici habuiſſe binas ſingulis oculis pupillas, & acerrimam oculorum aciem inſtar Draconum, qua irati, vt Gellius teſtis eſt, interimebant, ſi quem diu intuebantur.

Illyrici oculos habent inſtar Draconum quibus homines interimunt.

FABVLA XVI.

De ſerpentibus è ſanguine Meduſæ procreatis.

SEd tamen ambobus verſæ ſolatia formæ
Magna nepos dederat, quàm debellata colebat
India, quæ poſitis celebrabat Achaïa templis,
Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acriſius ſupereſt, qui mœnibus arceat vrbis
Argolicæ, contráque Deum ferat arma, genúſque
Non putat eſſe Deûm. neq; enim Iouis eſſe putabat
Perſea, quem pluuio Danaë conceperat auro.
Mox tamen Acriſium (tanta eſt præſentia veri)
Tam violaſſe Deum, quàm non agnoſſe nepotem
Pœnitet. impoſitus iam cœlo eſt alter, & alter
Viperei referens ſpolium memorabile monſtri,
Aëra carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cúmque ſuper Lybicas victor penderet arenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:
Quas humus exceptas varios animauit in angues:
Vnde frequens illa eſt, infeſtáque terra colubris.

Perſeus ex pluuio auri concubitu.

SAB. IN FAB. XVI.

IMber aureus, quo Iupiter Danaën turre ahenea incluſam eluſit, docet nihil eſſe tam firmum, tam communitum, nihilque tam diligenter

ligenter cuſtodiri, quòd non poſſit expugnari auro.

FABVLA XVII.
De Atlante in montem.

INde per immenſum ventis diſcordibus actus
Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquoſæ
*Fertur, & ex alto ſeductas * æthere longè* *æquore.
Deſpectat terras, totúmque ſuperuolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit:
Sæpe ſub occaſus, ſæpe eſt ablatus in ortus.
Iamque cadente die, veritus ſe credere nocti
Conſtitit Heſperio regnis Atlantis in orbe:
Exiguámque petit requiem, dum Lucifer ignes
Euocet Auroræ, curſuſq; Aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtans Atlas rex Mauritaniæ, Iapeti filius.
Iapetionides Atlas fuit. vltima tellus
Rege ſub hoc, & pontus erat, qui Solis anhelis
Æquora ſubdit equis, & feſſos excipit axes.
Mille greges illi, totidémque armenta per herbas
Errabant, & humum vicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex lauro ramos, ex auro poma ferebant.
Hoſpes, ait Perſeus illi, ſeu gloria tangit
Te generis magni, generis mihi Iupiter autor:
Siue es mirator rerum, mirabere noſtras.
Hoſpitium, requiémque peto. memor ille vetuſtæ
Sortis erat, dederat Themis hanc Parnaſſia ſortẽ:
Tempus Atla veniet, tua quo ſpoliabitur auro
Arbor: & hunc prædæ titulum Ioue natus habebit.
Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas

Draco obſeruans aurea mala.

Montibus; & vasto dederat ſeruanda draconi.
Arcebátque ſuis externos finibus omnes.
Huic quoque, vade procul; ne longè gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longè tibi Iupiter abſit.
Vimque minis addit, manibuſq; expellere tentat
Cunctantem, & placidis miſcentem fortia dictis.
Viribus inferior (quis enim par eſſet Atlantis
Viribus?) at quoniam parui tibi gratia noſtra eſt,
Accipe munus, ait: lœuáque à parte Meduſæ
Ipſe retro verſus ſqualentia protulit ora.

Atlas in mõtem.

Quantus erat, mõs factus Atlas. nã barba comæq;
In ſyluas abeunt: iuga ſunt humeríque manuſq;:
Quod caput ante fuit, ſummo eſt in monte cacumẽ:

*actus.

*Oſſa lapis fiunt. tum partes * altus in omnes*
Creuit in immenſum (ſic Dij ſtatuiſtis) & omne
Cum tot ſideribus cœlum requieuit in illo.

SAB. IN FAB. XVII.

PErſeus habitus eſt Iouis filius propter rarã fœlicitatem. Geſſit enim multas res memorabiles. ſuſcepit expeditionem aduerſus Gorgonum gẽtem, cuius regina erat Meduſa: Intulit inde bellum Mauritaniæ: Decertauit armis cum AEthiopibus, apud quos & nuptias celebrauit cum Andromeda Cephei regis filia. Poſtea reuerſus in Græciam occupauit regnum Argiuorum deuicto Prœto ſuo patruo & Polydecte Inſulæ Seriphi regulo, à quibus multis iniurijs erat affectus. Ad extremum conſtituit in Helicone ludum literarium:

Perſeus in Helicone cõſtituit ludum literarium.

rarium: quo beneficio tantam consecutus est celebritatem, vt à Poëtis & Mathematicis vsque in cœlum euectus, & inter sydera collocatus sit. Tantas autem res confecit incredibili celeritate, & versutia ingenij. ideoque fingitur talaribus & gladio Mercurij, galea Orci, & clypeo Palladis fuisse instructus. nam talaria celeritatem, gladius Mercurij callliditatem, galea Orci consilium tectum, & Clypeus Palladis raram fœlicitatem significat. Per caput verò Medusæ, cuius aspectu omnes conuertebantur in saxa, significantur immensæ Gorgonum opes, quibus Perseus potitus, omnes quos bello adortus est, subegit. nam in Insulis occidentalibus vbi Gorgonum gens habitabat, olim fuerunt maximæ opes totius orbis terrarum teste Platone. Nonnulli referunt fabulam saxifici capitis ad admirandam Medusæ pulchritudinem, cuius aspectu omnes in stuporem sint versi. Pegasus equus alatus ex sanguine Medusæ natus, à quo fons Musarum in Helicone fingitur apertus, fuit insigne ipsius Persei, quo illustris & peruagata fama significatur, quam consecutus est ex otiosa Gorgonum regina.

Cur Perseus talaribus & gladio Mercurij, galea Orci, clypeo Palladis, Medusæ capite, & pegaso equo fingitur instructus.

Pomaria clauserat Atlas, &c.

Atlantis Pomarium in quo erant arboreæ frondes auro radiãte nitentes, significat copiã auri quo Mauritania abundat circa Atlantem montem vnde effoditur. Ad spoliandum

Atlantis Pomarium.

hoc Pomarium, hoc eſt, rapiendum aurum, Perſeus illuc nauigauit: Sicut Carolus Imperator hoc tempore Indiam ſpoliauit per Hiſpanos, magna copia auri ex Cryſeis inſulis ablata. Atlantem verò Mauritaniæ regem tradunt Poëtæ in montem illum altiſſimum eſſe cõuerſum, propterea quòd fuit à Perſeo iſtuc depulſus. Ferunt eundem fuiſſe Mathemathũ peritiſſimum & inuentorem Sphæræ. Quare etiam fingitur cœlum humeris ſuſtinere, cùm propter inuentionem Sphęræ, tum propter altitudinem montis, quem incolæ vocant columnam cœli.

Atlas in montem.

Atlas cœlum humeris ſuſtinet.

FABVLA XVIII.
De virgis in Coralia mutatis.

Aeolus Aceſ. f. Hippo-

CAuſerat Hippotades æterno carcere ventos.
Admonitórque operum cœlo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat: pennis ligat ille reſumptis
Parte ab vtraque pedes, teloque accingitur vnco,
Et liquidum motis talaribus aëra findit:
Gentibus innumeris circúmque, infráque relictis,
Æthiopum populos, Cepheáque conſpicit arua.

Andromeda obiecta ſerpenti.

Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas iniuſtus iuſſerat Ammon.
Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades; niſi quòd leuis aura capillos
Mouerat, & tepido manabant lumina fletu:
Marmoreum ratus eſſet opus. trahit inſcius ignes,
*Et ſtupet, * eximiæ correptus imagine formæ,*

* & viſæ.

Penè

Penè ſuas quatere eſt oblitus in aëre pennas.
Vt ſtetit, ô dixit, non iſtis digna catenis,
Sed quibus inter ſe cupidi iunguntur amantes,
Pande requirenti nomen, terræq́, tuúmque,
Et cur vincla geras. primò ſilet illa, nec audet
Appellare virum virgo: manibúſque modeſtos
Celaſſet vultus, ſi non religáta fuiſſet.
Lumina, quod potuit, lachrymis impleuit obortis.
Sæpius inſtanti, ſua ne delicta fateri
Nolle videretur, nomen terræq́, ſuúmque,
Quantáque maternæ fuerit fiducia formæ
Indicat: & nondum memoratis omnibus, vnda
Inſonuit, veniénſque immenſo bellua ponto
Imminet, & latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat virgo. genitor lugubris, & vna
Mater adeſt, ambo miſeri, ſed iuſtius illa.
Nec ſecum auxilium, ſed dignos tempore fletus
Plangoremq́, ferunt, vinctóq́, in corpore adhærent.
Tunc ſic hoſpes ait: lachrymarum longa manere
Tẽpora vos poterũt: ad opẽ breuis hora ferenda eſt.
Hanc ego ſi peterem Perſeus Ioue natus, & illam,
Quam clauſam impleuit fœcundo Iupiter auro,
Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator, & alis
Æthereas auſus iactatis ire per auras,
Præferrer cunctis certè gener. addere tantis
Dotibus & meritum (faueant modò numina) tẽto,
Vt mea ſit, ſeruata mea virtute, paciſcor.
Accipiunt legem (quis enim dubitaret?) & orant
Promittúntque ſuper regnum dotale parentes.
Ecce, velut nauis præfixo concita roſtro

Sulcat aquas iuuenum ſudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulſu pectoris vndis
Tantum aberat ſcopulis, quantum balearica torto
Funda poteſt plumbo medij tranſmittere cœli:
Cùm ſubitò iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abijt; vt in æquore ſummo
Vmbra viri viſa eſt, viſam fera ſæuit in vmbram.
Vtq; Iouis præpes, vacuo cùm vidit in aruo,
Præbentem Phœbo liuentia terga draconem,
Occupat aduerſum: neu ſæua retorqueat ora,
Squamigeris auidos figit ceruicibus vngues:
Sic celeri miſſo præceps per inane volatu
Terga feræ preſſit, dextróque frementis in armo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Vulnere læſa graui modò ſe ſublimis in auras
Attollit, modò ſubdit aquis, modò more ferocis
Terſat apri, quem turba canum circumſona terret.
Ille auidos morſus velocibus effugit alis:
Quaq; patẽt, nunc terga canis ſuper obſita cõchis,
Nunc laterum coſtas, nunc qua tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem, falcato vulnerat enſe.
Bellua puniceo miſtos cum ſanguine fluctus
Ore vomit: maduére graues aſpergine pennæ:
Nec bibulis vltrà Perſeus talaribus auſus
Credere, conſpexit ſcopulum, qui vertice ſummo
Stantibus extat aquis, operitur ab æquore moto.
Nixus eo, rupíſque tenens iuga prima ſiniſtra,
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cùm plauſu clamor, ſuperáſque Deorum
Impleuére domos, gaudent, generúmque ſalutant,

Auxili-

Auxiliúmque domus, ſeruatorémque fatentur
Caſſiope, Cepheúſque pater. reſoluta catenis
Incedit virgo pretiúmque, & cauſa laboris. Andromeda liberatur à Perſeo.
Ipſe manus hauſta victrices abluit vnda:
Anguiferumque caput dura ne lædat arena,
Mollit humum foliis, natáſque ſub æquore virgas
Sternit, & imponit Phorcynidos ora Meduſæ.
Virga recens, bibuláque etiam nunc viua medulla
Vim rapuit monſtri, tactúque induruit huius,
Percepit q; nouum ramis & fronde rigorem.
At pelagi Nymphæ factum mirabile tentant Virgæ in coralia.
Pluribus in virgis, & idem contingere gaudent:
Seminá que ex illis vt erant iactata per vndas,
Nunc quoque coralijs eadem natura remanſit;
Duritiem tacto capiant vt ab aëre, quódque
Vimen in æquore erat, fiat ſuper æquora ſaxum.

SAB. IN FAB. XVIII.

CRedibile eſt Andromeden ex ingenti aliqua calamitate ereptam & marinam belluam à Perſeo interfectam eſſe: nam & Pomponius Mela in deſcriptione Syriæ meminit huius belluæ.

Nunc quoque coralijs, &c.

Coralium teſte Plinio, naſcitur magna copia in Orcadibus inſulis. Hæ autẽ olim inhabitabantur à Gorgonum gente: ideoq; ex virgultis Meduſæ capiti ſuppoſitis coralium eſſe natum poëtæ fabulantur. Et dicitur Coralium à pupilla Maris. Coralium.

FABVLA XIX.

De Meduſæ crinibus in ſerpentes.

Dis tribus ille focos totidem de cęſpite ponit:
Læuũ Mercurio, dextrũ tibi, Bellica virgo;
Ara Iouis media eſt: mactatur vacca Minerua,
Alipedi vitulus, taurus tibi ſumme Deorum.
Protinus Andromeden, & tanti præmia facti
Indotata rapit. tedas Hymenæus, amórque
Præcipiunt. largis ſatiantur odoribus ignes,
Sertaq́ dependent tectis: & vbique liræq́,
Tibiáque, & cantus animi felicia læti
Argumenta ſonant. reſeratis aurea valuis
Nuptiæ Perſei & Andromedæ.
Atria tota patent, pulchróque inſtructa paratu,
Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.
Poſtquam epulis functi; generoſi munere Bacchi
Diffudére animos; cultúſque genúſque locorum
Quærit Abantiades. quærenti protinus vnus
Narrat Lyncídes, moreſque, habitúmque virorũ.
Quæ ſimul edocuit: nunc ô, fortiſſime, dixit,
Fare precor Perſeu, quanta virtute, quibúſque
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat Abantiades, gelido ſub Atlante iacentem
Eſſe locum ſolidæ tutum munimine molis,
Intellige Græcas alteras duas Phorci filias, quæ ambæ vno tantum vtebanturoculo.
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores
Phorcydas vnius ſortitas luminis vſum.
Id ſe ſolerti furtim, dum traditur, aſtu
Suppoſita cepiſſe manu: pérque abdita longè
Deuiáque, & ſyluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos: paſſimq́ per agros,
Pérque vias vidiſſe hominum ſimulacra, ferarũq́

In

In ſilicem ex ipſis viſa conuerſa Meduſa.
Se tamen horrendæ clypei, quem læua gerebat,
Aere repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſæ:
Dũq; grauis ſomnus colubroſq;. ipſámq; tenebat,
Eripuiſſe caput collo: pennísque fugacem
*Pegaſon & *fratrem matris de ſanguine natos.* Pegaſus & Chryſaor è collo Meduſę reciſo capite exiliunt.
Addidit & longi non falſa pericula curſus,
Quæ freta, quas terras, ſub ſe vidiſſet ab alto,
Et quæ iactatis tetigiſſet ſydera pennis.
Ante expectatum tacuit tamen. excipit vnus
Ex numero procerum, quærens cur vna ſororum
Geſſerit alternis immiſtos crinibus angues.
Hoſpes ait quoniam ſcitaris digna relatu,
Accipe quæſiti cauſam. clariſſima forma,
Multorũmque fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa: nec in tota conſpectior vlla capillis
Pars fuit: inueni, qui ſe vidiſſe referrent.
Hanc pelagi rector templo vitiaſſe Mineruæ
Dicitur. auerſa eſt, & caſtos Ægide vultus
Nata Iouis texit. néue hoc impune fuiſſet,
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros. Meduſæ crines in angues
Nunc quoq;, vt attonitos formidine terreat hoſtes,
Pectore in aduerſo, quos fecit, ſuſtinet angues.

SAB. IN FAB. XIX.

AD mores ita accommodari poteſt allegoria, ſi per Gorgonas intelligantur voluptates & illecebræ, quibus ſtulti quaſi in ſaxa conuertuntur. Illos verò facile interimunt, qui ægide Palladis & gladio Mercurij ſunt in- Prudentes facilè vincunt voluptatis illecebras.

ſtructi, hoc eſt, prudentes. Sic Eraſmus Roterodamus, ni fallor, allegoriam hanc alicubi accommodat.

In ſilicem ex ipſis viſa conuerſa, &c.

Impudicitiæ infamia.

Crines mutati in ſerpentes, ſignificant infamiam, qua illuſtres fœminæ deformantur, amiſſa pudicitia.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER V.

FABVLA I.

De Capite Gorgonis homines in ſaxa conuertente.

Vmque ea Cephenûm medio Danaëius heros
Agmine commemorat, fremitu regalia turbæ
*Atria complentur: nec, *coniugalia feſta*
Qui canat, eſt clamor, ſed qui fera nuntiet arma.
Inq; repentinos conuiuia verſa tumultus
Aſſimilare freto poſſis, quod ſæua quietum
Ventorum

*connubialia

Ventorum rabies motis exasperat vndis.
Primus in his Phineus belli temerarius autor,
Fraxineam quatiens æratæ cuspidis hastam,
En, ait, en adsum præreptæ coniugis vltor.
Nec mihi te pennæ, nec falsum versus in aurum
Iupiter eripiet. conanti mittere, Cepheus
Quid facis? exclamat: quæ te germane furentem
Mens agit in facinus? meritísne hæc gratia tantis.
Redditur? hac vitam seruatam dote rependis?
Quam tibi non Perseus, verum si quæris, ademit,
Sed graue Nereïdũ numen, sed corniger Ammon,
Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti
Exatur anda meis, illo tibi tempore rapta est,
Quo peritura fuit: nisi si crudelis idipsum
Exigis vt pereat, luctũque leuabere nostro.
Scilicet haud satis est quòd te spectãte reuincta est,
Et nullam quòd opem patruus, sponsusue tulisti.
Insuper à quoquam quòd sit seruata dolebis?
Præmiáque eripies? quæ si tibi magna videntur,
Ex illis scopulis, vbi erant affixa, petisses.
Nũc sine, qui petijt, per quẽ hæc non orba senectus,
Ferre, quod & meritis, & voce est pactus: eúmque
Non tibi, sed certæ prælatum intellige morti.
Ille nihil contrà: sed & hunc, & Persea vultu
Alterno spectans, petat hunc ignorat, an illum:
Cunctatúsq; breui contortam viribus hastam,
Quantas ira dabat, nequicquam in Persea misit.
Vt stetit illa toro, stratis tum denique Perseus
Exilijt, telóque ferox inimica remisso
Pectora rupisset, nisi post altaria Phineus

Tumultus elegans descriptio.

Isset: &, indignum, scelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuspis adhæsit.
Qui post quã cecidit, ferrúmq; ex osse reuulsu est,
Calcitrat, & positas aspergit sanguine mensas.
Tum verò indomitas ardescit vulgus in iras,
Telaque coniciunt: & sunt qui Cephea dicant
Cum genero debere mori. sed limine tecti
Exierat Cepheus, testatus iusq; fidemque,
Hospitijque Deos, ea se prohibente moueri.
Bellica Pallas ádest, & protegit ægide fratrem, (ge
Datq; animos. Erat Indus Atys, quẽ flumine Gã-
Edita Lymniace vitreis peperisse sub vndis
Creditur, egregius forma; quam diuite cultu
Augebat bis adhuc octonis integer annis,
Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus: ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo quamuis distantia misso
Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus.
Tum quoq; lenta manu flectentem cornua Perseus
Stipite, qui media positus fumabat in ara,
Perculit, & fractis confudit in ossibus ora.
Hunc vbi fœdatos iactantẽ in sanguine vultus
Assyrius vidit Lycabas iunctissimus illi,
Et comes, & veri non dissimulator amoris,
Postquàm exhalantem sub acerbo vulnere vitam
Deplorauit Atyn, quos ille tetenderat arcus,
Arripit; &, mecum tibi sint certamina, dixit:
Nec longum pueri fato lætabere, quoplus
Inuidiæ quàm laudis habes. hæc omnia nondum

Dixerat,

Dixerat: emicuit neruo penetrabile telum,
Vitatúmque tamen ſinuoſa veſte pependit.
*Vertit in hunc harpen *madefactam cæde Meduſæ* *ſpectatam.
Acriſioniades, adigit q3 in pectus. at ille
Iam moriens oculis ſub nocte natantibus atra
Circumſpexit Atyn, ſéque acclinauit ad illum,
Et tulit ad manes iunctæ ſolatia mortis.
Ecce Syenítes genitus Methióne Phorbas,
Et Libis Amphimedon auidi committere pugnam,
Sanguine, quo latè tellus madefacta tepebat,
Conciderant lapſi: ſurgentibus obſtitit enſis
Alterius coſtis, iugulo Phorbantis adactus.
At non Actoriden Eritum, cui lata bipennis
Telum erat, admoto Perſeus petit enſe: ſed altis
Extantem ſignis, multæq3 in pondere maſſæ
Ingentem manibus tollit cratera duabus,
Infligit q3 viro. rutilum vomit ille cruorem.
Et reſupinus humum moribundo vertice pulſat.
Inde Semiramio Polydemona ſanguine cretum,
Caucaſeumq3, Abarim, Sperchionidéq3 Lycetũ,
Intonſumq3 comas Elycẽ, Phlegiamq3, Clytumque
Sternit, & extructos morientum calcat aceruos.
Nec Phineus auſus concurrere comminus hoſti,
Intorquet iaculum: quod detulit error in Idam Immunem
Expertem fruſtra belli, & neutra arma ſecutum. belli.
Ille tuens oculis immitem Phinea toruis,
Quando quidẽ in partes, ait, abſtrahor, accipe Phi- (neu,
Quem feciſti hoſtem, pẽſáque hoc vulnere vulnus.
*Iámque remiſſurus tractum de *corpore telum* *vulnere.
Sanguine defectos cecidit collapſus in artus,

Isset: &, indignum, scelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuspis adhæsit.
Qui postquã cecidit, ferrúmq; ex osse reuulsũ est,
Calcitrat, & positas aspergit sanguine mensas.
Tum verò indomitas ardescit vulgus in iras,
Telaque coniciunt: & sunt qui Cephea dicant
Cum genero debere mori. sed limine tecti
Exierat Cepheus, testatus iusq; fidemque,
Hospitijque Deos, ea se prohibente moueri.
Bellica Pallas ádest, & protegit ægide fratrem, (ge
Datq; animos. Erat Indus Atys, quẽ flumine Gã-
Edita Lymniace vitreis peperisse sub vndis
Creditur, egregius forma; quam diuite cultu
Augebat bis adhuc octonis integer annis,
Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus: ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo quamuis distantia misso
Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus.
Tum quoq; lenta manu flectentem cornua Perseus
Stipite, qui media positus fumabat in ara,
Perculit, & fractis confudit in ossibus ora.
Hunc vbi fœdatos iactantẽ in sanguine vultus
Assyrius vidit Lycabas iunctissimus illi,
Et comes, & veri non dissimulator amoris,
Postquàm exhalantem sub acerbo vulnere vitam
Deplorauit Atyn, quos ille tetenderat arcus,
Arripit; &, mecum tibi sint certamina, dixit:
Nec longum pueri fato lætabere, quo plus
Inuidiæ quàm laudis habes. hæc omnia nondum

Dixerat,

Dixerat: emicuit neruo penetrabile telum,
Vitatúmque tamen ſinuoſa veſte pependit.
*Vertit in hunc harpen *madefactam cæde Meduſæ* *ſpectatam.
Acriſioniades, adigitq; in pectus. at ille
Iam moriens oculis ſub nocte natantibus atra
Circumſpexit Atyn, ſéque acclinauit ad illum,
Et tulit ad manes iunctæ ſolatia mortis.
Ecce Syenites genitus Methióne Phorbas,
Et Libis Amphimedon auidi committere pugnam,
Sanguine, quo latè tellus madefacta tepebat,
Conciderant lapſi: ſurgentibus obſtitit enſis
Alterius coſtis, iugulo Phorbantis adactus.
At non Actoriden Eritum, cui lata bipennis
Telum erat, admoto Perſeus petit enſe: ſed altis
Extantem ſignis, multæq; in pondere maſſæ
Ingentem manibus tollit cratera duabus,
Infligitq; viro. rutilum vomit ille cruorem.
Et reſupinus humum moribundo vertice pulſat.
Inde Semiramio Polydemona ſanguine cretum,
Caucaſeumq;, Abarim, Sperchionidéq; Lycetũ,
Intonſumq; comas Elycẽ, Phlegiamq;, Clytumque
Sternit, & extructos morientum calcat aceruos.
Nec Phineus auſus concurrere comminus hoſti,
Intorquet iaculum: quod detulit error in Idam
Expertem fruſtra belli, & neutra arma ſecutum. Immunem belli.
Ille tuens oculis immitem Phinea toruis, (neu,
Quandoquidẽ in partes, ait, abſtrahor, accipe Phi-
Quem feciſti hoſtem, pẽſáque hoc vulnere vulnus.
*Iámque remiſſurus tractum de *corpore telum* *vulnere.
Sanguine defectos cecidit collapſus in artus,

Dignitate & loco regi proximus.

Tum quoque Cephenûm post regem primus Odites
Enſe iacet Clymeni: Protenora percutit Hipſeus,
Hipſea Lyncides: fuit & grandæuus in illis
Emathion æqui cultor, timidúſque Deorum:
Qui, quoniam prohibent anni bellare, loquendo
Pugnat, & inceſſit, ſceleratáq; deuouet arma.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis

Emathion cadit.

Decutit enſe caput: quod protinus incidit aræ:
Atque ibi ſemianimis verba execrantia lingua
Edidit; & medios animam expirauit in ignes.

Broteaſque.

Hinc gemini fratres, Proteáſq;, & cæſtibus Ammõ
Inuicti, vinci ſi poſſent cæſtibus enſes,
Phinéa cicedere manu; Cereríſque ſacerdos
Alphytus albenti velatus tempora vitta.

Pugnas.

Tu quoque Iapetide non hos adhibendus ad vſus,
Sed qui pacis opus citharam cùm voce moueres,
Iuſſus eras celebrare dapes, feſtúmque canendo.
Quem procul aſtantem, plectrúmq; imbelle tenẽtẽ

*Pentalus.

** Pettalus irridens, Stigijs cane cætera, dixit,*
Manibus: & læuo mucronem tempore fixit.
Concidit, & digitis morientibus ille retentat
Fila lyræ, caſuq; fuit miſerabile carmen.
Non ſinit hunc impunè ferox cecidiſſe Lycormas:
Raptáque de dextro robuſta repagula poſte

*Immiſit.

*Oſſibus * illiſit mediæ ceruicis. at ille*
Procubuit terræ mactati more iuuenci.
Demere tentabat læui quoque robora poſtis
Cinypheus Pelates: tentati dextera fixa eſt
Cuſpide Marmaridæ Coriti, lignóque cohæſit.
Hærenti latus hauſit Abas: nec corruit ille,

Sed

Sed retinente manu moriens è poste pependit.
Sternitur & Menaleus Perseïa castra secutus,
Et Nasamoniaci Dorilas, ditissimus agri:
Diues agri Dorilas, quo non possederat alter
Latiùs, aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo missum stetit inguine ferrum:
(Lethifer ille locus) quem post quã vulneris auctor
Singultantem animam, & versantem lumina vidit
Bracteus Alcyoneus, hoc quod premis, inquit, habe
De tot agris terræ: corpusq; exangue reliquit. (to
*Torquet in hunc hastam calido de vulnere * raptã* tractam.
Vltor Abantiades: media quæ nare recepta
Ceruice exacta est, in parte sque eminet ambas.
Dúmq; manũ fortuna iuuat, Clytiumq;, Danumq;
Matre satos vna diuerso vulnere fudit.
Nam Clytij per vtrunque graui vibrata lacerto
Fraxinus acta femur, iaculũ Danus ore momordit.
*Occidit * & Celadon Mendesius: occidit Astreus* *Eucholidon.
Matre Palæstina, dubio genitore creatus:
Æthionq; sagax quondam ventura videre,
Tunc aue deceptus falsa: regísque Thoastes
Armiger, & cæso genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhausto superest. nanq; omnibus vnũ
Opprimere est animus. coniurata vndique pugnãt
Agmina, pro causa meritum impugnante, fidemq;. Phineo pugnæ iniust. auctore.
Hac pro parte socer frustra pius, & noua coniux
Cum genitrice fauent, vlulatúque atria complent.
Sed sonus armorum superat gemitusq; cadentum.
Pollutósque simul multo Bellona penates
Sanguine perfundit, renouatáque prælia miscet.

*illum. *Circumeunt* vnum Phineus, & mille secuti*
Phinea: tela volant hyberna grandine plura
Prater vtrunq; latus, pratérq; & lumen, & aures.
Applicat hic humeros ad magnæ saxa columnæ:
Obiectu columnæ. *Tutaq; terga gerens, aduersaq; in agmina versus*
Sustinet instantes. instabat parte sinistrà
Chaonius Molpheus, dextra Nabathæus Ethe-
Tigris vt auditis diuersa valle duorum (mon.
Extimulata fame mugitibus armentorum
Nescit vtrò potius ruat; & ruere ardet vtroque:
Sic dubius Perseus, dextrà, læuáne feratur,
Molphea traiecti summouit vulnere cruris:
*Ethion. *Contentusq; fuga est: neq; enim dat tempus* Ethe-*
Sed furit, & cupiens alto dare vulnera collo (mon:
Non circunspectis exactum viribus ensem
Fregit in extrema percussæ parte columnæ.
Lamina dissiluit, dominique in gutture fixa est.
Non tamen ad lethum causas satis illa valentes
Plaga dedit. trepidum Perseus, & inertia frustra
Nomẽ ensis falcati Persei. Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.*
Verùm vbi virtutem turbæ succumbere vidit,
Gorgonis caput. *Auxilium Perseus, quoniam sic cogitis ipsi,*
Dixit, ab hoste petam. vultus auertite vestros,
Si quis amicus adest: & Gorgonis extulit ora.
Quære alium, tua quem moueant miracula, dixit
*fatale. *Thessalus: vtq; manu iaculum* lethale parabat*
Mittere, in hoc hæsit signum de marmore gestu.
Proximus huic Amphix animi pleniſſima magni
Pectora Lyncidæ gladio petit, ínque petendo
Dextera diriguit, nec citrà mota, nec vltra est.

At

At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
Ementitus erat, clypeo quoque flumina septem
Argento partim, partim cælauerat auro,
Aspice, ait, Perseu nostræ primordia gentis:
Magna feres tacitas solatia mortis ad vmbras
A tanto cecidisse viro. pars vltima vocis
In medio suppressa sono est: adapertáque velle
Ora loqui credas, nec sunt ea peruia verbis.
Increpat hos, vitióque animi, non viribus, inquit,
Gorgoneis torpetis, Eryx: incurrite mecum,
Et prosternite humo iuuenẽ magica arma mouen-
Incursurus erat: tenuit vestigia tellus: (tem.
Immotúsque silex, armatáque mansit imago.
Hi tamen ex merito pœnas subiere: sed vnus
Miles erat Persei, pro quo dum pugnat, Aconteus
Gorgone conspecta saxo cóncreuit oborto:
Quem ratus Astyages etiam dum viuere, longo
Ense ferit: sonuit timitibus ensis acutis.
Dum stupet Astyages, naturam traxit eandem:
Marmoreóque manet vultus mirantis in ore.
Nomina longa mora est media de plebe virorum
Dicere. bis centum restabant corpora pugnæ:
Gorgone bis centum riguerunt corpora visa.
Pœnitet iniusti tunc denique Phineа belli.
Sed quid agat? symulachra videt diuersa figuris,
Agnoscítque suos, & nomine quenque vocatum
Poscit opem: credénsque parũ, sibi proxima tangit
Corpora: marmor erant. auertitur, atq; ita supplex
** Confessaſq; manus, obliquaque brachia tendens,* *Conuersasq;
Vincis ait Perseu: remoue tua monstra, tuaq;

Mutantur in saxa quicunque ausi fuerant cum Perseo congredi.

Saxificos vultus, quæcunque ea, tolle Medusæ:
Tolle precor: non nos odium, regníque cupido
Compulit ad bellum: pro coniuge mouimus arma.
Causa fuit meritis melior tua, tempore nostra.
Non cessisse piget. nihil ô, fortissime, præter
Hanc animam concede mihi: tua cætera sunto.
Talia dicenti, neque eum, quem voce rogabat,
Respicere audenti, Quod, ait, timidissime Phineu
Et possum tribuisse, & magnum est munus inerti,
Pone metum, tribuam: nullo violabere ferro.
Quin etiam mansura dabo monimẽta per ævum:
Inq; domo soceri semper spectabere nostri,
Vt mea se sponsi soletur imagine coniux.
Dixit: & in partem Phorcynida transtulit illã,
Ad quam se trepido Phineus obuerterat ore.
Tunc quoque conanti sua flectere lumina ceruix
Diriguit, saxóque oculorum induruit humor.
Phineus in saxum. Se quasi fatentis obnoxium. *Sed tamẽ os timidũ, vultúsq; in marmore supplex,*
Summissæq; manus, faciésque obnoxia mansit.

SAB. IN FAB. I.

Conuiuia in tragædias versa. TVmultus & pugna Cephenorum docet conuiuia & perpotationes sæpe in bellorum tragœdias verti: motisq; armis in partes abstrahi, Expertes frustra belli & neutra arma secutos, sicut exemplum Idæ in hac pugna testatur: item docet quantus sit furor tumultuantium, quàm indignæ cædes fiant, ubi ait,

Furor tumultuantium. *Indomitas ardescit vulgus in iras, &c.*

Pro

Protegit ægide fratem, &c.

Heroes in periculis diuinitus protegũtur.

In periculis autem Heroes protegũtur diuinitus: quod vt Poëta ſignificaret, finxit Perſea confligentem contra tãtam hoſtium multitudinem, protegi diuino Clypeo.

-Cereriſq; ſacerdos, &c.

In bello ciuili tollitur diſcrimẽ ſacri & profani.

Quippe omne diſcrimine ſacri & prophani remoto, trucidantur innocentiſſimi quiq́ue, etiam qui armis abſtinent, ſacerdos, muſici, ſenes.

Exitus iniuſtè bellum mouentium.

Adhæc, qualis plerunq́ue ſit exitus belli iniuſtè ſuſcepti, eiuſq; auctores ad quam neceſſitatem adigantur, declarat ipſe Phineus belli temerarius auctor, cum inquit.

Non ceſſiſſe piget, &c.

FABVLA II.
De Præto in ſaxum.

Victor Abantiades patrios cum coniuge muros
Intrat; & immeriti vindex vltórque parẽtis
Aggreditur Prœtum. nam fratre per arma fugato Acriſio.
Acriſionéas Prœtus poſſederat arces.
Sed nec ope armorum, nec, quã malè ceperat, arce,
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.

FABVLA III.
De Polydecte in lapidem.

TE tamen ô paruæ rector Polydecte Seriphi,
Nec iuuenis virtus per tot ſpectata labores,
Nec mala mollierant: ſed inexorabile durus
Exerces odium: nec iniqua finis in ira eſt.

Dectractas etiam laudes, fictámque Meduſæ
Polydectis transformatio. *Arguis eſſe necem: dabimus tibi pignora veri.*
Parcite luminibus, Perſeus ait: oráque regis
Ore Meduſæo ſilicem ſine ſanguine fecit.

FABVLA IIII.

De Muſis in aues, & Pyrenæi præcipitio.

HActenus auriginæ comitem Tritonia fratri
Se dedit: inde caua circundata nube Seriphon
*Cythno. *Deſerit, à dextra *Cypro, Gyaróque relictis:*
Quáque ſuper pontũ via viſa breuiſſima, Thebas,
*petito. *Virgineúmque Helicona petit: quo monte *potita*
Conſtitit, & doctas ſic eſt affata ſorores:
Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures,
Equi alati, Pegaſi. *Dura Meduſæi quem præpetis vngula rupit.*
Is mihi cauſa viæ: volui mirabile factum
Cernere: vidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit Vranie: Quæcunque eſt cauſa videndi,
Has tibi Diua domos, animo gratiſſima noſtro.
Pegaſus. *Vera tamen fama eſt, & Pegaſus huius origo eſt*
Fontis, & ad latices deduxit Pallada ſacros.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus vndas,
Syluarum lucos circunſpicit antiquarum,
Antraq́, & innumeris diſtincta floribus herbas:
Feliceſque vocat pariter ſtudióque, locóque
Mæonidas. quam ſic affata eſt vna ſororum:
O, niſi te virtus opera ad maiora tuliſſet,
In partem ventura chori Tritonia noſtri,
Vera refers, meritóque probas, artémque, locũmq́,
Et gratam ſortem, tutæ modò ſimus, habemus.

Sed

Sed vetitum eſt adeò ſceleri nihil, omnia terrent
Virgineas mentes, dirúſque ante ora Pyreneus
Vertitur, & nondum me tota mente recepi.
Daulia Threicio, Phoceáque milite rura
Cœperat ille ferox, iniuſtáque regna tenebat.
Templa petebamus Parnaſſia: vidit euntes,
Noſtráque fallaci veneratus numina vultu,
Mæonides (agnorat enim) conſiſtite, dixit,
Nec dubitate, precor, tecto graue ſidus & imbrem
(Imber erat) vitare meo: ſubiêre minores
Sæpe caſas ſuperi. dictis, & tempore motæ,
Annuimúſque viro, primáſque intrauimus ædes.
Deſierant imbres, victóque Aquilonibus Auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila cœlo.
Impetus ire fuit: claudit ſua tecta Pyreneus,
Vimque parat, quam nos ſumptis effugimus alis.
Ipſe ſequuturo ſimilis ſtetit arduus arce.
Quáque via eſt vobis, erit & mihi, dixit, eâdem: Pyrenæi præcipitium.
Séque iacit vecors è ſummo culmine turris,
Et cadit in vultus, diſcuſſiq́ oſſibus oris
Tundit humũ moriens ſcelerato ſanguine tinctam.

SAB. IN FAB. IIII.

MVſæ, ab inquirendo dictæ ſunt: Artes enim literarum inquirunt, bona, vtilia, & quæ ab indoctis ignorantur. Eæ perhibentur & virgines, eò quòd ſtudioſi literarum debent eſſe modeſti, & ab omni obſcœnitate alieni. Vt autem virgines obnoxiæ ſunt iniuriæ, ita & artes literarum, præſertim belli

Muſæ ab inquirendo, & cur dicantur virgines.

tẽporibus. Muſæ itaq; expetũt inprimis pacẽ.

Literarum ſtudia à Deo cõſeruantur.

Porrò fabula docet, literarũ ſtudia eſſe Deo curę: nã alæ quibus Muſæ effugiũt, diuinum ſignificant præſidiũ, quo literarũ ſtudia mirabiliter conſeruantur: Sic noſtro tẽpore, bellis in Saxonia exortis, Muſæ alas adeptæ, Witeberga & Lipſia auolabant: nec tamen interierunt.

Pœna tyrannorum honeſtis artibus infenſorum.

Deuaſtata Phocenſiũ regione Pyreneus vim Muſis attulit. i. domicilia literarũ euertit: dũq; illas fugiẽtes à ſublimi loco perſequeretur, decidit præceps, & diſcuſſo capite interijt.

FABVLA V.
De Pieridibus in picas.

Muſa loquebatur: pennæ ſonuere per auras:
Vox q3 ſalutantum ramis veniebat ab altis.
Suſpicit, & linguæ quærit tam certa loquentes
Vnde ſonent, hominẽ q3 putat Ioue nata loquutum.
Ales erat: numero q3 nouem ſua fata querentes
Inſtiterant ramis imitantes omnia picæ.
Miranti ſic orſa Deæ Dea: Nuper & iſtæ
Auxerunt volucrum victæ certamine turbam.
Pierus has genuit Pellæis diues in aruis.
Pæonis Enippe mater fuit: illa potentem
Lucinam nouies, nouies paritura vocauit.
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororum,
Per q3 tot Æmonias, & per tot Achaïdas vrbes
Huc venit, & tali committit prælia voce:
Deſinite indoctum vana dulcedine vulgus
Fallere: nobiſcum, ſi qua eſt fiducia vobis,
Theſpiades certate Deæ: nec voce, nec arte

Pierides quòd Muſas prouocare carminibus auſæ fuerant, mutantur in picas.

Vincemur,

Vincemur, totidémque ſumus. vel cedite victæ
Fonte Meduſæo, & Hyantea Aganippe:
Vel nos Emathijs ad Pæonas vſque niuoſos
Cedemus ſyluis: dirimant certamina Nymphæ.* *campis.
Turpe quidem contendere erat: ſed cedere viſum
Turpius. electæ iurant per flumina Nymphæ
Factáque de viuo preſſere ſedilia ſaxo.
Tunc ſine ſorte prior, quæ ſe certare profeſſa eſt,
Bella canit ſuperûm, falſoq́ in honore gigantes
Ponit, & extenuat magnorum facta Deorum:
Emiſſumq́ ima de ſede Typhoëa terræ
Cœlitibus feciſſe metum, cunctóſque dediſſe* *victóſque.
Terga fugæ: donec feſſos Ægyptia tellus
Ceperit, & ſeptem diſcretus in oſtia Nilus.
Huc quoque terrigenam veniſſe Typhoëa narrat,
Et ſe mentitis ſuperos cælaſſe figuris:
Dúxque gregis, dixit, ſit Iupiter: vnde recuruis
Nũc quoq́ formatus Libys eſt cum cornibus Am- Ammon cornutus.
Delius in corno, proles Semeleïa capro, (mon.
Fele ſoror Phœbi, niuea Saturnia vacca,
Piſce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.
Hactenus ad citharam vocalia mouerat ora.
Poſcimur Aonides: ſed forſitan otia non ſunt,
Nec noſtris præbere vacat tibi cantibus aures.
Ne dubita, veſtrumq́ mihi refer ordine carmen,
Pallas ait: nemoríſque leui conſedit in vmbra.
Muſa refert: dedimus ſummam certaminis vni.
Surgit, & immiſtos hedera collecta capillos
Calliope querulas prætentat pollice chordas:
Atque hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis.

SAB. IN FAB. V.

Versificatores vel literatores inepti & arrogantes similes sunt picis.

PIcæ aues sunt garrulæ quidem, sed minimæ canoræ. Per has intelliguntur versificatores, vel literatores inepti & arrogantes, qui sese iactant ostentatione ingenij, atque odiosè obstrepunt doctioribus: quemadmodum Pieri & Euippes filiæ hîc faciunt. Tales olim fuerunt Zoilus, Cercops, Amphimanes, Thymocreon, & Bauius, qui Homero, Hesiodo, Pindaro, Simonidi & Virgilio obstrepuerunt. Talis etiam fuit Doletus nostro tempore, qui ineptis & spurcis versibus exagitauit Erasmum Rotherodamum, virum de literis optimè meritum. Plutarchus in libro de Musica refert Pierum cõdidisse Poëmata de Musis. hæc Poëmata, opinor, per illius filias intelligit, quas aiunt fuisse adeò arrogantes, vt non dubitarint prouocare Musas. Credibile est enim illa ipsa Poëmata fuisse non ignobilia quidem, sed parum religiosa. Id quod non obscurè indicare videtur Poëta, cum inquit:

Bella canit superûm, &c.

Literati & præsertim Poëtæ omnẽ ingenij vim conferre debent ad res diuinas.

Verùm hac fabula admonentur adolescẽtes qui dant operam literis, ac præsertim Poëticæ, vt omnem ingenij vim, omnem scribendi facultatem conferant ad religionem, pietatem, honestatem, virtutem: non ad scurrilitatem, obtrectationem, blasphemias. Nam spiritus poëticus, quoniam diuinus vocatur &

à

à Deo eſt, circa res Deo gratas verſari debet: alioqui non ſacer, ſed profanus eſt motus, nec æthereis (vt Ouidius inquit) ſed inferni ſedibus ille venit. Et eam ob cauſam Muſæ finguntur deæ, Iouiſque filiæ, & celebrare laudes diuinas, quòd harum ſtudia diuinitus inuenta, debent coli potiſſimum cauſa religionis, vt cæleſtis doctrina conſeruetur atque propagetur.

Ponit, & extenuat magnorum, &c.

Homines graues, quò maiore ingenio, eruditione & eloquentia prædíti ſunt, eò magis piè ſentiunt & loquuntur de Deo: nimirum a quo omnis ſapientia & ingenij vis proficiſcitur. At contra homines leues & garruli plerumq; ſunt alieni à religione: delectãtur contumelijs in Deum, quales hic facit loquacula Pieri filia, dum inceſto ore canit, Gigantes terruiſſe ſuperos, & coëgiſſe ad tantam neceſſitatem, vt præ formidine induerint, alius arietem, alius vaccam, alius Ibin. Hæc verò contumelioſa in Deos confícta ſunt ex ſuperſtitione AEgyptiorũ, apud quos animalia, propter eam, quam hominibus afferunt vtilitatem, diuinis honoribus colebantur. Græci enim quibus hæc ipſa ſuperſtitio in cultu animaliũ ridicula videbatur, fabulati ſunt; Deos, cùm adhuc numero pauci eſſent, impietate & crudelitate hominum territos, confugiſſe in AEgyptum: ibíque ſimiles ſe quibuſdam anima-

Homines graues piè, garruli contumelioſè de Deo ſentiunt & loquuntur.

Animalia apud AEgyptios pro dijs.

libus finxisse, quò tutiores essent ab iniuria: Estque credibile ipsum Pierum apud Græcos fuisse autorem huius fabulæ.

Idololatria ab Ham orta.

Verùm ipse Hammon, est Ham Noæ filius, à quo traxit originẽ Idololatria. Hunc ferunt vsum esse ornamento capitis referente cornua arietis: atque inde ipsius idolum fuisse ita effectum: id quod etiam à veritate non abhorret.

Corniger Ammon vnde dictus.

Siquidem Ammonius historicus narrat regem Persarum, qui cum Imperatore Constantino bellum gessit, gestasse diadema instar capitis arietini, contextum gemmis. Omnes has fabulas Diodorus refert ad insignia regum ac Principum, qui apud AEgyptios promeruerunt honores diuinos.

Atque hæc percussis subiungit, &c.

Calliope vnde dicta.

Calliope nomen habet à canora voce. Huic datur à Musis summa certaminis, vt quæ canendi suauitate præstet cæteris: estque suauissima eius cantilena, ac longè dissimilis superiori. Nam ratione decori superior est horridior & insuauior.

FABVLA VI.

De Proserpina à Plutone rapta, & Cyane in fontem.

PRima Ceres vnco glebas dimouit aratro:
Prima dedit fruges, alimentáque mitia terris:
Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.
Illa canenda mihi est: vtinam modò dicere possem
Carmina digna Dea: certè est Dea carmine digna.

Vasta

*Vasta giganteis * iniecta est insula membris:* * ingesta.
Trinacris, & magnis subiectum mollibus vrget
Æthereas ausum sperare Typhoëa sedes.
Nititur ille quidem, pugnátque resurgere sæpe:
Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro,
Læua Pachyne tibi: Lilybæo crura premuntur.
Degrauat Ætna caput: sub qua resupinus arenas AEtnæ incẽdium.
Eiectat, flammámque fero vomit ore Typhoëus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidáque, & magnos deuoluere corpore montes.
Inde tremit tellus, & rex pauet ipse silentum,
Ne pateat, latóque solum retegatur hiatu,
Immissúsque dies trepidantes terreat vmbras.
Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus
Exierat, currúque atrorum euectus equorum,
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Postquam exploratum satis est loca nulla labare,
Deposuítque metum, videt hunc Erycina vagantẽ
Monte suo residens: natúmque amplexa volucrẽ: Veneris cratio ad cupidinem filium.
Arma, manúsque meæ, mea nate potentia, dixit,
Illa, quibus superas omnes, cape tela, Cupido,
Inq; Dei pectus celeres molire sagittas,
Cui triplicis cessit fortuna nouissima regni.
Tu superos, ipsumq; Iouem, tu numina ponti
*Victa domas, ipsúmque regit qui * culmina terræ.* * numina.
Tartara quid cessant? cur non matrisq;, tuumq;
Imperium profers? agitur pars tertia mundi:
Et tamen in cœlo quæ iam patientia nostra est?
Spernimur, ac mecum vires minuuntur Amoris.
Pallada nónne vides, iaculatricémque Dianam

Abſceſſiſſe mihi? Cereris quoque filia virgo,
Si patiemur, erit: nam ſpes affectat eaſdem.
At tu pro ſocio, ſi qua eſt tibi gratia, regno,
Iunge Deam patruo. Dixit Venus. ille pharetram
Soluit, & arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit, ſed qua nec acutior vlla,
Nec minus incerta eſt, nec quæ magis audiat arcũ.
Oppoſitóque genu curuauit flexile cornu,
Inq; cor hamata percuſſit arundine Ditem.
Haud procul Ætneis lacus eſt à mœnibus altus
Nomine Perguſæ. non illo plura Cayſter
Carmina cygnorum labentibus audit in vndis.
Sylua coronat aquas, cingens latus omne, ſuíſque
Frondibus, vt velo, Phœbeos ſummouet ignes.
Frigora dant rami, varios humus humida flores.
Perpetuum ver eſt. quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit,
Dumq; puellari ſtudio calathóſque, ſinumq;
Implet, & æquales certat ſuperare legendo,
Penè ſimul viſa eſt, dilectáque, raptáque Diti:
Vſqueadeo eſt properatus amor. Dea territa mœſto
Proſerpina Cereris filia rapta à Plutone.
Et matrem, & comites, ſed matrem ſæpius ore
Clamat: &, vt ſumma veſtem laniarat ab ora,
Collecti flores tunicis cecidêre remiſſis:
Tantáque ſimplicitas puerilibus affuit annis:
Hæc quoque virgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus, & nomine quemque vocando
Exhortatur equos: quorum per colla, iubaſq;
* rubigine.
*Excutit obſcura tinctas * ferrugine habenas:*
Perq; lacus altos, & olentia ſulphure fertur

Stagna

Stagna Palicorum rupta feruentia terra.
Et qua Bacchiadæ bimari ingens orta Corintho
Inter inæquales posuerunt mœnia portus.
Est medium Cyanes, & Pisææ Arethusæ, Syracusas intellige conditas ab Archia Bacchiadum vno, Actæonis interfectore.
Quod coit angustis inclusum cornibus, æquor.
Hic fuit, à cuius stagnum quoq; nomine dictũ est,
Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas,
Gurgite quæ medio, summa tenus extitit alno,
Agnouítque Deam: nec longius Ibitis, inquit:
Non potes inuita Cereris gener esse, roganda,
Non rapienda fuit: quòd si componere magnis
Parua mihi fas est, & me dilexit Anapis:
Exorata tamen, nec, vt hæc, exterrita nupsi.
Dixit: & in partes diuersas brachia tendens
Obstitit. haud vltrà tenuit Saturnius iram:
Terribilésque hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum valido sceptrum regale lacerto
Condidit. icta viam tellus in tartara fecit,
Et pronos currus medio cratêre recepit.
At Cyane, raptámque Deam, contemptaq; fontis Cyane in fontem sui nominis.
Iura sui mœrens, inconsolabile vulnus
Mente gerit tacita, lachrymisq; absumitur omnis:
*Et quarum fuerat magnum modò *nomen, in illas* *numen.
Extenuatur aquas. molliri membra videres,
Ossa pati flexus, vngues posuisse rigorem:
Primáque de tota tenuissima quæque liquescunt,
Cærulei crines, digitíque, & crura, pedésque.
Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas
Transitus est. post hæc humeri, tergumq; latúsque,
Pectoráque in tenues abeunt euanida riuos,

Denique pro viuo vitiatas sanguine venas
Lympha subit: restat q; nihil, quod prendere possis.

SAB. IN FAB. VI.

Musæ celebrant laudes diuinas.

CElebrantur hac Cantilena laudes diuinæ, quas Pieri filia imminuit : in quibus ornandis duo potissimum prædicantur : alterum quòd diuino beneficio ciuilis hominum vita exculta sit victu & legibus : alterum, quòd hostes nominis diuini æterno supplicio constringantur.

Eiectat flammamq; fero, &c.

Typhoëus sub AEtna monte iacés, quomodo sit causa terræmotus.

Per Typhoëa intelliguntur halitus ardentes qui sunt causa incendij in AEtna & alijs Siciliæ montibus : dictus est enim Typhoëus, à fumo. Ac quoniam illi halitus si quãdo nimium densantur, ac sine exitu voluuntur, sua vi spiritum intendunt : Spiritu autem luctãte & quærente exitum, terra concutitur; Hinc & Sicilia crebris obnoxia est terræ motibus : Poëtæ fingunt Gigantem Typhoëa reluctantem & conantem dimouere montes, esse causam terræmotus.

Cui triplicis cessit fortuna, &c.

Plutonis regnum subterraneum.

Cum filij Saturni paterna bona diuisissent tripartitò, Plutoni sorte obtigerunt fodinæ metallicæ, quod Poëtæ respicientes fingunt ipsius regnum esse subterraneum.

Quò dum Proserpina, &c.

Proserpina fœcunditatem seminum significat.

ficat. Hæc cum aliquando defuiſſet, ac terra ſterilitate quaſi mœreret, Poëtæ fabulati ſunt filiam Cereris, id eſt, fœcūditatem, quæ à proſerpendo Proſerpina eſſet dicta, raptim apud inferos detineri: id quod indicat Ouidius cum loquitur de Cerere filiam quærente & inquit:

Quomodo Proſerpina apud Inferos detinebatur.

Neſcit adhuc vbi ſit, &c.

Traditur item, poſtquam rapta eſt, ſex menſes apud Plutonem ac totidem apud ſuperos manere, eò quòd ſemen terræ cultæ iectum hyemis tempore ſub terra eſt, æſtatis verò tempore rurſus proſerpit, & excreſcit. In hanc fermè ſententiam Velleius apud Ciceronem de natura Deorum fabulam exponit, vbi ſic inquit: Proſerpinam, quæ Perſephone Græcè nominatur, ſemen frugum eſſe volunt, matrem autem eſſe terram, quæ à gerendis frugibus Ceres quaſi geres nominatur. Rapta item fingitur Proſerpina ex Ennenſium nemore, & propter ſingularem amœnitatem fertilitatemque loci: & propter ſpeluncam infinita altitudine, quæ non procul abeſt: vnde Pluto dicitur repentè extitiſſe ac rurſus penetraſſe ſub terras non longè à Syracuſis, vbi ſtagnum Palicorum alijq; lacus aſſiduè feruentes, magno impetu emergunt & mox abſorbentur vaſto hiatu.

Quomodo Proſerpina ſex menſes apud Plutonem & totidem apud ſuperos manſerit.

Et me dilexit Anapis, &c.

Fontes finguntur iuncti matrimonio, qui aut confluunt aut ſunt contigui. Cyanen ho-

Fontes iuncti matrimonio.

die Siculi appellant Crini Piſmam, cuius fontis aquæ commiſcentur in agro Syracuſano cum Anapo vix duobus miliaribus ab ipſius oſtio.

FABVLA VII.
De ſtellione ex puero.

INtereà pauidæ nequicquam filia matri
Omnibus eſt terris, omni quæſita profundo.
Illam non vdis veniens Aurora capillis
Ceſſantem vidit, non Heſperus, illa duabus
Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab Ætna,
Pérque pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus vbi alma dies hebetarat ſydera, natam
Solis ab occaſu, Solis quærebat ad ortus.
Feſſa labore ſitim conceperat, oráque nulli
Colluerant fontes. contectam ſtramine vidit
Fortè caſam, paruáſque fores pulſauit. at inde
Prodit anus, Diuámque videt, lymphamq; roganti
Dulce dedit, toſta quòd coxerat antè polenta.
Dumbibit illa datum, duri puer oris, & audax
Conſtitit ante Deam, riſitq;, auidámque vocauit.
Offenſa eſt: neque adhuc epota parte, loquentem
Cùm liquido miſta perfudit Diua polenta.
Combibit os maculas: & quæ modò brachia geſſit,
Crura gerit: cauda eſt mutatis addita membris:
Inq; breuem formam, ne ſit vis magna nocendi
Stellio ex puero. *Contrahitur, paruáque minor menſura lacerta eſt.*
Mirantem, flentemq;, & tangere monſtra pauentẽ
Fugit anum, latebrámque petit, aptúmque colori
Nomen habet varijs ſtellatus corpora guttis.

SAB.

SAB. IN FAB. VII.

INuidus & maledicus puer fingitur à Cerere mutatus in ſtellionem propter naturam animalis, quo nullum inuidet homini fraudulentius. nam cum exuit membranam hybernam, deuorat eam inuidens nobis optimum remedium contra morbum comitialem, vt Plinius tradit. Eſt autem Stellio minor paruo lacerto, hoc eſt, brachio: non minor lacerta. eſt enim tribus ferè lacertis, quas Italia alit, maior. legendum igitur:

Stellio iis in homin:m inuidia.

Contrahitur, paruoq́ minor menſura lacerto eſt.

FABVLA VIII.
De Aſcalapho in Bubonem.

QVas Dea per terras, & quas errauerat vndas,
Dicere longa mora eſt. quærenti defuit orbis.
Sicaniam repetit: dúmque omnia luſtrat eundo,
Venit & ad Cyanen. ea ni mutata fuiſſet,
Omnia narraſſet. ſed & os, & lingua volentì
Dicere non aderant; nec, qua loqueretur, habebat.
Signa tamen manifeſta dedit, notámque parenti
Illo fortè loco dilapſam in gurgite ſacro,
Perſephones zonam ſummis oſtendit in vndis.
Quam ſimul agnouit, tanquã tum denique raptam
Sciſſet, inornatos laniauit Diua capillos,
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Neſcit adhuc vbi ſit, terras tamẽ increpat omneis,
Ingratáſque vocat, nec frugum munere dignas,

Trinacriam ante alias, in qua vestigia damni
Repperit. ergo illic sæua vertentia glebas
Fregit aratra manu, pariliq3 irata colonos
Ruricolæ boues. *Ruricolasq3 boues letho dedit, aruaq3 iussit*
Fallere depositum, vitiataq3 semina fecit.
Fertilitas terræ latum vulgata per orbem
Sparsa iacet: primis segetes moriuntur in herbis:
Et modò Sol nimius, nimius modò corripit imber:
Sydera nunc, ventiq3 nocent: auidæq3 volucres
Semina iacta legunt: lolium, tribuliq3 fatigant
Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.
Tum caput Eléis Alpheïas extulit vndis,
Rorantesq3 comas à fronte remouit ad aures:
Atque ait: ô toto quæsitæ virginis orbe,
Et frugum genitrix, immensos siste labores,
Néue tibi fidæ violenta ira scere terræ.
Terra nihil meruit, patuitq3 inuita rapinæ.
Nec sum pro patria supplex: huc hospita veni.
Pisa mihi patria est, & ab Elide ducimus ortus:
Sicaniam peregrina colo: sed gratior omni
Hæc mihi terra solo est: hos nũc Arethusa penates,
Hanc habeo sedem: quam tu mitissima serua.
Mota loco cursim, tantiq3 per æquoris vndas
Aduehor Ortygiam, veniet narratibus hora
Tempestiua meis, cùm tu curaq3 leuata,
Et vultus melioris eris, mihi peruia tellus
Præbet iter, subterq3 imas ablata cauernas
Hic caput attollo, desuetaq3 sydera cerno.
Ergo dum Stygio sub terris gurgite labor,
Visa tua est oculis illic Proserpina nostris:

Illa

Illa quidem tristis, nec adhuc interrita vultu,
Sed regina tamen, sed opaci maxima mundi,
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas stupuit ceu saxea voces,
Attonitaq; diu similis fuit: vtq; dolore
Pulsa graui, grauis est amentia: curribus auras
Exit in æthereas, ibi toto nubila vultu
Ante Iouem sparsis stetit inuidiosa capillis:* * passis.
Proq; meo veni supplex tibi Iupiter, inquit,
Sanguine, proq; tuo: si nulla est gratia matris,
Nata patrem moueat: neu sit tibi cura precamur
Vilior illius, quòd nostro est edita partu.
En quæsita diu tandem mihi nata reperta est:
Si reperire vocas amittere certius, aut si
Scire vbi sit reperire vocas. quòd rapta, feremus,
Dummodo reddat eam. neq; enim prædone marito,
Filia digna tua est, si iam mea filia non est.
Iupiter excepit: commune est pignus, onusq;
Nata mihi tecum: sed si modo nomina rebus
Addere vera placet, non hoc iniuria factum,
Verùm amor est, neque erit nobis gener ille pudori,
Tu modo Diua velis. vt desint cætera, quantũ est,
Esse Iouis fratrem? quid, quod non cætera desunt,
Nec cedit nisi sorte mihi? sed tantu cupido
Si tibi dissidij est, repetet Proserpina cœlum,
Lege tamen certa, si nullos contigit illic
Ore cibos: nam sic Parcarum fœdere cautum est.
Dixerat. At Cereri certum est educere natam.
Non ita fata sinunt: quoniam ieiunia virgo
Soluerat, & cultis dum simplex errat in hortis,

Puniceum curua decerpſerat arbore pomum,
Sumptáque pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo: ſolúſque ex omnibus illud
Aſcalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne
Inter Auernales haud ignotiſſima Nymphas
Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris:
Vidit; & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Erebi, teſtémque profanum
Fecit auẽ, ſparſumq; caput Phlegethontide lympha
In roſtrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
Aſcalaphus in Bubonem. *Ille ſibi ablatus fuluis amicitur ab alis,*
Inq; caput creſcit, longóſque reflectitur vngues,
Vixq; mouet natas per inertia brachia pennas:
Fœdaq; fit volucris venturi nuntia luctus
Ignauus Bubo, dirum mortalibus omen.

SAB. IN FAB. VIII.

Nihil temerè indicandum. ASCalaphi ſicut & corui exemplo monemur, ne quid temerè indicemus, quo ſubeamus aut odium aut pœnam. Nec ſine cauſa Aſcalaphus importuniſſimus index, fingitur mutatus in Bubonem. eſt enim Bubo index maximè abominatus, qui cùm domibus inſidet, feralis exiſtit. Tales Aſcalaphi ſunt delatores, qui in aulis principum exiſtunt indices, multis exitiales.

FABVLA IX.
De Sirenibus.

HIc tamen indicio pœnam, linguaq; videri
Commeruiſſe poteſt, vobis Acheloides vndæ

Pluma,

Pluma, pedésque auium, cùm virginis ora geratis?
An quia, cùm legeret flores Proserpina vernos,
In comitum numero mistæ Sirenes eratis?
Quam postquàm toto frustra quæsistis in orbe,
Protinus vt vestram sentirent æquora curam,
*Posse super fluctus alarum *insistere remis* * existere.
Optastis, facilésque Deos habuistis, & artus
Vidistis vestros subitis flaueſcere pennis.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantáque dos oris linguæ deperderet vsum,
Virginei vultus, & vox humana remansit.

SAB. IN FAB. IX.

SIrenes fuerunt reginæ insularum, quæ Pæstano & Salernitano sinui adiacent: tenueruntque loca Campaniæ, in quibus Neapolis, Surrentum cum promontorio Mineruæ: vnde & ea loca, Sirenum scopuli nominantur. His regnantibus excitata sunt literarum studia in promontorio Mineruæ, extructo illic Athenæo, hoc est, Gymnasio, à quo promontorium illud, Mineruæ dicitur. Erat enim Athenæum locus Mineruæ dicatus, vbi publicè docebantur artes liberales, quibus præesse illa putabatur: Id verò Gymnasium fuit adeò celebre, vt eloquentiæ & literarum studia, quæ ibi floruerunt, dederint locum fabulæ de suauitate vocis & cantu Sirenum: quòd etiam Homerus declarat, cum illa ipsa Sirenibus attribuit, quæ sunt Musarum: videlicet & peri- Sirenes in monstra.

tiam canendi, hoc est, eloquentiam: & historiarum, ferumque naturalium cognitionem. Sic enim de se gloriantur apud Homerum Sirenes, duodecimo Odisseæ profitentes scientiam omnium, quæ in terra fiunt, geruntur & gignuntur.

Non enim vnquàm aliquis huc præternauigauit
nauenigra
Priusquàm nostram suauem ab ore vocẽ audiret.
Sed hic delectatus abiit, & plura doctus.
Scimus enim tibi omnia quæcunq; in Troia lata
Græci Troianiq; deorum voluntate passi:
Scimus etiã quæcunq; fiunt in terra multipascua.

Ac finguntur Sirenes filiæ Calliopes & Acheloi, propter professores literarum accersitos ex AEtolia & Acarnania quam Achelous celeberrimus Græciæ fluuius separat: perinde vt si quis fingat musas Regiomontanas esse filias Calliopes & Albis propter lectores huc vocatos ex Academia Vitebergẽsi ad Albim sita. At postquàm bonæ artes illic excitatæ sunt, & summa cum admiratione hominum efflоruerunt, posteritas (vt fit) illis abusa est ad iniuriam, contumeliam, & pernitiem Reipub: Adhæc adolescentes, causa studiorum eò missi, fecerunt iacturam patrimonij, scortis addicti: vnde apud exteros Athæneum illud cepit male audire, emanauitque fabula de Sirenibus in monstra mutatis, à quibus accedentes, in naufragium, hoc est, egestatem vel pernitiem attra-

attraherentur. Hanc ob cauſam ipſæ Sirenes nunc accipiuntur pro illecebris voluptatum, quæ antea pro Muſis habebantur: earumque Muſica accipitur pro eloquentia non ad permulcendos, ſed perdendos homines comparata: qualem AEſchinis eloquentiam Demoſthenes eſſe dixit.

Porrò ſicut Vlyſſis ſocij Sirenas præterueĉti ſunt obſtructis auribus, ne blandis & doloſis cantibus illicerentur in naufragium: ita nos decet auerſari & fugere voluptates: nec præbere illis aures, qui dulcedine orationis corruptelaq; deprauant doctrinam religionis.

FABVLA X.
De Arethuſa in fontem.

AT medius fratriſq; ſui, mœſtæq; ſororis
Iupiter ex æquo volucrem diuidit annum.
Nunc Dea regnorum numen commune duorum
Cum matre eſt totidẽ, totidẽ cum coniuge menſes.
Vertitur extemplo facies, & mentis, & oris.
Nam modo quæ poterat Diti quoq; mœſta videri,
Læta Deæ frons eſt: vt Sol qui tectus aquoſis
Nubibus antè fuit, victis è nubibus exit.
Exigit alma Ceres, nata ſecura recepta
*Quæ tibi cauſa *fugæ? cur ſis Arethuſa ſacer fõs?* *viæ.
Conticuere vndæ: quarum Dea ſuſtulit alto
Fonte caput, viridéſq; manu ſiccata capillos, Arethuſa quemadmodum in fontem verſa.
Fluminis Alphéi veteres narrauit amores.
Pars ego Nympharũ, quæ ſunt in Achaïde, dixit,

Vna fuit nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit, nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed quãuis formæ nunquàm mihi forma petita eſt,
Quanuis fortis eram, formoſæ nomen habebam.
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat,
Quáque aliæ gaudere ſolent, ego ruſtica dote
Corporis erubui, crimenque placere putaui.
Laſſa reuertebar, memini, Stymphalide ſylua:
Æſtus erat, magnũq; labor geminauerat æſtum:
Inuenio ſine vortice aquas, ſine murmure euntes,
Perſpicuas ad humum, per quas numerabilis altè
Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares.
Cana ſalicta dabant, nutritaq; populus, vnda
Sponte ſua natas ripis decliuibus vmbras.
Acceſſi, primúmque pedis veſtigia tinxi,
Poplite deinde tenus: neque eo contenta, recingor,
Molliáque impono ſalici velamina curuæ,
Nudáque mergor aquis. quas dum ferioq;, trahoq;
Mille modis labens, excuſſáque brachia iacto,
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur:
Territáque inſiſto propioris margine fontis.
Quò properas Arethuſa? ſuis Alphéus ab vndis,
Quò properas? iterum rauco mihi dixerat ore:
Sicut eram fugio ſine veſtibus: altera veſtes
Ripa meas habuit: tanto magis inſtat, & ardet:
Et quia nuda fui, ſum viſa paratior illi,
Sic ego currebam, ſic me ferus ille premebat,
Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ,
Vt ſolet accipiter trepidas vrgere columbas.
Vſque ſub Orchomenon, Pſophidáque, Cylleném q;,

Mæna

Mænaliosq; ſinus, geluumq; Erymanthon, & Elim
Currere ſuſtinuit: nec me velocior ille:
Sed tolerare diu curſus ego viribus impar
Non poteram: longi patiens erat ille laboris.
Per tamen & campos, & opertos arbore montes,
Saxa quoque, & rupes, &, quà via nulla, cucurri.
Sol erat à tergo: vidi præcedere longam
Ante pedes vmbram, niſi ſi timor illa videbat,
Sed certè ſonitúque pedum terrebar, & ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fugæ, Fer opem, deprendimur, inquam,
Armigeræ Dianæ tuæ, cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus, incluſáque tela pharetra.
*Mota Dea eſt, * ſparſiſq; ferens è nubibus vnam* * ſpiſſiſq;.
Me ſuper iniecit. luſtrat caligine tectam
Amnis, & ignarus circum caua nubila quærit:
Bíſque locum, quo me Dea texerat, inſcius ambit,
Et bis, Iò Arethuſa, Iò Arethuſa, vocauit.
Quid mihi tũc animi miſeræ fuit? anne quod agna
Siqua lupos audit circum ſtabula alta frementes?
Aut lepori, quï vepre latens hoſtilia cernit
Ora canum, nullóſque audet dare corpore motus?
Non tamen abſcedit: neque enim veſtigia cernit
Longius vlla pedum: ſeruat nubémque, locúmque.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus,
Cæruléæque cadunt toto de corpore guttæ.
Quáque pedem moui, manat locus, éque capillis
*Ros cadit, & citius, quàm nunc tibi * fata renarro,* * facta. Arethuſa in fontem.
In latices mutor, ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas, poſitóque viri, quod ſumpſerat, ore.

Vertitur in proprias, vt ſe mihi miſceat, vndas.
Delia rupit humum: cæcis ego merſa cauernis
Aduehor Ortygiam: quæ me cognomine Diuæ
*Grata *meæ ſuperas eduxit prima ſub auras.*

* mihi.

SAB. IN FAB. X.

PRoſerpina quomodò partim apud ſuperos, partim apud Inferos manſerit, vide ſuprà fab. 6.

Quomodo Alpheus amore Arethuſæ longo tractu ſub mari curſum egit.

Opinio eſt Alpheum fluuium, qui in Peloponeſiaco littore abſorbetur, ſub mare penetrare in Siciliam, & ante os Arethuſæ fontis emergere iuxta Syracuſas: cuius rei ſiue coniecturam, ſiue veritatem, Poëtæ vt celebrarent, fabulati ſunt Alpheũ amore ipſius Arethuſæ tàm longo tractu ſub mari curſum agere. eſt enim Arethuſa fons totius Siciliæ celeberrimus & ampliſſimus, ad cuius os ipſe Alpheus quaſi voluptate geſtiens & exultans è fluctibus maris emergit, tanto impetu, vix vt cymbis adiri poſſit. Qui verò opinantur illum ex Helide eò vſque penetrare, hac coniectura ducti ſunt, nempe quòd ſtato tempore, cum Olympia celebrabantur, & victimarum ſordes in amnem proijciebantur, Alpheus in littore Siculo ſolebat fieri turbidus, & Arethuſæ fons redolere fimum. ſed Strabo negat hæc eſſe vera: quamuis Timæo philoſopho, & Senecæ in naturalibus quæſtionibus, omnino vera eſſe videantur.

FAB.

FABVLA XI.
De Lynco in lyncem.

HAc Arethusa tenus, geminos Dea fertilis an Currib. admouit, franiſq; coërcuit ora, (gues
Et medium cœli, terraq;, per aëra vecta eſt:
Atq; leuem currum Tritonida miſit in vrbem
Triptolemo: partimq; rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo, partim poſt tempora longa recultæ.
Iam ſuper Europam ſublimis, & Aſida terram
Vectus erat iuuenis, Scythicaſq; aduertitur oras,
Rex *vbi Lyncus erat. Regis ſubit ille penates.
Quà veniat, cauſamq; viæ, nomenq; rogatus,
Et patriam, Patria eſt claræ mihi, dixit, Athenæ,
Triptolemus nomen: veni nec puppe per vndas,
Nec pede per terras: patuit mihi peruius æther.
Dona fero Cereris, latos quæ ſparſa per agros
Frugiferas meſſes, alimentaq; mitia reddant.
Barbarus inuidit: tantiq; vt muneris autor
Ipſe ſit, hoſpitio recipit, ſomnoq; grauatum
Aggreditur ferro. conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit: rurſuſq; per aëra iuſſit
Mopſopium iuuenem ſacros agitare ingales.
Finierat doctos è nobis maxima cantus.
At Nymphæ viciſſe Deas Helicona colentes
Concordi dixere ſono. conuitia victæ
Cùm facerent, Quoniam, dixi, certamine vobis
Supplicium meruiſſe parum eſt, maledictaq; culpæ
Additis, & non eſt patientia libera nobis,
Ibimus in pœnas, & quà vocat ira, ſequemur.
Rident *Paonides, ſpernuntq; minantia verba,

Ceres fertilitatis Dea.

*ibi.

Triptolemus agriculturam docuit iuſſu Cereris. Periphraſis frumenti.

Lyncus Scythiæ rex in lyncem ferã.

*Anipides.

Conatæq; loqui, & magno clamore proteruas
Intentare manus, pennas exire per vngues
Pierides in picas. *Aspexere suos, operiri brachia plumis,*
Alteráque alterius rigido concrescere rostro
Ora vident, volucrésque nouas accedere syluis.
Plangere dumq; volunt, per brachia mota leuatæ,
Aere pendebant nemorum conuitia picæ.
Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit,
Raucáq; garrulitas, studiumq; immane loquendi.

SAB. IN FAB. XI.

TRiptolemus fertur primus apud Eleusina instituisse sationem frumenti, id quia fuit è Sicilia allatum, ideò à Cerere illi missum fingitur. Ex Eleusine deinde ad finitimas gentes satio frumenti propagata est.

Scythia Triptolemo cur sit ingrata. Scythica autem Regio sterilis est, & frugibus minimè idonea: ea de causa erga Triptolemum agriculturæ inuentorem extitisse perhibetur omnium ingratissima.

Triptolemi doctrinæ. Erasmus Roterodamus vocat Triptolemos doctrinæ, theologos qui spargunt noua dogmata. Sed hi omnino sunt digni, quibus ea referatur gratia, quam Scythicus ille Lynceus erat relaturus Triptolemo, Celei, & Menalittæ filio.

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER VI.

FABVLA I.
De certamine Palladis & Arachnes.



Rabuerat dictis Tritonia talibus aures,
Carminaq́; Aonidum, iustámque probauerat iram.
Tum secum, Laudare parum est, laudemur & ipsæ:
Numina nec sperni sine pœna nostra sinamus.
Mæoniaq́; animum fatis intendit Arachnes,
Quam sibi lanificæ non cedere laudibus artis
Audierat. non illa loco, neque origine gentis
Clara, sed arte fuit. pater huic Colophonius Idmõ, Arachnes genus & patria.
Phocaïco bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater: sed & hæc de plebe, suoq́;
*Æqua viro fuerat, *Lydas tamen illa per vrbes* *Lydias, vel potius Lycadas.
Quæ sierat studio nomẽ memorabile: quamuis
Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.
Huius vt aspicerent opus admirabile: sæpe
Deseruere sui Nymphæ vineta Timoli,

Epiphonema.

Deseruere suas Nymphæ Pactolides undas.
Nec factas solùm vestes spectare iuuabat:
Tunc quoq;, cùm fierent, tantus decor affuit arti.
Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes,
Seu digitis subigebat opus, repetitaq́; longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu;
Siue leui teretem versabat pollice fusum,
Seu pingebat acu, scires a Pallade doctam.

Arachnes cum Pallade certamen.

Quod tamen ipsa negat: tantaq́; offensa magistra,
Certet, ait, mecum: nihil est, quod victa recusem.

Pallas in anũ.

Pallas anum simulat, falsosq́; in tempora canos

Senectutis periphrasis.

Addit, & infirmos baculo quoque sustinet artus.
Tunc sic orsa loqui: Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet: seris venit vsus ab annis.
Consilium ne sperne meum: tibi fama petatur
*Inter mortales faciendæ maxima *telæ.*

*lanæ.

Cede Deæ, veniamq́; tuis temeraria dictis
Supplice voce roga: veniam dabit illa roganti.
Aspicit hanc toruis, inceptaq́; fila relinquit:
Vixq́; manus retinens, confessaq́; vultibus iram,

Anus in forma latentem.

Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis:
Mentis inops, longáq; venis confecta senecta,
Et nimium vixisse diu nocet. audiat istas,
Si qua tibi nurus est, siqua est tibi filia, voces.
Consilij satis est in me mihi: néue monendo
Profecisse putes, eadem est sententia nobis.
Cur non ipsa venit? cur hæc certamina vitat?
Tum Dea, Venit, ait, formamq̃ remouit anilem,
Palladaq́; exhibuit. venerãtur numina Nymphæ,
Mygdonidesq́; nurus: sola est interrita virgo.

Sed

Sed tamen erubuit, ſubituſq; inuita notauit Hypallage.
Ora robur, rurſuſq; euanuit: vt ſolet aër
Purpureus fieri, cùm primùm Aurora mouetur,
*Et breue poſt tempus *candeſcere Solis ab ortu.* *Candeſcit.
Perſtat in incepto; ſtolidaq; cupidine palmæ
In ſua fata ruit. neque enim Ioue nata recuſat,
Nec monet vlterius; nec iam certamina differt.
Haud mora, conſiſtunt diuerſis partibus ambæ, Certamen Palladis & Arachnes.
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela iugo iuncta eſt: ſtamen ſecernit arundo.
Inſeritur medium radijs ſubtegmen acutis:
Quod digiti expediunt, atq; inter ſtamina ductum
*Percuſſo feriunt *inſecti pectine dentes.* *inſerti.
Vtraque feſtinat, cinctaq; ad pectora veſtes,
Brachia docta mouent, ſtudio fallente laborem.
Illic & Tyrium, quæ purpura ſenſit ahenum,
Texitur. & tenues parui diſcriminis vmbræ.
Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cœlum:
In quo diuerſi niteant cùm mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.
Vſque adeò quod tāgit idē eſt; tamen vltima diſtāt.
Illic & lentum filis immittitur aurum, Acclamatio.
Et vetus in tela deducitur argumentum.

SAB. IN FAB. I.

ARtificium texendi inprimis admirabile & ingenioſum eſt: ideo non ſine cauſa ſapientiſſimæ deæ Palladi aſcribitur. Et haud dubie inuentum eſt, occaſione à textis aranearum ſumpta, nam omnia quæ ab artifi- Artificium texendi inprimis admirabile & ingenioſum.

cibus texendi fiunt, ab ipsis quoque araneis fieri videmus. subtegmina annectunt: stamina tereti & æquabili filo deducunt: certisque interuallis indissolubili nodo implicant. Hinc Poëtæ finxerunt, inter Palladem & Arachnen, hoc est, inter humanam industriam, & araneam ipsam, fuisse certamen de laude illius artificij: & Arachnen, quanquàm texendi arte præstantem, tamen à Pallade superatam esse. maior est enim industria hominis, quàm araneæ, in texendo: id quod varia hominum opera in in hoc genere declarant.

Maior est industria hominis quàm araneæ, intexendo.

Fabula continet duos locos communes, quorum alter docet, non contemnenda esse senum consilia: cum ait.

Non contemnenda senum consilia.

Non omnia grandior, &c.

Estque sumptus hic locus ex Euripide, apud quem in Phœnissis Iocasta anus Eteoclem adolescentem alloquitur his verbis:

O fili, non omnia adsunt mala senectæ, sed vsus & experientia
Disputat de rebus, quàm inuenis, prudentius.

Alter verò locus docet, ne excellentes artifices ingenij dotibus sese efferant insolentius: neue contendant aduersus Deum cum ait.

Tibi fama petatur, &c.
-Nam vt inquit Homerus,
Difficile enim quiddam est, Deus vt à mortali viro subigatur.

Non inuenustè transferri etiam potest allegoria

legoria fabulæ ad Sophiſtarum argutias: nimirum ideò inuiſam eſſe Palladi araneam, quòd Sophiſtarum argutiæ ſapientibus odioſæ ſint. Nam Antonius Pius dicere ſolebat, Sophiſticas argutias ſimiles eſſe aranearum telis, vt quæ haberent plurimum artificij, ſed minimum vtilitatis.

Sophiſticæ argutiæ ſimiles aranearũ telis.

FABVLA II.
De tela Mineruæ.

CEcropio Pallas ſcopulum Mauortis in arce
Pingit, & antiquam de terræ nomine litem.
Bis ſex cœleſtes, medio Ioue, ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent. ſua quemque Deorum
Inſcribit facies. Iouis eſt regalis imago,
Stare Deum pelagi, longóque ferire tridente
Aſpera ſaxa facit, medióque è vulnere ſaxi
*Exiluiſſe *fretum, quo pignore vindicet vrbem.*
At ſibi dat clypeum, dat acutæ cuſpidis haſtam,
Dat galeam capiti: defenditur ægide pectus:
Percuſſámque ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ:
Mirarique Deos: operis victoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis,
Quod pretium ſperet pro tam furialibus auſis,
Quattuor in partes certamina quattuor addit
Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis.
Threïciã Rhodopẽ habet angulus vnus, & Æmũ,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam,
Nomina ſummarum ſibi qui tribuere Deorum.

* ferum.

Pygmææ in Gruem mutatio.

Altera Pygmææ fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc Iuno iuſſit certamine victam
Eſſe gruem, populiſq; ſuis indicere bellum.
Pinxit & Antigonem auſam contendere quondã
Cum magni conſorte Iouis: quam regia Iuno
In volucrem vertit: nec profuit Ilion illi,
Laomedonue pater, ſumptis quin candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
Qui ſupereſt ſolus Cynarã habet angulus orbem:*
Iſq; gradus templi natarum membra ſuarum
Amplectens, ſaxóque iacens lacrymare videtur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus eſt: operiſq; ſua facit arbore finem:

Antigone in ciconiam.

* Cinyram.

Pacem ſignificantibus.

SAB. IN FAB. IIII.

Certamen inter Neptunum & Mineruam de appellatione Athenarum.

EX Strabone conſtat, vrbem Athenienſium nuncupatam fuiſſe initio Poſidonium, à Poſidone ſiue Neptuno: poſtea Athenas, ab Athena ſiue Minerua. Ex hac nominis mutatione nata eſt hæc fabula, de certamine, quod inter illos extitit, propter appellationem vrbis. Continet autem fabula commendationem pacis & publicæ tranquillitatis, quæ per oleam Mineruæ intelligitur: ſicut & rerum perturbatio per Neptuni aquas. nihil eſt enim oleo tranquillius: contrà nihil mari aſperius ac turbulentius. Extat allegoria eius fabulæ in quadam præfatione clariſſimi viri Domini Philippi Melanchthonis, quæ his verbis explicatur. Athenienſes ingenioſi homines

Cedant arma togæ.

mines finxerunt Neptunum & Palladem inter se certasse, ab vtro numine ciuitas appellaretur: cumque Deorum iudicio Pallas omnibus calculis vicisset, vrbem ab ea nominatam esse. Qua fabula significarunt, ciuitatem non imperij laude, quod classibus parauerat, & opum magnitudine præstantiorem esse, quàm ciuilibus artibus. Illud autẽ in primis sapienter excogitatum est, quod eius iudicij Deos autores fecerunt, vt cum plerique homines summam esse imperij gloriam existiment, admonerent Deorum iudicio longè maius esse decus ciuitatum, leges, iudicia, honestam disciplinam & similes pacis artes.

Nunc gelidos montes, &c.

Quo breuius ab autore explicantur hæ fabulæ, eò sunt obscuriores: ex libello tamen de piscibus qui vulgò ascribitur Plutarcho, constat Hæmum sibi assumpsisse nomen Iouis, ac suam sororem Rhodopen à se turpiter amatam nominasse Iunonem. Quod si Poëta non loqueretur de duobus simul in montes conuersis, arbitrarer hic intelligi Rhodopen illam meretricem, quam Charaxus frater Saphus amauit, ea enim teste Herodoto, fuit Threitia: nec absurdè fingeretur in rupem seu montem transformata propter Pyramidem, quæ ei post obitum, vt testatur Strabo, ab amatoribus erecta est in AEgypto. Rhodope meretrix.

Altera Pygmæa fatum miserabile, &c.

Videtur hæc, quæcumque fuit, pusilla & fastuosa fuisse: tales enim plerumq; sunt superbiores cæteris, præsertim fœminæ: ac propter breuitatem corporis fuisse dicta Pygmæorum mater. Pigmæi. Sunt enim Pygmæi, quos Græci à cubito sic vocant, adeo breues vt ternos dotrantes non excedant. nec fabulosum videri debet homines nasci tam pusillos. vidit Italia nuper virum iusta ætate, non maiorem cubito, circumferri in cauea Psytaci: cuius viri meminit in suis scriptis Hieronimus Cardanus. figmentum vero de transformatione Pigmeæ matris in gruem, arbitror referendam ad insigne illius cui fuit in matrimonium collocata. Infestantur & Pygmæi à gruibus, de quibus Iuuenalis hæc scribit. Infestantur Pigmæi a gruibus.

Ad subitas Thracum volucres nubemq; sonorã
Pygmæus paruis currit bellator in armis:
Mox impar hosti captusq; per aëra curuis
Vnguibus à sæua fertur grue.

Huc igitur alludit Ouidius, cum inquit

-hanc Iuno fictam certamine iussit
Esse gruem:
Pinxit & Antigonem, &c.

Simili ratione videtur Antigone fingi mutata in Ciconiam qua Pygmæa in gruem: nempe propter insigne sui coniugis. Estque conueniens metamorphosis superbę & arrogãtis fęminę in Ciconiã. hęc enim auis cum ab omni

omni Musica sit aliena, tamen ita superbit, ita placet sibi illo crepitu, quem rostro edit, vt applaudat alis. Versiculus hic quadrat in hominem de se arrogantius sentientem:

FABVLA XX. PICTAE IN TELA ARACHNES.

De Deorum adulterijs & transformationibus.

MÆonis elusam designat imagine tauri — Arachnes tela.
Europã verum taurum, freta vera putares.
Ipsa videbatur terras spectare relictas,
Et comites clamare suas, tactúmque vereri — Iouis adulteria.
*Assilientis aquæ, timidasque *recondere plantas.* *retundere.
Fecit & Asterien aquila luctante teneri.
Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.
Addidit, vt Satyri cælatus imagine pulchram
*Iupiter implerit gemino *Nyctеida fœtu:* *Antiopam.
*Amphitryon fuerit, cùm te *Tirynthia cepit:* *Alcmænam.
*Aureus vt Danaën, *Asopida luserit ignis,* *AEginam.
*Mnemosynem pastor, variúsque *Deoida serpens.* *Deolida.
Te quoque mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in Æolia posuit. tu visus Enipeus
Gignis Aloïdas: aries Bisaltida fallis.
Et te flaua comas frugum mitissima mater — Periphrasis Cereris.
Sensit equum: te sensit equum crinita colubris — Medusa Pegasi mater.
Mater equi volucris: sensit delphina Melantho.
Omnibus his faciemq; suam, faciemq; locorum — Apollinis adulteria & transformationes.
Reddidit: est illic agrestis imagine Phœbus:
Vtq; modò accipitris pennas, modò terga leonis
Gesserit, vt pastor Macareida luserit Issen.

Liber vt Erigonem falsa deceperit vua.
Vt Saturnus equo geminum Chirona crearit.
Vltima pars telæ tenui circundata limbo
Nexilibus flores hederis habet intertextos.

SAB. IN FAB. XX.

SVpra expositæ sunt aliquot in his fabulæ, vt de Europa à tauro decepta & de aureo imbre, quo Iupiter Danaën eluſit. Cæteræ, quas Arachne intexit, videntur partim referendæ ad hiſtoriam, vt de Ioue in Amphitryonem & Satyrum : non eſt enim inuſitatum, ſcortatores & adulteros mutato habitu ingredi abſentium maritorum ædes : nec raro accidit vt magni domini ſumant perſonam Satyri, hoc eſt, ruſtici alicuius, ne agnoſcantur in adulterio deprenſi: partim videntur referendæ ad ingnia principum, à quibus ſtupra puellis illata ſunt, nam Aquilæ, Olores, Equi, Leones, Iuuenci, arietes & ſimilia animalia, ſunt gentilicia principum & nobilium inſignia, ſicut omnibus notũ eſt: partim etiam ad phiſiologiam pertinent. vt fabula de Ioue:

Scortatores & adulterij alienas perſonas induũt.

Inſignia principum.

Aureus vt Danaën, &c.

Nam videtur his ſubeſſe aliqua ratio Phyſica: ac Iupiter in Ignem, paſtorem, & ſerpentem, fortè ſignificat vim illam ſuperiorum elementorum in hæc inferiora agentem, qua omnia procreantur. Sed hęc obſcuriora tranſeamus, in quibus explicandis non oportet nos

nos nimium esse superstitiosos: quia vt inquit Martialis:

Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.

Mnemosyne fingitur mater Musarũ: quia memoria peperit artes. ad hanc fabulam pertinent veteres illi versiculi:

Sophiam vocant me Graij, vos sapientiam,
Vsus me genuit, mater peperit memoria.

FABVLA II.
De Arachne in Aranеam.

NOn illud Pallas, non illud carpere liuor
Possit opus. doluit successu flaua virago, Pallas formosa.
Et rupit pictas, cœlestia crimina, vestes.
Vtq; Cytoriaco radium de monte tenebat,
Ter, quater, Idmoniæ frontem percussit Arachnes. Arachne in aranеam.
Non tulit infelix, laqueoq; animosa ligauit
Guttura: pendentem Pallas miserata leuauit:
Atq; ita, Viue quidem, põde tamen improba, dixit:
Lexq; eadem pœnæ, ne sis secura futuri,
Dicta tuo generi, seriscq; nepotibus esto.
Posteà discedens succis Hecateïdos herbæ* Aconiti quod Hecate.s. Persæ mater Medeæ primùm inuenit.
Sparsit: & ex templo tristi medicamine tactæ
Defluxere comæ, cumq; his & naris, & aures:
Fitq; caput minimum, toto quoq; corpore parua est.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent:
Cætera venter habet: de quo tamen illa remittit
Stamen, & antiquas exercet aranea telas.

FABVLA III.
De Niobe in marmor.

Amphion Niobes maritus, Thebarũ rex.

Lydia tota fremit, Phrygiæq; per oppida facti
Rumor it, & magnũ sermonibus occupat orbẽ.
Ante suos Niobe thalamos cognouerat illam,
Tum, cum Mæoniam virgo, Sipylúmque colebat:
Nec tamẽ admonita est pœna popularis Arachnes
Cedere cœlitibus, verbisque minoribus vti.
Multa dabant animos: sed enim nec cõiugis arces,
Nec genus amborum, magníque potentia regni,
Sic placuere illi (quamuis ea cuncta placerent)
Vt sua progenies: & felicissima matrum
Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.

Manto vates à quo Mãtua nomen accepit.

Nam sata Tiresia venturi præscia Manto
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata vias, Ismenides ite frequentes,
Et date Latonæ, Latonigeniq; duobus
Cum prece thura pia, lauroq; innectite crinem:
Ore meo Latona iubet. paretur, & omnes
Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant,
Thuraq; dant sanctis, & verba precantia flammis.
Ecce venit comitum Niobe celeberrimà turba,
Vestibus intexto Phrygijs spectabilis auro,
Et, quantum ira sinit, formosa, mouénsque decoro
Cum capite, immissos humerũ per vtrũq; capillos.

Hypallage.

Constitit: vtque oculos circumtulit alta superbos,

Oratio Niobes pathetica.

Quis furor auditos, inquit, præponere visis
Cœlestes? aut cur colitur Latona per aras,
Numen adhuc sine thure meũ est? mihi Tantalus
Cui licuit soli superorum tangere mensas. (autor,
Pleïadum

Pleïadum ſoror eſt genitrix mea; maximus Atlas
Eſt auus, æthereum qui fert ceruicibus axem.
Iupiter alter auus: ſocero quoque glorior illo.
Me gentes metuunt Phrygiæ, me regia Cadmi
Sub domina eſt: fidibuſq; mei commiſſa mariti
Mœnia, cum populis, à méque, viróque reguntur.
In quamcúnque domus aduerti lumina partem,
Immenſæ ſpectantur opes. accedit eôdem
Digna Dea facies. huc natas adiice ſeptem,
Et totidem iuuenes, & mox generoſ q, nuruſq;.
Quærite nũc, habeat quã noſtra ſuperbia cauſam.
Quoq; modò audetis genitam Titanida Cæo Antitheton.
Latonam præferre mihi; cui maxima quondam Latona locũ, vbi pareret, in tota terra nuſquam inuenit.
Exiguam ſedem paritura terra negauit? (eſt.
Nec cœlo, nec humo, nec aquis dea veſtra recepta
Exul erat mundo, donec miſerata vagantem,
Hoſpita tu terris erras, ego, dixit, in vndis,
Inſtabilemq; locum Delos dedit. illa duorum
Facta parens: vteri pars hæc eſt ſeptima noſtri.
Sum felix. quis enim neget hoc? felix q, manebo.
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.
Maior ſum, quàm cui poſſit fortuna nocere:
Multaq, vt eripiat, multò mihi plura relinquet.
Exceſſere metum mea iam bona; fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum:
Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorum.
Ite ſatis properè ſacris, laurumq, capillis* *ſacris procul à ſa. Vt Virg. 3. AEn. Auri ſacra fames.
Ponite: deponunt, & ſacra infecta relinquunt:
Quodq, licet, tacito venerantur murmure numen
Latonæ. turba quantum diſtabat ab orba,

Tantùm animosa sui furijs agitata doloris.
Indignata Dea est, summoq; in vertice Cynthi,
Talibus est dictis gemina cum prole locuta.
Latonæ oratio. *En ego vestra parens, vobis animosa creatis,*
Et, nisi Iunoni, nulli cessura Dearum,
* dubito. *An Dea sim * dubitor, perq; omnia sæcula cultis*
Arceor, ô nati, nisi vos succurritis, aris.
* primus. *Nec dolor hic * solus: dîro conuitia facto*
Tantalus adiecit, vosq; est postponere natis
* recidat legit Rapha. *Ausa suis, & me (quod in ipsam * decidat) orbam*
Amplificatio criminis. *Dixit, & exhibuit linguam scelerata paternam.*
Adiectura preces erat his Latona relatis:
Desine, Phœbus ait, pœnæ mora longa querela est.
Dixit idem Phœbe: celeriq; per aëra lapsu
Contigerant tecti Cadmeïda nubibus arcem.
Planus erat, lateq; patens prope mœnia campus,
Assiduis pulsatus equis, vbi turba rotarum,
Duraq; mollierat subiectas vngula glebas.
Topographia. *Pars ibi de septem genitis Amphione fortes*
Conscendunt in equos, Tyrioq; rubentia succo
* auro grauidis. *Terga premũt. * auroq; graueis moderãtur habe-*
E quibus Ismenos, qui matri sarcina quondã (nas.
Prima suæ fuerat, dum certum flectit in orbem
Quadrupedis cursus, spumantiaq; ora coërcet,
* fixus. *Hei mihi conclamat, medioq; in pectore * fixa*
Tela gerit, frænisq; manu morientem remissis
In latus à dextro paulatim defluit armo.
Proximus audito sonitu per inane pharetræ
Fræna dabat Sipylus: veluti cùm præscius imbres
Nube fugit visa, pendentiaq; vndiq; rector

Carbsa

Carbasa deducit, nequa leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non euitabile telum
Consequitur, summaq; tremens ceruice sagitta
Hæsit, & extabat nudum de gutture ferrum.* * pectore.
Ille, vt erat pronus, per crura admissa, iubasq;
Voluitur, & calido tellurem sanguine fœdat.
**Phædimus infelix, & auiti nominis hæres* *Echinus.
Tantalus, vt solito finem imposuere labori,
Transierant ad opus nitidæ iuuenile palæstræ:
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
*Pectora pectoribus, * cùm tento concita neruo,* * contento.
Sicut erant iuncti, traiecit vtrunque sagitta. Mora animæ à corpore inuito abeuntis hoc significatur ſpondæo.
Ingemuere simul: simul incuruata dolore
Membra solo posuere: simul suprema iacentes
Lumina verſarunt: animam simul exhalarunt.
Aspicit Alphenor, laniataq; pectora plangens
Euolat, vt gelidos complexibus alleuet artus:
Inq; pio cadit officio. nam Delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Quod simul eductũ est, pars est pulmonis in hamis Sanguis animæ ſedes.
Eruta, cumq; anima cruor est effusus in auras. Filij Niobes ab Apolline transfixi.
At non intonsum simplex Damasictona vulnus
Afficit. ictus erat, quà crus esse incipit, & quà
Mollia neruosus facit internodia poples.
Dumq; manu tentat trahere exitiable telum,
Altera per iugulum pennis tenus acta sagitta est.
*Expulit hanc sanguis * seq; eiaculatus in altum.* * qui ſe.
Emicat, & longè terebrata prosilit aura.
Vltimus Ilioneus non profectura precando
Brachia sustulerat, Dijq;, ô, communiter omnes,

Dixerat, ignarus non omnes esse rogandos,
Parcite. motus erat, cùm iam reuocabile telum
Non fuit, Arcitenens. minimo tamen occidit ille
Vulnere, non altè percusso corde sagitta.
Fama mali, populiq; dolor, lachrymaq; suorum
Tam subitæ matrem certam fecere ruinæ,
Mirantem potuisse, irascentemq; quòd ausi
Hoc essent superi, quòd tantum iuris haberent.
Amphion in se manus vertit. *Nam pater Amphion ferro per pectus adacto*
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Commiseratio. *Heu quantum hæc Niobe, Niobe distabat ab illa,*
Quæ modò Latoïs populum summouerat aris,
Et mediam tulerat gressus resupina per vrbem
Inuidiosa suis, at nunc miseranda vel hosti.
Corporibus gelidis incumbit, & ordine nullo
Oscula dispensat natos suprema per omnes.
A quibus ad cœlum liuentia brachia tollens,
Anaphora. *Pascere crudelis nostro Latona dolore,*
Pascere, ait, satiaq; meo tua pectora luctu:
Corq; ferum satia, dixit: per funera septem
Efferor: exulta, victrixq; inimica triumpha.
Antitheton. *Cur autem victrix? miseræ mihi plura supersunt,*
Quàm tibi felici: post tot quoque funera vinco.
Dixerat: & sonuit contento neruus ab arcu,
Qui præter Nioben vnam, conterruit omnes:
*malo. *Illa* modo est audax, stabant cum vestibus atris*
Ante toros fratrum demisso crine sorores.
E quibus vna trahens hærentia viscere tela,
Imposito fratri moribunda relanguit ore:
Altera solari miseram conata parentem,

Conticuit

*Conticuit ſubitò, duplicatáq; vulnere *cæco eſt:* * tota eſt.
*Oraq; compreſſit, * niſi poſtquam ſpiritus ibat.* * ſibi.
Hæc fruſtra fugiens collabitur: illa ſorori
Immoritur: latet hæc: illam trepidare videres.
Sexq; datis letho, diuerſaq; vulnera paſſis,
Vltima reſtabat, quam toto corpore mater,
Tota veſte tegens, Vnam, minimamq; relinque;
De multis minimam poſco, clamauit, & vnam:
Dumq; rogat, pro qua rogat, occidit, orba reſedit
Exanimes inter natos, nataſq; virumq;,
Diriguit q; malis. nullos mouet aura capillos: Niobe in marmor.
In vultu color eſt ſine ſanguine: lumina mœſtis
Stant immota genis: nihil eſt in imagine viuum.
Ipſa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, & venæ deſiſtunt poſſe moueri:
Nec flecti ceruix, nec brachia reddere geſtus,
Nec pes ire poteſt, intra quoque viſcera ſaxum eſt.
Flet tamen, & validi circundata turbine venti Niobe vẽtorum turbine in patriam rapitur.
In patriam rapta eſt: vbi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymis etiã nunc marmora manãt.

SAB. IN FAB. III.

MEmorabile exẽplum faſtus & ſuperbiæ: Niobe filia Tantali, vxor Amphionis, cum filios habeat ſex, totidem filias, ijs fortunæ bonis inſolens, arrogat ſibi honores diuinos: contemnitque Latonam, quæ non niſi duorũ mater ſit, Apollinis ac Dianæ. Ob hanc verò inſolẽtiam maximis & acerbiſſimis malis punitur. Nam Deus qui reſiſtit elatis, totam Grauiſſimè Deus animaduertit in faſtum & ſuperbiam.

ipsius familiam euertit : liberi subita morte intereunt : coniux mortem sibi consciscit, ipsa præ dolore in saxum conuertitur. Hoc illustri exemplo admonemur, vt in omni fortuna meminerimus nos esse homines, neque ita diuitijs, honoribus ac potentia inflemur, vt securi premamus alios. sumus enim reuera nihil aliud vt inquit Sophocles, nisi simulacra & vmbræ quædam, quibus consideratis nemo fastuosum verbum emittat. ausitque sic dicere: Maior sum quàm cui possit fortuna nocere.

In narratione huius fabulæ obseruandi sunt tres loci, quorum primus docet, iram Dei placandam esse precibus, non augendam maledictis. Secundus, impios fieri obstinatiores cum affliguntur. Tertius, non exaudiri illorum preces, qui & obstinatione quadam Deo aduersantur.

Sagittę Apollinis pro celeri morte.

Sagittæ Apollinis & Dianæ, quibus liberi Niobes interficiuntur, celerem mortem significant. Omnes enim morbo pestilentiali interierunt, vt Ioannes Tzetza scribit.

Vno die omnes liberi peste interierunt.
Eos verò Apollinem & Dianã dixerunt occidisse.
Hæc etenim Soli atque Lunæ attribuuntur,
Quia ex calido & frigido pestifera generantur.

Per saxum, in quod Niobe mutata, intelligitur vel immodicus dolor, quo ipsa diriguit: vel lapidea statua, quã orba liberis sibi erexit. nam Palephatus refert statuam marmoream

ab

ab illa erectam fuisse ad monumẽtum defunctorum liberorum. Pausanias verò & Scholastes Homeri tradunt conspici in Sypilo Phrygiæ saxum præ se ferens lugentis formam, & emanare inde fontem aquarum instar humanarum lachrymarum: idque saxum dedisse occasionem fabulæ: quod etiam non est absonũ fidei. Constat enim similem esse fontem in Samnitibus, humanas lacrymas representantem: quẽ celebrauit Poëta Petrus Grauinael, elegantissimis his versibus:

Saxũ & fons lugentis formam præ se ferens.

Vbertim lachrymas stillat de rupe cadentes
Fonticulus vitreis conspiciendus aquis,
Quem bibit in petris Samnitibus incola vallis
Tapinæ, & sedat blandula lympha sitim.
Tres olim hic, fama est, viduæ fleuere puellæ
Hæc patrem, hæc natum, tristior illa virum:
Qui cum Romanis ducibus tunc fortibus armis
Congressi pulchra morte obiere diem:
O fons nate pijs lachrymis & fletibus aucte,
Testis & antiquæ fons pietatis amor.

FABVLA IIII.
De rusticis in Ranas.

Latona quæ gemellos peperit.

TVnc verò cuncti manifestam numinis iram
Fœmina, virq; timẽt: cultuq; impẽsius omnes
Magna gemellipara venerantur numina Diua,
Vtq; fit, a facto propiore priora renarrant.
E quibus vnus ait, Lyciæ quoque fertilis agris
Non impune Deam veteres spreuere coloni.

Res obſcura quidem eſt ignobilitate virorum,
*lacumque. *Mira tamen. vidi præſens ſtagnumq́, *locumq́*
Prodigio notum. nam me iam grandior æuo
Impatienſq́ viæ genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues, gentiſq́ illius eunti
Ipſe ducem dederat: cum quo dum paſcua luſtro,
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
Ara vetus ſtabat tremulis circundata cannis.
*pauido. *Reſtitit, & *paruo, faueas mihi, murmure dixit*
Dux meus: & ſimili, faueas mihi, murmure dixi.
Naiadum, Fauníue foret tamen ara rogabam,
Indigenæue Dei: cùm talia rettulit hoſpes:
Non hoc ô iuuenis montanum numen in ara eſt.
Iuno Iouis coniux. *Illa ſuam vocat hanc. cui quondam regia coniux*
*quamuis. *Orbe interdixit: *quam vix erratica Delos*
*Orantem. Plin. lib. 17. cap. 44. *Errantem accepit, tunc cùm leuis inſula nabat.*
Illic incumbens cùm Palladis arbore palmæ,
Edidit inuita geminos Latona nouerca.
Hinc quoque Iunonem fugiſſe puerpera fertur,
Chimæra mons Liciæ. *Inq́ ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.*
Iamq́ Chimæriferæ, cùm Sol grauis vreret arua,
Finibus in Lyciæ longo Dea feſſa labore
*cõcepit ab. *Sidereo ſiccata ſitim *collegerat æſtu,*
Vberaq́ ebiberant auidi lactantia nati.
Fortè lacum mediocris aquæ proſpexit in imis
Vallibus: agreſtes illic fruticoſa legebant
Hypotipoſis aquam haurire volentis. *Vimina cùm iuncis, gratamq́ paludibus vluam,*
Acceſſit, poſitoq́ genu Titania terram
Preſſit, vt hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba vetat. Dea ſic affata vetantes:

Quid

Quid prohibetis aquas? vsus cõmunis aquarũ est. Iure gentium aquæ sunt omnibus communes.
Nec Solem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues vndas: ad publica munera veni.
Quæ tamen, vt detis, supplex peto. non ego nostros
Abluere hîc artus, lassataq; mẽbra parabam:
Sed releuare sitim, caret os humore loquentis,
Et fauces arent, vixq; est via vocis in illis.
Haustus aquæ mihi nectar erit, vitamq; fatebor
Accepisse, simul vitam dederîtis in vndis.
Hi quoque vos moueant, qui nostro brachia tendũt
Parua sinu; & casu tendebant brachia nati.
Quem non blanda Deæ potuissent verba mouere?
Hi tamen orantem perstant prohibere, minasq;
Ni procul abscedat, conuitiaq; insuper addunt.
Nec satis est: ipsos etiam pedibusq; manuq;
Turbauere lacus, imoq; è gurgite mollem Hypallage.
Huc, illuc limum saltu mouere maligno.
**Distulit ira sitim, neque enim iam filia Cai* *Sustulit.
Supplicat indignis, nec dicere sustinet vltrà
Verba minora Deæ: tollensq; ad sydera palmas,
Æternum stagno, dixit, viuatis in isto. Lycij rustici in ranas.
Eueniunt optata Deæ: iuuat esse sub vndis,
Et modo tota caua summergere membra palude,
Nunc proferre caput, summo modo gurgite nare, Ranarum natura, & corpus.
Sæpe super ripam stagni consistere, sæpe
In gelidos resilire lacus, sed nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas, pulsoq; pudore
Quãuis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentãt.
Vox quoq; iam rauca est, inflataq; colla tumescũt:
Ipsaq; dilatant patulos conuitia rictus.

Nam collo carent.

Terga caput tangunt: colla intercepta videntur:
Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet:
Limosoq́; nouæ saliunt in gurgite ranæ.

SAB. IN FAB. IIII.

Rustici ferè sunt inhumani & insolentes.

DEpinguntur hîc ingenia & mores rusticorũ, qui in multis regionibus, vt in Anglia & Vasconia, adeò improbi sunt & malicioſi, vt nemini vllum humanitatis officium præstent, ne ipsi quidem Deo, si aduenerit. Ea est autem natura rusticorum, vt quò magis rogentur, eò insolentius & cõtumacius se gerant: Seruat ĩgitur decorum Poëta, in eò quòd fingit Lycios nulla obtestatione flecti, cosq́ue conuerti in ranas. Vt enim ranæ in paludibus & limo, ita rustici in tabernis, humore, saltu, altercatione, & vociferatione gaudent: ac sibi videntur perire siti, nisi ipsis quasi dolijs habitent.

Rustici cur dicantur in ranas mutari.

FABVLA V.

De Satyrorũ, Nympharum, rusticorumq́; lacrymis in flumen.

SIc vbi nescio quis Lycia de gente virorum
Rettulit exitium Satyri reminiscitur alter,
Quem tibia. *Tritoniaca Latous arundine victum*
Affecit pœna, Quid me mihi detrahis? inquit,
Ah piget, ah non est, clamabat, tibia tanti.
Clamanti cutis est summos direptà per artus.
Nec quicquam nisi vulnus erat: cruor vndiq́; ma-
Detectiq́; patent nerui, trepidæq́; sine vlla (nat,
Pelle

Apollo Latonæ filius, * tibia.

Marsyæ pœna.

Pelle micant venæ. ſalientia viſcera poſſes
Et pellucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ ſyluarum numina Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt, & quiſquis montibus illis
Lanigeroſq; greges, armentaq; bucera pauit.
Fertilis immaduit, madefactaq; terra caducas
Concepit lachrymas, ac venis perbibit imis.
Quas vbi fecit aquas, vacuas emiſit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor,
Marſya nomẽ habet, Phrygiæ liquidiſſimus amnis.

Satyrorum nympharum, ruſticorumq; lachrymæ in flumen.

Bucera armenta cornuta dixit.

SAB. IN FAB. V.

MArſias fuit Poëta Lyricus, quem Ouidius propterea, vt arbitror, appellat Satyrum, quòd vel inconditos vel obſcœnos verſus ſcripſerit. Hunc Poëtæ fabulantur cum Apolline tibiarum cantu certaſſe. Fuit enim inſignis quoq; Muſicus, atq; omnium primus tibiam modulatè inflauit. Cùm verò ars tibiarum ab illo excitata, haberi apud Græcos præſertim Thebanos, in tanto honore ac pretio cepiſſet, vt à multitudine omnibus ferè liberalibus artibus anteferretur, eſſetque propè honorificentius nomen tibicinis, quàm aut Poëtæ aut Oratoris, Athenienſes, apud quos eloquẽtiæ & ſapientiæ ſtudia erant in admiratione, ad euellendam hanc opinionem, finxerunt fabulam de Minerua tibiam abijciente, & de Apolline excoriante Marſiam, vt

Marſias cur Satyrus dictus.

Marſias primus tibiam modulate inflauit.

Ars tibiarum apud Thebanos in pretio; apud Athenienſes prorſus illiberalis, & curſ

ſignificarent artem canendi tibia, eſſe illiberalem, nempè quæ homini deformitatem afferat, oſque & buccas inflet. Qua fabula motus Alcibiades, vt refert Plutarchus, tibiæ cantum auerſatus eſt, tanquam ingenuo homine indignum: dixitque, canant Thebanorum liberi: loqui enim neſciunt. nobis autem Athenienſibus ſinant abſque iuuidia adeſſe & Mineruam, quę tibiam abiecit, & Apollinem qui tibicinem excoriauit. quos Alcibiadis ſermones partim ioco partim ſeriò habitos vbi fama inter adoleſcentes diſſipauit, cunctis ſententiam eius probantibus, tanopere contempti ſunt tibicines, vt communi conſenſu ex omni ingenuorum cœtu amouerentur tibiæ. Meminit huius quoque fabulæ Ariſtoteles 7. Politicorum, vbi ait arte tibiarum impediri vſum rationis. Itaque priſcos in adoleſcentibus & liberis hominibus improbaſſe eius vſum, & finxiſſe Mineruam cùm tibiam inueniſſet, eam abieciſſe: & quanquàm oris deformitate offenſam id feciſſe illam non ſit alienum dicere: tamen probabilius eſſe ob eam cauſam, quòd ad cognitionem animi ars tibiarum nihil pertineat, cum præſertim Mineruæ ſcientiam artemque attribuamus. Significatur etiam inerudita poëtica per fiſtulam à Pallade abiectã, qua Satyrus ſeſe oſtentat. hanc enim à ſapientibus ſpretam, Satyri, hoc eſt verſificatores leues & petulantes, amplectuntur.

Porrò

Porrò Q. Curtius ſcribit: Marſiam Phrygiæ amnem ex ſumno montis cacûmine in ſubiectam petram cadere, magno ſtrepitu aquarum, & inde diffuſum placido labi curſu, eamque eſſe cauſam cur Poëtæ fingant Marſiam fuiſſe tibicinem & excoriatum delicuiſſe in aquas. Nam ille ſtrepitus eſt quaſi concentus, & ſubita aquæ mutatio efficit, vt amnis fracto impetu tanquàm detracta cute induat alium colorem, fiatq; nitidiſſimus.

Marſia amnis quomodo ad fabulam accommodetur.

FABVLA VI.

De Pelopis humero è carneo in eburneum.

Talibus exemplis redit ad præſentia dictis
Vulgo, & extinctũ cũ ſtirpe Amphiona luget.
Mater in inuidia eſt. hãc tunc quoq; dicitur vnus
Flêſſe Pelops, humeróq; ſuas à pectore, poſtquàm
Deduxit veſtes, ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Concolor hic humerus naſcendi tempore dextro,
Corporeuſq; fuit: manibus mox cæſa paternis
Membra ferunt iunxiſſe Deos: aliiſq; repertis,
Qui locus eſt iuguli medius ſummiq; lacerti
Defuit: impoſitum eſt non comparentis in vſum
Partis ebur, factoq; Pelops fuit integer illo.

Pelopis humerus è carneo in eburneum.

Tantalo qui eas dijs appoſuit, vt experireturnum omnia ſcirẽt.

SAB. IN FAB. VI.

PElopem Tantali filium arbitror inſigni atque atroci aliqua iniuria afflictum & laceratum fuiſſe à patre, eamque eſſe cauſam cur Poëtæ fingant, illum patrijs manibus diſſectũ

Pelops atroci iniuria a patre afflictus ingentibus beneficijs adeo leuatur.

& appositum fuisse dijs epulandum. Multis verò ingentibus beneficijs Deum leuasse iniuriam innocenti factam, videlicet magnitudine opum, celebritate nominis ac potentia. Ebur enim diuitias, & humerus vires seu potentiam significat. Hinc apud Homerum omnia magni precij finguntur vel eburnea vel aurea. Et fuisse Pelopem opibus affluentem indicat prouerbium, Pelopis talenta; quod de immensis opibus dici solet. adhæc, eundem magni nominis & præpotentem fuisse testatur Peleponnesus ab eo subacta & cognominata, vbi ipse aurifodinas reperit, quibus ita ditatus est.

Pelopis talenta.

FABVLA VII.

De Progne, Philomela, Tereo, & Iti in aues.

Finitimi proceres coëunt, vrbesq́ propinquæ
Orauêre suos ire ad solatia reges,
Argosq́, & Spartæ, Pelopeïadesq́ Mycenæ,
Et nondum toruæ Calydon inuisa Dianæ.
Orchomenosq́ ferax, & nobilis ære Corinthos.
Messenéq́ ferox, Patræq́, humilesq́ Cleonæ,
Et Nelea Pylos, nec adhuc Pytheïa Trœzen.
Quæq́ vrbes aliæ bimari claudantur ab Isthmo,
Exteriusq́ sitæ bimari spectantur ab Isthmo.
Credere quis posset? solæ cessastis Athenæ.
Obstitit officio bellum subuectaq́ ponto
Barbara Mopsopios terrebant agmina muros.
Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis
Fuderat, & clarum vincendo nomen habebat.

* Pelopis, cuius soror cum omnibus liberis fuerat extincta.

Quòd eas pelopidæ postea auxerint.

Ob Oenea regem.

Ob suscepta toties bella pro libertate.

* ob quantitatem non ob situm, est enim in monte.

Quem

Quem ſibi Pandíon opibuſq́, viriſq́ potentem,
Et genus à magno ducentem fortè Gradiuo,
Connubio Prognes iunxit. non pronuba Iuno, Infelicium nuptiarum, hypotypoſis.
Non Hymenæus adeſt, illi non Gratia lecto.
Eumenides tenûere faces de funere raptas:
Eumenides ſtrauêre torum: tectoq́ profanus
Incubuit bubo, thalamiq́ in culmine ſedit.
Hac aue coniuncti Progne, Tereuſque: parentes
Hac aue ſunt facti: grata ta eſt ſcilicet illis
Thracia, Diiſq́ ipſis grates egêre: diemq́ Metonymia.
Quoq́ data eſt claro Pandione nata tyranno,
Quoque erat ortus Itys, feſtum iuſſere vocari.
Vſque adeò latet vtilitas. Iam tempora Titan
Quinq́ per autumnos repetitis duxerat annis, Epiphonema.
Cum blandita viro Progne, Si gratia, dixit,
Vlla mea eſt, vel me viſendam mitte ſorori,
Vel ſoror huc veniat: redituram tempore paruo
Promittes ſocero: magni mihi muneris inſtar
Germanam vidiſſe dabis. iubet ille carinas
In freta deduci, veloq́, & remige portus
Ceçropios intrat, Piræaq́ littora tangit. Piræus Athenienſium portus nouiſſimus.
Vt primùm ſoceri data copia, dextera dextræ
Iungitur, infauſto committitur omine ſermo.
Cœperat aduentus cauſas, mandata referre
Coniugis, & celeres miſſæ ſpondêre recurſus:
Ecce venit diues magno Philomela paratu,
Diuitior forma: quales audire ſolemus
Naiadas, & Dryadas mediis incedere ſyluis,
Si modò des illis cultus, ſimileſq́ paratus.
Non ſecus exarſit conſpecta virgine Tereus

Terei amor vehemens similitudine declaratur.

Quàm si quis canis ignem supponat aristis,
Aut frondem, posita sq3 cremet fœnilibus herbas.
Digna quidem facies: sed & hunc innata libido
Extimulat, pronumq3 genus regionibus illis
In Venerem est: flagrat vitio gentisq3, suoq3.
Impetus est illi comitum corrumpere curam,
Nutriciq3 fidem, nécnon ingentibus ipsam
Sollicitare datis, totumq3 impendere regnum,
Aut rapere, & sæuo raptam defendere bello.
Et nihil est, quod non effræno captus amore
Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammas.
Iamq3 moras male fert, cupidoq3 reuertitur ore
Mandata ad Prognes, & agit sua vota sub illa.

Ab effectu.

Facundum faciebat amor: quotiesq3 rogabat
Vlterius iusto, Prognen ita velle ferebat.
Addidit & lachrymas, tanquã mandasset & illas.

Exclamatio in hominum cæcitatem.

Proh superi, quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent! ipso sceleris molimine Tereus
Creditur esse pius, laudemq3 á crimine sumit.
Quid, quòd idẽ Philomela cupit, patrioq3 lacertis
Blanda tenens humeros, vt eat visura sororem,
*Perq3 suam, contraq3 suam, petit *illa, salutem?*
Spectat eam Tereus, præcontrectatq3 videndo:
Osculaq3 & collo circundata brachia cernens,
Omnia pro stimulis, facibusq3, ciboq3 furoris
Accipit: & quoties amplectitur illa parentem,

Etiam ipsi si esset pater.

Esse parens vellet: neq3 enim minus impius esset.
Vincitur amborum genitor prece: gaudet, agitq3
Illa patri grates: & successisse duabus
Id putat infelix, quod erat lugubre duabus.

Iam

Iam labor exiguus Phœbo reſtabat, equiq́ꝫ — Finis diei deſcriptio.
Pulſabant pedibus ſpatium decliuis Olympi:
Regales epulæ menſis, & Bacchus in auro
Ponitur: hinc placido tradunt ſua corpora ſomno.
*At Rex *Odryſius, quamuis ſeceſſit ab illa,* — *Ab Odryſa Thraciæ vrbe
Æſtuat: & repetens faciem, motuſq́ꝫ, manuſq́ꝫ,
Qualia vult fingit, quæ nondum vidit: & ignes
Ipſe ſuos nutrit, cura remouente ſoporem.
Lux erat, & generi dextram complexus euntis
Pandíon, comitem lachrymis commendat obortis.
Vt voluêre ambæ, voluiſti tu quoque Tereu, — Philomela committitur Tereo.
Hanc ego chare gener, quoniam pia cauſa coëgit,
Do tibi: perq́ꝫ fidem, cognataq́ꝫ pectora ſupplex,
Per ſuperos oro, patrio vt tuearis amore,
Et mihi ſollicito lenimen dulce ſenectæ (mittas.
Quàm primùm (omnis erit nobis mora longa) re-
*Tu quoq́ꝫ quàm primùm (ſatis eſt *procul eſſe ſoro-* — *vidiſſe.
Si pietas vlla eſt, ad me Philomela redito. (rem)
Mandabat, pariterq́ꝫ ſuæ dabat oſcula natæ:
Et lachrymæ mites inter mandata cadebant. — Dextra manus fidei conſecrata erat.
Vt pignus fidei dextras vtraſq́ꝫ poposcit,
Inter ſeq́ꝫ datas iunxit, natamq́ꝫ, nepotemq́ꝫ,
Abſentes pro ſe memori rogat ore ſalutent:
Supremumq́ꝫ vale pleno ſingultibus ore
Vix dixit: timuit qꝫ ſuæ præſagia mentis.
**Vt ſimul impoſita eſt pictæ Philomela carinæ,* — *At.
Admotumq́ꝫ fretum remis, telluſq́ꝫ repulſa eſt,
Vicimus, exclamat, mecum mea vota feruntur: — Hyppalage.
Exultatq́ꝫ, & vix animo ſua gaudia differt
Barbarus, & nuſquam lumen detorquet ab illa,

Aquila Ioui consecrata.

Non aliter, quàm cùm pedibus prædator aduncis
Deposuit nido leporem Iouis ales in alto.
Nulla fuga est capto, spectat sua præmia raptor.

confectum.

Iamq; iter effectum, iamq; in sua littora fessis
Puppibus exierant: cùm Rex Pandione natam

Philomela rapta vitiatur.

In stabula alta trahit, siluis obscura vetustis,
Atque ibi pallentẽ, trepidamq; & cuncta timẽtem,
Et iam cum lachrymis vbi sit germana rogantem,
Includit, fassusq; nefas, & virginem, & vnam
Vi superat, frustrà clamato sæpe parente,

Virginei timoris elegãs descriptio.

Sæpe sorore sua, magis super omnia Diuis.
Illa tremit velut agna pauens, quæ saucia cani
Ore excussa lupi nondum sibi tuta videtur:
Vtque columba suo madefactis sanguine plumis
Horret adhuc, auidosq; timet, quibus hæserat, vn-
Mox vbi mens rediit, passos laniata capillos (gues.
Lugenti simílis, cæsis plangore lacertis,
Intendens palmas, O diris barbare factis,
O crudelis, ait: nec te mandata parentis
Cum lacrymis mouere pijs, nec cura sororis,

*aliàs connubialia.

Nec mea virginitas, nec coniugalia iura,*
Omnia turbasti: pellex ego facta sororis,

*hostis mihi.

*Tu geminus coniux: *non hæc mihi debita pœna.*
Quin animãhãc (ne quod facinus tibi pfide restet)
Eripis? atq; vtinam feciſſes ante nefandos

*id est crimine caruissem

Concubitus. vacuas habuissem criminis vmbras.*
Si tamen hoc superi cernunt, si numina Diuûm
Sunt aliquid, si non perierunt omnia mecum:
Quandocunque mihi pœnas dabis, ipsa pudore
Proiecto, tua facta loquar: si copia detur,

In

In populos veniam: si ſyluis clauſa tenebor,
Implebo ſyluas, & conſcia ſaxa mouebo.
Audiat hoc æther, & ſi Deus vllus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtquam commota tyranni eſt:
Nec minor hac metus eſt: cauſa ſtimulatº vtraq;
Quo fuit accinctus, vagina liberat enſem,
Arreptam q; coma, flexis poſt terga lacertis,
Vincla pati cogit. iugulum Philomela parabat. Bene inſtitutæ virginis ſpecimen.
Spemq; ſuæ mortis viſo conceperat enſe.
Ille indignãtem, & nomen patris vſque vocantem,
Luctantemq; loqui, comprenſam forcipe linguam
Abſtulit enſe ferox: radix micat vltima linguæ.
Ipſa iacet, terræq; tremens immurmurat atræ. Tereus linguam Philomelæ execat.
Vtq; ſalire ſolet mutilatæ cauda colubræ,
Palpitat, & moriens dominæ veſtigia quærit.
Hoc quoq; poſt facinus (vix auſim credere) fertur
Sæpe ſua lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad Prognem poſt talia facta reuerti.
Coniuge quæ viſo germanam quærit: at ille
Dat gemitus fictos, commentaq; funera narrat.
Et lachrymæ fecere fidem. velamina Pogne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato,
Induiturq; atras veſtes, & inane ſepulchrum
Conſtituit, falſiſq; piacula manibus infert,
Et luget, non ſic lugendæ, fata ſororis.
Signa Deus bis ſex acto luſtrauerat anno.
Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit.
Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo:
Os mutum facti caret indice: grande doloris
Ingenium eſt; miſeriſq; venit ſolertia rebus.

Stamina barbarica ſuſpendit candida tela:
Purpureaſq; notas filis intexuit albis,
Indicium ſceleris: perfectaq; tradidit vni,
Vtq; ferat dominæ, geſtu rogat: illa rogata
Prudens in literis occultandis ratio.
Pertulit ad Prognen: nec ſcit quid tradat in illis.
Euoluit veſtes ſæui matronatyranni,
Fortunæq; ſuæ carmen miſerabile legit:
Et (mirum eſt potuiſſe) ſilet: dolor ora repreſſit,
Verbaq; quærenti ſatis indignantia linguæ
Defuerant, nec flere vacat: ſed faſq;, nefaſq;
Confuſura ruit, pœnæq; in imagine tota eſt.
Trieterica, quòd tertio quoque annò celebrarentur, dicta.
Tẽpus erat, quo ſacra ſolent Trieterica Bacchi
Sithoniæ celebrare nurus. nox conſcia ſacris:
Nocte ſonat Rhodope tinnitibus æris acuti.
Nocte ſua eſt egreſſa domo regina, Deiq;
Ritibus inſtruitur, furialiaq; accipit arma.
Vite caput tegitur: lateri ceruina ſiniſtro
Baccharum habitus elegans hypotypoſis.
Vellera dependent: humero leuis incubat haſta.
Concita per ſyluas, turba comitante ſuarum,
Terribilis Progne, furijſq; agitata doloris,
Bacche tuas ſimulat. venit ad ſtabula auia tandẽ,
*he hoëque. *Exululat q; *euoëq; ſonat, portaſq; refringit,*
Germanamq; rapit, raptæq; insignia Bacchi
Induit, & vultus hederarum frondibus abdit.
*mœnia. *Antonitamq; trahens intra ſua *limina ducit.*
Vt ſenſit tetigiſſe domum Philomena nefandam,
Horruit infelix, totoq; expalluit ore.
Nacta locum Progne, ſacrorum pignora demit,
Oraq; deuelat miſeræ pudibunda ſororis:
Amplexumq; petit. Sed non attollere contrà

Suſtinet

Sustinet hæc oculos, pellex sibi visa sororis:
Deiectoq; in humum vultu iurare volenti,
Testariq; Deos, per vim sibi dedecus illud
Illatum, pro voce manus fuit. ardet, & iram
Non capit ipsa suam Progne: fletumq; sororis
Corripiens: Non est lachrymis hoc, inquit, agendū,
Sed ferro; seu si quid habes quod vincere ferrum
Possit: in omne nefas ego me germana paraui.
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo;
** Artificem, mediisq; immittam Terea flammis,* — Auctorem sceleris.
Aut linguā, atq; oculos, & quæ tibi mēbra pudorē — Systole, qualis illa Virg. Matri longa decem tulerant fastidia menses
Abstulerant, ferro rapiam: aut per vulnera mille
Sontē animā expellā. magnū est quodcunq; paraui:
Quid sit, adhuc dubito. peragit dum talia Progne,
Ad matrem veniebat Itys: quid possit, ab illo — Hypallage.
Admonita est: oculisq; tuens immitibus, Ah quā
Es similis patri, dixit. nec plura locuta,
Triste parat facinus, tacitaq; exæstuat ira.
Vt tamen accessit natus, matriq; salutem
Attulit, & paruis adduxit colla lacertis,
Mistaq; blanditijs puerilibus oscula iunxit;
Mota quidem est genitrix, infractaq; constitit ira,
Inuitiq; oculi lachrymis maduêre coactis.
*Sed simul * ex nimia mentem pietate labare* — *eximia.
Sensit, ab hoc iterum est ad vultus versa sororis:
Inq; vicem spectans ambos, Cur admouet, inquit,
Alter blanditias, rapta silet altera lingua? — Emphasis.
Quā vocat hic mxtrē, cur non vocat illa sororem?
Cui sis nupta vide Pandione nata marito.
Degeneras: scelus est pietas in coniuge Tereo,

Periphrasis hinnuli.

Nec mora, traxit Ityn, veluti Gangetica ceruæ
Lactentem fœtum per syluas Tigris opacas.
Vtq; domus altæ partem tenuêre remotam,
Tendentemq; manus, & iam sua fata videntem,
Et mater, mater, clamantem, & colla petentem,

Matris in filium impietas maxima.

Ense ferit Progne lateri quà pectus adhæret.
Nec vultum vertit. Satis illi ad fata, vel vnum
Vulnus erat. iugulum ferro Philomela resoluit;
Viuaq; adhuc, animaq; aliquid retinẽtia membra,
Dilaniat. Pars inde cauis exultat ahenis,
Pars verubus stridet: manant penetralia tabo.

Filius patri deuorandus apponitur.

His adhibet coniux ignarum Terea mensis.
Et patrij moris sacrum mentita, quod vni
Fas sit adire viro, comites famulosq; remouit.
Ipse sedens solio Tereus sublimis auito,
Vescitur: inq; suam, sua viscera congerit aluum.

Epiphonema in hominum cæcitatem.

Tantaq; nox animi est, Ityn huc accersite, dixit.
Dissimulare nequit crudelia gaudia Progne:
Iamq; suæ cupiens existere nuntia cladis,
Intus habes, quod poscis, ait. Circunspicit ille,
Atq; vbi sit, quærit: quærenti, iterumq; vocanti,
Sicut erat sparsis furiali cæde capillis,
Prosiluit; Ityosq; caput Philomela cruentum
Misit in ora patris: nec tempore maluit vllo
*Posse loqui, & *meritis testari gaudia dictis.*
Thracius ingenti mensas clamore repellit,
Vipereasq; ciet Stygia de valle sorores:
Et modo si posset reserato pectore, diras
Egerere inde dapes, demersaq; viscera gestit:
Flet modo; seque vocat bustum miserabile nati:

*mentis.
*Tereus.

Nunc

Prognes, Philomelæ, & Terei metamorphosis.

Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro.
Corpora Cecropidum pennis pendêre putares.
Pendebant pennis. quarum petit altera ſyluas,
Alterra tecta ſubit. neque adhuc de pectore cædis
Exceſſere notæ, ſignataq; ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo, pœnaq; cupidine velox
Vertitur in volucrem, cui ſtant in vertice criſtæ;
Prominet immodicum pro longa cuſpide roſtrum:
Nomen Epops volucri: facies armata videtur.
Hic dolor ante diem, longæq; extrema ſenectæ*
Tempora Tartareas Pandiona miſit ad vmbras.

* & luctus.

SAB. IN FAB. VII.

Impetus veneris & vlciſcendi cupiditas reddunt homines immanes.

TErei & Prognes fabula docet cohibendos eſſe effrenatos animi affectus, quibus homines ad immanitatem compelluntur. impetus autem venereus & vlciſcendi cupiditas, reddunt homines inſigniter immanes. Quid enim tam immane quàm vxoris ſorori linguam præcidere, illato prius ſtupro: aut matrem ſuos liberos diſcerpere, & apponere epulandos?

Tyrannus libidinoſus ſimilis eſt vpupæ.

Ac Tyrannus libidinũ ſordibus inquinatus, rectè fingitur in vpupam commutatus. Nihil eſt enim hac aue fœdius, nihil inquinatius, quę nuſquàm libẽtius commoratur, quàm in ſtercoribus. Adhæc longo & acuto roſtro vpupa tanquàm cuſpide armata exercet tyrannidem in auiculas, habetque criſtam plicabilem, quæ cùm erigitur per longitudinem capitis,

refert ſimilitudinem diadematis regij.

Extat Ioannis Antonij Campani epigrãma de upupa non inelegans: quod eſt eiuſmodi:

Rex fueram, ſic criſta probat: ſed ſordida vita
Immundam è tanto culmine fecit auem.

Non ſatis liquet ex fabula in quaſnam aues hæ ſorores mutatæ fuerint. Seruius interpres Virgilianus ſcribit Prognen in aëdona, hoc eſt, in luſciniam, & Philomelam in chelidona ſiue hirundinem fuiſſe mutatam, cuius opinioni ſuffragatur Ouidius in Epiſtola Saphus, vbi inquit:

Sola virum non vlta piè mœſtiſſima mater
Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn.

Hic enim loquitur de Progne, deque hirundine quæ non gaudet ſyluis ſed tectis. Virgilius tamen quarto Georg. refert Prognen in hirundinem eſſe conuerſam: Et manibus Progne pectus ſignata cruentis. Eſtque veriſimilius Philomelam in Luſciniam fuiſſe mutatam. Luſcinia enim inter canendum crebrò edit has voces: Tereus linguam. quibus vocibus videtur quaſi conqueri de Tereo, quòd amputarit linguam. Adhæc nomen quoque ipſum conuenit: Philomela enim ſignificat amabilem: neque vllius auiculæ muſica eſt amabilior, quàm luſciniæ. eius ſonus (vt inquit Plinius) perfecta muſicæ ſcientia modulatus, nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nũc variatur inflexo, nunc diſtinguitur cõciſo, copulatur

Luſcinia cur ſit amabilis.

pulatur intorto, reuocatur & infuſcatur inopinato. interdum & ſecum murmurat. plenus, grauis, acutus, creber, extentus, vbi viſum eſt vibrans, ſummus, medius, imus: breuiterque in tàm paruulis faucibus omnia ſunt, quæ tot inſtrumentis ars hominum excogitauit.

Hyrundo & Philomela ſicut oratoria & Poëtica cur dicantur ſorores.

Porrò hoc loco obſeruandum eſt, quod Laurentius Valla de voluptate lib. 3. refert: Poëtas finxiſſe has duas aues, ſorores fuiſſe, Pandionis regis filias, quòd viderentur cantus præſtantia penè germanæ: & has duas intellexiſſe Oratoriam & Poëticam, quæ propè ſorores ſint: atque vt hanc ſimilitudinem cantus, ita illam diſcrepantiam autores fabulæ ſecutos eſſe. quòd in altera ſit mira libido tecta & vrbes incolendi, in altera arbuſta & ſyluas: ſignificantes hirundinem ſimilem eſſe vrbanæ eloquentiæ, & illis qui in domibus, in ſenatu, in foro, ſuam facundiam exercent; Philomelam verò ſimilem eloquentiæ nemorali & Poëtarum, qui ſyluas, & ſolitudines, & loca non ab hominibus, ſed à Muſis & à dijs celebrata, amant: & materias à forenſibus controuerſijs remotiſſimas tractant. Itaque quantum Philomela in cantando vocalitate, vi, motu, ſcientia, varietate, ſuauitate hirundini præſtat, tanto Poëticam vocem Oratoriæ præſtare.

FABVLA VIII.
De Zeti & Calai in aues.

Zetes & Calais ex parte in aues.

SCeptra loci, rerumq; capit moderamen Erichtheus,
Iustitia dubium, validis ne potentior armis.
Quattuor ille quidem iuuenes, totidemq; creârat
Fœmineæ sortis: sed erat par forma duarum.
E quibus Æolides Cephalus te coniuge felix
Procri fuit. Boreæ Tereus, Thraceſq; nocebant,
Dilectaq; diu caruit Deus Orithyia,

Boreæ natura.

Dū rogat, & precibus mauult, quàm viribus vti.
Aſt vbi blanditijs agitur nihil, horridus ira,
Quæ ſolita eſt illi, nimiumq; domeſtica vento,
Et meritò, dixit: Quid enim mea tela reliqui,
Sæuitiam, & vires, iramq;, animoſq; minaces,
Admouiq; preces, quarum me dedecet vſus?
Apta mihi vis eſt: hac triſtia nubila pello:
Hac freta concutio, nodoſaq; robora verto,
Induroq; niues, & terras grandine pulſo.
Idem ego, cùm fratres cœlo ſum nactus aperto
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,

Periphraſis fulminum.

Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego, cum ſubij conuexa foramina terræ,
Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis,

Vnde fulmina & terræ motus.

Sollicito manes, totumq; tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petiiſſe, ſocerq;
Non orandus erat mihi, ſed faciendus Erichtheus.
Hæc Boreas, aut his non inferiora locutus,
Excuſſit pennas; quarum iactatibus omnis

Afflata

Afflata est tellus, latumq; perhorruit æquor:
Puluere eamq; trahens per ſumma cacumina pallã,
Vertit humum, pauidamq; metu caligine tectus
Orithyïam ad amans ſuluis complectitur alis. Boreas Orithyiam rapit.
Dum volat, arſerunt agitati fortius ignes.
Nec prius aërij curſus ſuppreſſit habenas,
Quam Ciconum tenuit populos, & mœnia raptor.
Illic & gelidi coniux Actæa tyranni, Boreæ venti, qui omnium eſt frigidiſſimus.
*Et genitrix facta eſt *partus enixa gemellos,*
Cætera qui matris, pennas genitoris haberent.
Non tamẽ has memorant vnà cum corpore natas: *partuq;.
Barbaq; dum rutilis aberat ſubnixa capillis,
Implumes Calaiſq; puer, Zetheſq; fuerunt.
Mox pariter pennæ ritu cœpere volucrum
Cingere vtrunq; latus, pariter flaueſcere mala.
Ergo vbi conceſſit tempus puerile iuuentæ,
Vellera cum Minyïs nitido radiantia villo, Minyæ populi Theſſaliæ antiquiſſimi.
Per mare non notum prima petiere carina.

SAB. IN FAB. VIII.

SOcrates apud Platonem in Phædro refert Orithyîam Erichthei filiam è quadam petra ad Iliſſum amnem vento deiectam atque ita mortuam eſſe. Hinc & fingi à Borea Strymonis filio raptam eſſe; & Poëtas hominis raptum tranſtuliſſe ad ventum propter multitudinem nominis. Horum opinioni ſubſcribit Ouidius in Epiſtola Paridis ad Helenam, cum inquit: Nomine ceperunt Aquilonis Erechtida Thraces.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER VII.

FABVLA I.

De Iaſone aureum vellus auxilio Medeæ acquirente.

Expeditio Iaſonis in Colchos.

IAmque fretum Minyæ Pegaſaa puppe ſecabant.
*Perpetuaq́ trahens inopem *ſub nocte ſenectam*
Viſus erat Phineus: iuueneſque Aquilone creati
Virgeneas volucres miſeri ſenis ore fugarant:
Multaq́ perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos vndas.
Vellus aureum. *Dumq́ adeunt regem, Phryxeaq́ vellera poſcũt,*
Voxq́ datur Mynÿis magnorum horrenda laborũ,
Concipit intereà validos Aëtias ignes.
Et luctata diu, poſtquàm ratione furorem
Vincere non poterat, Fruſtra Medéa repugnas,
Neſcio quis Deus obſtat, ait: mirũq́ quid hoc eſt.
*Anue. *Aut aliquid certè ſimile huic, quod amare vocatur*
Medeæ amores. *Nã cur iuſſa patris nimium mihi dura videntur?*

Sunt

Sunt quoq; dura animis. Cur, quẽ modò denique vidi,
Ne pereat, timeo? quæ tanti causa timoris?
Excute virgineo conceptas pectore flammas,
Si potes infelix. si possem, sanior essem.
Sed trahit inuitam noua vis: aliudq; Cupido,
Mens aliud suadet. video meliora, proboq;,
Deteriora sequor. Quid in hospite regia virgo
Vreris, & thalamos alieni concipis orbis? (ille
Hæc quoq; terra potest, quod ames, dare. Viuat, an Obserua amantis solicitudinem de periculis amato imminentibus.
Occidat, in Dijs est. viuat tamen: idq; precari,
Vel sine amore licet. Quid enim commisit Iason?
Quem, nisi crudelem, non tangat Iasonis ætas,
Et genus, & virtus? Quem non, vt cætera desint,
Forma mouere potest? certè mea pectora mouit.
At, nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore,
*Concurretq; suæ * segeti, tellure creatis* * segetis.
Hostibus, aut auido dabitur fera præda draconi.
Hoc ego si patiar, tum me de Tigride natam,
Tum ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor.
Cur non & specto pereuntem, oculosq; videndo
Conscelero? cur non tauros exhortor in illum, Ironia.
Terrigenasq; feros, insopitumq; draconem?
Dij meliora velint: quanquam non ista precanda,
Sed facienda mihi. Prodamne ego regna parentis?
Atque ope nescio quis seruabitur aduena nostra?
Vt per me sospes, sine me det lintea ventis,
Virq; sit alterius? pœnæ Medea relinquar?
Si facere hoc, aliámue potest præponere nobis,
Occidat ingratus. sed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ,

Vt timeam fraudem, meritiq; obliuia nostri.
Et dabit antè fidem, cogamq; in fœdera testes
Esse Deos. Quid tuta times? accingere, & omnem
Pelle moram: tibi se semper debebit Iason.
Te face solenni iunget sibi, perq; Pelasgas
Seruatrix vrbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanam, fratremq;, patremq;, Deosq;,
Et natale solum ventis ablata relinquam?
Nempe pater sæuus: nempe est mea barbara tellus:
Frater adhuc infans: stant mecum vota sororis.
Maximus intra me Deus est, nō magna relinquā,
*Magna sequar; titulum seruatæ *puppis Achiuæ,*
Notitiamq; loci melioris, & oppida, quorum
Hic quoq; fama viget, cultusq; artesq; virorum,
Quemq; ego cum rebus, quas totus possidet orbis
Æsonidem mutasse velim: quo coniuge felix,
Et Dijs chara ferar, & vertice sydera tangam.
Quid? quòd nescio qui medijs incurrere in vndis
Dicuntur montes? ratibusq; inimica Charybdis,
Nunc sorbere fretum, nunc reddere: cinctaq; sæuis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
Nempe tenēs quod amo, gremioq; in Iasonis hærēs
*Per freta longa ferar: nihil illum amplexa *timebo,*
Aut si quid metuam, metuam de coniuge solo.
Coniugiúmne putas? specioſaq; nomina culpæ
Imponis Medeæ tuæ? quin aspice, quantum
Aggrediare nefas, &, dum licet, effuge crimen.
Dixit: & ante oculos rectum, pietasq;, pudorq;
Constiterant, & victa dabat iam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras,

*pubis.

Enumeratio rerum, quibus potitura sit Medea, si Iasonem sequatur.

*verebor.

Synechdoche.

Quæ Persæ fuit.

Quas

Quas nemus umbrosum secretaq́ silua tegebat:
*Et iam * fractus erat pulsuſq́ reſederat ardor.* * foris.
Cùm videt Æsonidē, extinctaq́ flamma reluxit,
Erubuere genæ, totoq́ recanduit ore. * Et rubuere. Similitudine oſtendit Medeam Iaſonis amore iterú ardere.
Vt ſolet à ventis alimenta reſumere, quæq́
Parua ſubinducta latuit ſcintilla fauilla
Creſcere, & in veteres agitata reſurgere vires:
Sic iam lenis amor, quem iam langueré putares,
Vt vidit iuuenem, ſpecie præſentis inarſit.
Et caſu ſolito formoſior Æsone natus
Illa luce fuit. poſſes ignoſcere amanti.
Spectat, & in vultu, veluti tum demque viſo,
Lumina fixa tenet: nec ſe mortalia demens
Ora videre putat, nec ſe declinat ab illo.
Vt verò cœpit q́ loqui, dextramq́ prehendit
Hoſpes, & auxilium ſummiſſa voce rogauit,
Promiſit q́ torum: lachrymis ait illa profuſis,
Quid faciam video, nec me ignorantia veri
Decipiet, ſed amor. ſeruabere munere noſtro:
Seruatus promiſſa dato. per ſacra triformis Hecates quæ & Luna, & Diana, & Proſerpina creditur eſſe.
Ille Deæ, lucoq́ foret quod numen in illo,
Perq́ patrem ſoceri cernentem cuncta futuri,
Euentuſq́ ſuos, & tanta pericula iurat.
Creditus, accepit cantatas protinus herbas,
Edidicit q́ vſum, lætuſq́ in tecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas Aurora micantes:
Conueniunt populi ſacrum Mauortis in aruum.
Conſiſtunt q́ iugis. medio rex ipſe reſedit
Agmine purpureus, ſceptroq́ inſignis eburno.
Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant

Æripedes tauri, tactaq; vaporibus herbæ
Ardent. vtq; solent pleni resonare camini,
Periphrasis calcis. Aut vbi terrena silices fornace soluti
Concipiunt ignem liquidarũ aspergine aquarum:
Pectora sic intus clausas voluentia flammas,
Gutturaq; usta sonant: tamen illis Æsone natus
Obuius it. vertêre truces venientis ad ora
Terribiles vultus, præfixaq; cornua ferro,
Puluereumq; solum pede pulsauere bisulco,
Fumificisq; locum mugitibus impleuere.
*illa. Diriguêre metu Minyæ. subit *. ille, nec ignes
Epiphoma. Sensit anhelatos, (tantum medicamina possunt.)
Pendulaq; audaci mulcet palearia dextra:
Suppositosq; iugo pondus graue cogit aratri
Ducere, & insuetum ferro proscindere campum.
Mirantur Colchi: Minyæ clamoribus augent,
Adijciuntq; animos. galea tum sumit ahena
Dentes serpentini in homines armatos. Vipereos dentes, & aratos spargit in agros.
Semina mollit humus valido prætincta veneno:
Et crescunt, fiuntq; sati noua corpora dentes.
Similitudo. Vtq; hominis speciem materna sumit in aluo,
Perq; suos intus numeros componitur infans,
Nec nisi maturus communes exit in auras:
Sic vbi visceribus grauidæ telluris imago
Effecta est hominis, fœto consurgit in aruo:
Quodq; magis mirũ est, simul edita cõcutit arma.
Quos vbi viderunt peracutæ cuspidis hastas
In caput Æmonij iuuenis torquere parantes,
Demisere metu vultumq;, animumq; Pelasgi.
Ipsa quoque extimuit, quæ tutum fecerat illum:

Vtq;

Vtq́ petì vidit iuuenem tot ab hoſtibus vnum,
Palluit, & ſubitò ſine ſanguine frigida ſedit.
Néue parum valeant à ſe data gramina, carmen Cantatæ herbæ.
Auxiliare canit, ſecretaſq́ aduocat artes.
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes,
A ſe depulſum Martem conuertit in ipſos.
Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres,
Ciuiliq́ cadunt acie. gratantur Achiui,
Victoremq́ tenent, auidiſq́ amplexibus hærent.
Tu quoque victorem complecti barbara velles;
Obſtitit incepto pudor. * *at complexa fuiſſes:* *&.
Sed te, ne faceres, tenuit reuerentia famæ.
Quod licet: affectu tacito lætaris, agiſq́
Carminibus grates, & Diis autoribus horum.
Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem, Draconis peruigilis ſopor.
Qui criſta, linguiſq́ tribus, præſignis, & vncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arboris aureæ.
Hunc poſtquàm ſparſit Lethei gramine ſucci,
Verbaq́ ter dixit placidos facientia ſomnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina ſiſtũt,
Somnus in ignotos oculos *aduenit, & auro* *vbi venit.
Heros Æſonius potitur: ſpolioq́ ſuperbus,
Muneris autorem ſecum ſpolia altera portans:
Victor *Iolciacos tetigit cum coniuge portus.* *Cecropios.

SAB. IN FAB. I.

TRiplex eſt genus hominum, à quibus reges ac principes miſerè vexantur. Primi generis ſunt adulatores ſeu aſſentatores, qui blandiendo & mentiendo illorum animos

occupant,& quaſi excæcant.Secundi ſunt delatores ſeu calumniatores, quorum tanta eſt improbitas, vt fidiſſimos quoq; & de Repub. optimè merentes, illis inuiſos reddant. Tertij verò generis ſunt, fœneratores, qui oppida vectigalia, & portoria illorum tenent oppignorata. Hoc triplex hominum genus per tres illas Harpyas intelligitur,quas Poëtæ fingunt inſidere menſæ Phynei oculis capti, & inquinare omnia:ipſaſq; dapes præripere miſero & calamitoſo regi. Tales enim homines inquinãt reges ac principes oculis animi captos:earũq; facultates & alimenta ad ſe rapiũt.

Adulatores, delatores,fæneratores, tres ſunt Harpyiæ, quibus principes miſerè vexãtur.

Alphonſus rex Neapolitanus facta Harpyiarum mẽtione fertur ioco dixiſſe, illas non amplius habitare in inſulis Strophadibus: Sed illinc commigraſſe in curiam Romanam, ibiq; domicilium iam conſtituiſſe:quoioco ſapientiſſimus rex taxauit inexplebilem auaritiam & rapacitatem Romanorum ſacerdotum.

Iuuenesq; Aquilone creati.

Calais & Zetes pennati cur fingãtur?

Veſtes manicatæ, quibus Theſſali per luxũ vſi ſunt, prouerbiali ioco Theſſalorum alæ dicebantur: Erant & olim in vſu veſtes quas plumarias ſeu plumatiles vocabant, propter diuerſitatem colorum, qualis in collo columbarum apparet. propter eiuſmodi igitur veſtes,vel manicatas,vel plumarias,arbitror Calain & Zeten fingi alatos ſeu pennatos: quanquã mihi etiam non diſplicet expoſitio Tz-

zæ Græci, qui putat illos ideò fingi alatos, quòd insigniter comati fuerint, adeò vt humeri capillis quasi alis tegerentur.

Boreas Thrax ex Athenis Oreithyam rapiens
Zeten generauit & Calain insigniter comatos
Et Æesolem ipsum vsque ad necem persequentes.
Quos comis volare dixerunt fabularũ interpretes
Quasi eleuatos propter ipsorum capillum & superbientes.

Multaq; perpessi claro sub Iasone, &c.

Argonautarum expeditio in Cholchos admonet generosos animos, vt ad gloriam excitentur, eamque magnis & illustribus rebus gerendis quærant. Hinc Valerius Flaccus eleganter in suis Argonauticis fingit ipsam gloriam

Expeditio in Cholchos monet generosos animos ad res magnas gerendas gloria excitari.

Phasalis in ripa stantem iuuenesq; vocantem.

Ferunt Carolum Ducem Burgundiæ mirificè delectatum fuisse Iasonis fabula, eiusque exemplo incensum, flagrasse cupiditate maximarum rerum gerendarum: Ideoque instituisse societatem, cuius symbolum esset aureũ vellus: quæ societas inter Carolum v. Imperatorem, & principes heroica virtute præstantes adhuc seruatur.

Caroli societas.

Phrygeaq; vellera poscunt, &c.

Aurei velleris allegoriam Suidas exponit de arte quam Græci Chimicam vocant. Ait enim Iasonem abstulisse Colchorum regi librum in pellicea membrana scriptum de

Aurei velleris allegoria.

auro conficiendo per Chimicam. Verùm, vt mihi quidem videtur, Poëtæ per aureum vellus intelligunt magnam auri vim apud Colchos, aut à Phryxo Athamantis regis filio relictam, aut ab AEëta rege congestam. Nam & verisimile est Phryxum ex Græcia secum abstulisse patrios thesauros, cum insidias nouercæ timens ad AEëtam confugeret. Et regio Colchorum propter vicinitatem Caucasi montis abundat auro, teste Strabone, qui scribit multos fontes ex Caucaso manare scaturientes aurea arena tam tenui, vix vt videri possit, eamque ab accolis colligi lanosis pellibus in aquam positis. atque hanc opinor esse occasionem fabulæ. Pelles enim subsidente in ijs arena præ se ferunt speciem aurei velleris. Quare non dubium est, Iasonem aut bello repetiuisse thesauros, quorum ipsæ erat hæres; vel auri gratia intulisse bellum Colchis, quēadmodum nostro tempore Hispani, qui eadē de causa in Indiam nauigarunt, vt videlicet aurum inde auferrent.

Caucasus auro abūdat, & quomodo in fontibus colligatur.

Et Luctata diu, postquàm, &c.

Disputatio.

Inter figuras sententiarum apud Ciceronem numeratur disputatio, qualis est hæc, qua Medea incensa amore Iasonis, hic deliberat & secum quasi colloquitur, disputans, quid amor, quid ratio suadeat: in qua disputatione illud imprimis obseruandum est, quòd inquit:

-*video*

-video meliora, proboq́;
Deteriora sequor.

Sic enim plerunque solet accidere, vt indulgentes affectibus, consilium deterius sequamur. Magna autem vis est affectuum, præsertim amoris: Nullus enim affectus rationi minus obtemperat. Itaque fingitur animus Medeæ tam varijs cogitationibus distrahi. Primùm quidem disputat ac fatetur, non esse honestum, vt ipsa sit magis propensa erga exterum, quàm erga parentem. Sed huic argumẽto opponit contrarium, videlicet se non posse non fauere Iasoni propter egregias ipsius dotes, propter ætatem, genus, virtutem & formam: seque vocat immaniorem omni bellua, si his dotibus nihil moueatur. Deinde argumẽtatur à necessario, illum miserè periturum, nisi iuuetur. Quod argumentum ratio refutat ab honesto. etiamsi ille amari mereatur, tamen propterea nihil sceleratè faciendum cõtra patriam: Item ab euentu, esse incertum, qualem ille gratiam sit relaturus ei pro tanto beneficio: & ab itineris periculo, esse difficilem ac periculosam nauigationem ex Colchis in Græciam. Quæ argumenta refelluntur hoc modo: sed non apparere eum fore ingratum: item amplexum eius amoturum esse omnem periculi metum.

Nullus affectus rationi minus obtẽperat quam amor.

Hæc est summa disputationis, quæ periphrasi explicari possit vel hoc modo: Nescio

quis motus rationi non obtemperans verſet animum meum; Certè quantū intelligo, amor eſt. Cur enim parētis iuſſa mihi diſplicent? cur Iaſoni metuo? Atqui caſtæ mentis eſt reſiſtere amori. Fateor: ſed qui poſſum? Equidem luctor mecum atque inuita huic perturbationi animi ſuccumbo. aliud enim amor, aliud ratio ſuadet. Ac quanquam non ignoro affectum amoris eſſe peſſimum conſultorem: tamen illi obtemperare cogor. Verùm ſi obtemperandum eſt amori, cur regis filia exterum atque ignotum amo? ſiquidē hæc quoq; terra habet prę ſtantes viros, coniugio meo non indignos. Quid ergo de illo ſolicita ſum? quidue mea refert, ſiue viuat, ſiue intereat? Nihil quidem, ſed tamen, quia iuuenis eſt nobilitate generis, virtute & forma præſtans, malim eum viuere quàm interire. Illud quidem licet, vel abſque infamia amoris. At non votis tantùm, ſed factis conſeruanda eſt illius vita, alioqui miſerè interibit. Ergò cùm præter me nemo illi ſubuenire poſſit, ero immanior omni bellua, ero omni ſaxo & ferro durior, niſi innocentis vitam conſeruauero. Sed dum illi conſulo, patriam prodo. Egóne admittam hoc nefarium ſcelus? Quid? quod incertum eſt qualem gratiam ipſe mihi relaturus ſit pro beneficio. Fortè ſaluus & incolumis diſcedet me relicta, aliamque ducet vxorem: id ſi ita euenturum eſſet, tum mallē profecto illum iamiam interire.

Amoris affectus peſſimus conſultor.

Sed

Sed ingenuus vultus, generoſus animus, & excellens illius forma mihi perſuadent ac pollicẽtur, illum fore nihil minus quàm ingratum. Quin etiã obligabitur iureiurãdo priuſquàm à me iuuetur, quamuis alioqui ſeruaturus ſit fidem, vtpote ſummo beneficio deuinctus. Sed quid mecum diu diſputo? metuo quę non ſunt metuenda. Ille me legitimo matrimonio ſibi iunctam adducturus eſt in Græciam, vbi ero celebris & honorata. Ergò diſcedens deſeram ego patriam & parentem? Quid tum: pater enim eſt aſper, durus, & immanis, & patria eſt barbara. Hanc mutabo meliore & cultiore terra, magnam nominis celebritatem conſequutura apud humaniſſimas gentes. hac nimirum laude, quòd ipſa Græcorum ſalutem patriæ & parẽti anteferre non dubitarim: Quodque adhuc pluris facio, habitura ſum talem maritum, quem cum omnibus opibus & regnis non commutarim. Sed nauigatio ſubeũda deterret me. audio enim in mari eſſe monſtra neſcio quæ. Ego verò nihil moror pericula quæcunq; mihi ſubeunda ſunt. ero enim in complexu & gremio ipſius Iaſonis ſecura, &c.

Porrò in fine huius diſputationis apud Ouidium duo adhuc obſeruanda ſunt: alterum, quoòd ait:

-ſpecioſaq; nomina culpæ
Imponis Medeatuæ, &c.

Nam plerunq; fit, vt ſceleratè factis honeſti

& ſpecioſi tituli præbeãtur. alterum quòd fingitur ratio quidem vincere affectus, ſed oculorum ſenſus dare rurſus vires affectibus.

Ecce adamanteis Vulcanum naribus, &c.

Cuſtodes AEëtæ cur tauri dicti.

Tauros igneim efflantes Diodorus Siculus ſcribit AEëtæ regis cuſtodes fuiſſe, quos ex Taurica adductos ob immane corporis robur & animi ferociam Colchi nomine taurorum appellarint. Vnde non dubium eſt & Draconem fuiſſe primarium quempiã virum & principem apud Colchos, cuius nomen Poëtæ ſimili modo ad animantis fabulam traduxerũt.

Inteſtina diſſidia.

Per lementem intelligẽda ſunt inteſtina Colchorum diſſidia, quæ Argonautis bono & cõmodo fuerunt.

FABVLA II.
De nouata AEſonis iuuentute.

AEmoniæ matres pro natis dona receptis,
Grandæuiq; ferunt patres, congeſtaq; flamma
Thura liquefaciunt, indutaq; cornibus aurum
Victima, vota facit: ſed abeſt gratantibus Æſon,
Iam propior letho, feſſuſq; ſenilibus annis.
Tum ſic Æſonides, O cui debere ſalutem
Confiteor, coniux: quanquam mihi cuncta dediſti,
Exceſſitq; fidem meritorum ſumma tuorum:
Si tamẽ hoc poſſũt (quid enim nõ carmina poſſunt?)
Deme meis annis, & demptos adde parenti,

Erga ſe impiũ qui erga aliũ eſſet pius.

Nec tenuit lachrymas. mota eſt pietate rogantis:
Diſſimilemq; animum ſubijt pater Æta relictus.

Non

Non tamen affectus tales confessa, Quod, inquit,
Excidit ore tuo coniux scelus? ergo ego cuiquam
Posse tuæ videor spatium transcribere vitæ? Transmouere, differre. Metaph. ab ijs qui nomina siue pecuniam alijs creditoribus transcribunt.
Non sinat hoc Hecate: nec tu petis æqua: sed isto
Quod petis, experiar maius dare munus Iason.
Arte mea soceri longum tentabimus æuum,
*Non annis * renouare tuis: modo Diua triformis* * reuocare.
Adiuuet, & præsens ingentibus annuat ausis.
Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent,
Efficerentq; orbem. postquam plenissima fulsit,
Et solida terras spectauit imagine Luna,
Egreditur tectis vestes induta recinctas,
*Nuda pedem, * nudis humeris infusa capillos:* * nudos.
Fertq; vagos mediæ per muta silentia noctis
Incomitata gradus. homines, volucresq;, feraeq;
Soluerat alta quies. nullo cum murmure serpens
**Sopitæ similis: nullo cum murmure serpit:* * Sopito.
Immotæq; silent frondes, silet humidus aër:
Sydera sola micant: ad quæ sua brachia tendens,
Ter se conuertit, ter sumptis flumine crinem
Irrorauit aquis, ternis & hiatibus ora
Soluit: & in dura summisso poplite terra,
Nox, ait, arcanis fidissima, quæq; diurnis
Aurea cum Luna succedit ignibus astra,
Tuq; triceps Hecate, quæ cœptis conscia nostris,
Adiutrix venis, cantusq; arteq; Magorum, Veneficarum Dea est Hecate.
Quæq; Magos tellus pollentibus instruis herbis,
Auræq; & venti, montesq;, amnesq;, lacusq;,
Diq; omnes nemorum, Diq; omnes noctis adeste:
Quorum ope, cùm volui, ripis mirantibus, amnes

In fontes rediêre suos, concussaq; sisto,
Stantia concutio cantu freta, nubila pello,
Nubilaq; induco: ventos abigo, q; vocoq;:
Vipereas rumpo, & verbis, & carmine fauces:
Viuaq; saxa: sua conuulsaq; robora terra,
Et syluas moueo: iubeoq; tremiscere montes:
Et mugire solum, manesq; exire sepulchris:
* Te mesæa. *Te quoq; Luna tra i: quanuis * temerata labores*
Aera tuos minuant: currus quoq; carmine nostro
Lunæ sub. Nam Luna curru vehitur, vt Sol. *Pallent, ac pallet nostris Aurora venenis.*
Vos mihi taurorum flammas hebetastis, & vnco
Haud patiens oneris collum pressistis aratro.
Vos serpentigenis in se fera bella dedistis,
* rudem somno: alias rubrum. *Custodemq; * rudem somni sopistis, & aurum*
Vindice decepto Graias misistis in vrbes.
Nunc opus est succis, per quos renouata senectus
In florem redeat, primosq; recolligat annos.
Et dabitis: neque enim micuerunt syderа frustra,
Nec frustra volucrum tractus ceruice draconum
Currus adest. aderat demissus ab æthere currus.
Quò simul ascendit, frænataq; colla draconum
Permulsit, manibusq; leues agitauit habenas.
Thessaliæ montes. *Sublimis rapitur, subiectaq; Thessala Tempe*
* cretis, pro, secretis, ac se motis. *Despicit & * visis regionibus applicat angues:*
Et quas Ossa tulit, quasq; altus Pelion herbas,
Apostrophe ad fluuium, quem non sine munere fuisse dicit. *Othryxq;, & Pyndus, & Pindo maior Olympus,*
Perspicit, & placitas partem radice reuellit,
Partim succidit curuamine falcis ahenæ.
Multa quoq; Apidani placuerunt graminaripis,
Multa quoq; Amphrysi: nec eras immunis Enipeu

Necnon

Necnon Penëus, necnon Sperchiades undæ
Contribuere aliquid, iuncosáq; littora Bœbes.
Carpsit & Euboïca uiuax Anthedone gramen
Nondum uulgatum mutato corpore Glauci.
Nona dies illam curru, pennisq; draconum,
Nonaq; nox omnes lustrantem uiderat agros. Dracones iuuenescunt odore herbarũ Medeæ.
Cùm rediit, nec erant tacti, nisi odore, dracones
Et tamen annosæ pellem posuere senectæ.
Constitit aduenies citra limenq;, foresq;,
Et tantùm cœlo tegitur, refugitq; uiriles
Contactus: statuitq; aras è cespite binas,
Dexteriore Hecates, at læua parte inuentæ.
Has ubi uerbenis, syluaq; incinxit agresti,
Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultrosq; in guttura uelleris atri
Conijcit, & patulas perfundit sanguine fossas.
Tum super inuergens liquidi carchesia uini,
Alteraq; inuergens tepidi carchesia lactis,
Verba simul fundit, terrenaq; numina poscit, *lenit.
Vmbrarumq; rogat raptæ cum coniuge Regem,
Ne properent artus anima fraudare senili.
Quos ubi placauit precibusq;, & murmure longo,
Æsonis effœtum proferri corpus ad aras
Iussit, & in plenos resolutum carmine somnos
Exanimi similem stratis porrexit in herbis.
Hinc procul Æsonidẽ, procul hinc iubet ire mini-
Et monet arcanis oculos remouere profanos. (stros
Diffugiunt iussi, sparsis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras.
Multifidaq; faces in fossa sanguinis atri

Tingit, & infectas geminis accendit in aris.

Hæc tria purgationibus olim adhibebantur.

Ter q3 senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.
Interea calido positum medicamen aheno
Feruet, & exultat, spumisq3 tumentibus albet.
Illic Æmonia radices valle resectas,
Seminaq3, & flores, & succos incoquit atros.
Adijcit extremo lapides Oriente petitos,
Et quas Oceani refluum mare lauit arenas.

Humiditatũ enim autor est Luna.

Addidit exceptas Lunæ de nocte pruinas,
Et Strigis infames ipsis cum carnibus, alas,
Inq3 virum soliti vultus mutare ferinos
Ambigui profecta lupi. nec defuit illi
Squamea Cinyphij tenuis membrana Chelyndri,
Viuaciq3 iecur cerui; quibus insuper addit

* fœdera.

*Ora, caput q3 nouem cornicis * secula passæ.*
His & mille aliis postquam sine nomine rebus
Proposituminstruxit mortali Barbara munus,
Arenti ramo iampridem mitis oliuæ
Omnia confudit, summisq3 immiscuit ima.
Ecce vetus calido versatus stipes aheno

Aridus oliuæ ramus reuiuiscit.

Fit viridis primò, nec longo tempore frondes
Induit, & subitò grauidis oneratur oliuis.
At quacunque cauo spumas eiecit aheno

Guttæ aquæ in flores.

Ignis & in terram guttæ cecidere calentes,
Vernat humus, floresq3, & mollia pabula surgunt.
Quæ simul ac vidit, stricto Medea recludit
Ense senis iugulum, veteremq3 exire cruorem

AEson ex decrepito iuuenis.

Passa, replet succis. quos postquã combibit Æson,
Aut ore acceptos, aut vulnere, barba comaq3
Canitie posita, nigrum rapuere colorem.

Pulsa

Pulsa fugit macies: abeunt pallor q̃, situs q̃:
Adiecto q̃ cana supplentur corpore ruga:
Membra q̃ luxuriant. Æson miratur, & olim
*Ante quater denos *hunc se reminiscitur annos,*
Dissimilem q̃ animum subijt, ætate relicta.

*nunc.

SAB. IN FAB. II.

CErtos homines effici quotannis lupos, & rursus ad pristinum habitum redire, vulgò persuasum est. Tales refert Herodotus esse apud Neurios Scythiæ populos. Et hîc quoq; apud Bóruſſos fama est tales inucniri: è quibus nuper vnus fuit captus, & Duci Prussiæ adductus à rusticis, quorum iumenta dilaniasse credebatur. Erat homo deformis: nec multum absimilis feræ: habebatq; vulnera in facie, quæ dicebatur accepisse morsus à canibus, vbi fuisset mutatus in lupum. Is à quibusdam, quibus Princeps id negocij dederat, interrogatus, aiebat, se quotannis bis ita mutari solitum: primò circa natalem Christi; deinde circa festum Ioannis Baptistæ: illisq́ue temporibus se efferari, & cogi impetu quodam naturæ versari in syluis inter lupos. maximo autem horrore & languore corporis se affici, antequam pili erumperent & forma mutaretur. Hæc affirmanti credita sunt: sed cum ad explorandam rei veritatem diu captus in arce detineretur, ac diligenter obseruaretur à custodibus carceris, an aliquando effi-

De hominibus in lupos & rursus in homines mutatis.

ceretur lupus, retinuit ſemper eandem formam quam habuit. is fuit exitus fabulæ. Vnde conſtat ea quæ de ambiguis lupis narrantur eſſe falſa, vtpote quæ homines mente capti ſibi imaginantur.

Veteremque exire, &c.

De balneis & fontibus vbi ſenes lauantes iuueneſcunt.

Non eſt abſimile figmentum quod extat rythmis Germanicis nuper Noribergæ editum de quodam balneo, vbi ſenes & vetulæ lauantes iuueneſcant. item quod in hiſtoria orbis nuper inuenti legitur, nempe in Bonnica inſula eſſe fontem, qui homines effœtos reſtituat: nec tamen canos mutet, nec tollat rugas iam contractas: cuius tamen fontis meminit vt rei nequaquàm fictæ, in ſuis decadibus Petrus Martyr Angerius Mediolanenſis, ſcriptor hiſtoricus. Quin etiam noui quẽdam impoſtorem, qui accepta ingenti pecunia olim perſuaſerat Carolo Geldriæ Duci, ſenio confecto, ſe præparaturum ei aurum potabile, quo ita recrearetur, vix vt quadragenarius videretur. Hæc ſunt ſimilia & cognata huic fabulæ de AEſone cocto, & in iuuenem reſtituto. Ferunt autem Medeam inſtituiſſe quædam exercitia, quibus mollia & effœminata corpora redderentur vegeta & robuſta. Hinc fama eſt, effœtis corporibus ætatem florentem reſtituiſſe. Quanquàm & credibile eſt Medeam ſalubri medicamento prorogaſſe vitàm AEſoni in perdita valetudine affectaque ætate:

fuit

fuit enim ipsa herbarum & artis Medicæ perita.

FABVLA III.

De Liberi nutricibus in iuuentutem reductis.

VIderat ex alto tanti miracula monstri (nos
Liber, & admonitus iuuenes nutricibus an-* * nyseidibus.
Posse suis reddi, capit hoc à Colchide munus.

FABVLA IIII.

De Pelia astu Medeæ à filiabus suis interempto.

NEue doli cessent, odium cum coniuge falsum
Phasias assimulat, Peliaq; ad limina supplex
Confugit: atq; illã (quoniã grauis ipse senecta est)
Excipiunt natæ: quas tempore callida paruo
*Colchis amicitiæ *fallacis imagine cepit.* * mendacis.
Dumq; refert inter meritorum maxima demptos
Æsonis esse situs, atque hac in parte moratur, squallorem, rugas, senium
Spes est virginibus Pelia subiecta creatis
Arte suum parili reuirescere posse parentem:
*Idq; petunt: *pretiumq; iubent sine fine pacisci.* *iuuenes pretium fine. &c.
Illa breui spatio silet, & dubitare videtur,
Suspendit q; animos ficta grauitate rogantum.
Mox vbi pollicita est, Quò sit fiducia maior
Muneris huius, ait, qui vestri maximus æuo est
Dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur, flexo circum cauа tempora cornu:
Cuius vt Æmonio marcentia guttura cultro
Fodit, & exiguo maculauit sanguine ferrum,
Membra simul pecudis, validos q; venefica succos

Mergit in ære cauo. minuunt ea corporis artus,
Cornuaq́ exurunt, nec non cum cornibus annos:
Aries in agnum. *Et tener auditur medio balatus aheno.*
Nec mora, balatum mirantibus, exilit agnus,
Lasciuitq́ fuga, lactantiaq́ vbera quærit.
Obstupuere satæ Pelia: promissaq́ post quam
Iberus Hispaniæ fluuius. *Exhibuere fidem, tum verò impensius instant.*
Ter iuga Phœbus equis in Ibero flumine mersis
Dempserat, & quarta radiantia nocte micabant
Sidera, cùm rapido fallax Æetias igni
Imponit purum laticem, & sine viribus herbas.
Iamq́ neci similis resoluto corpore, regem,
Et cum Rege suos custodes somnus habebat,
Quem dederat cantus, magicæq́ potentia linguæ.
Intrarant iussæ cum Colchide limina natæ,
Ambierantq́ torũ, Quid nunc dubitatis inertes?
Stringite, ait gladios, veteremq́ haurite cruorem,
Vt repleam vacuas iuuenili sanguine venas.
In manibus vestris vita est, ætasq́ parentis.
Si pietas vlla est, nec spes agitatis inanes,
Officium præstate patri, telisq́ senectam
Exigite, & saniem conecto emittite ferro.
His, vt quæq́ pia est, hortatibus impia prima est,
Et ne sit scelerata, facit scelus. haud tamen ictus
Vlla suos spectare potest, oculosq́ reflectunt.
Cæcaq́ dant sæuis auersæ vulnera dextris.
Ille cruore fluens, subitò tamen alleuat artus,
Semilacerq́ toro tentat consurgere, & inter
Pelias à suis filiabus occiditur. *Tot medius gladios pallentia brachia tendens,*
Quid facitis natæ? quis vos in fata parentis
Armat?

Armat? ait. Cecidere illis animiq́, manuſq́.
Plura locuturo cùm verbis guttura Colchis
Abſtulit, & calidis laniatum merſit in vndis.

SAB. IN FAB. IIII.

HAEc fabula, quemadmodum docet Erasmus Roterodamus, non intempestiuè narrari potest vbi quis falsa spe ductus, non solùm inanem sumit operam, sed etiam maximum damnum facit: perinde ac si quis artem, quam vocant Alchimicam, exerceat. Nam veluti Peliæ regis filiæ à Medea persuasæ patrem dum student ad iuuentam reuocare, lebeti feruenti impositum necant ac perdunt: ita ille ab impostoribus persuasus & arte fretus, dum sibi promittit futurum, vt è stanno fiat argentum, & ex ære aurum, perdit omnem operam & opes quas impendit.

Falsa spe ducti, & inanem operam sumunt & maximum damnum faciunt.

FABVLA V. VI. VII. VIII. ET IX.
De Cerambo in auem.

QVæ nisi pennatis serpentibus isset in auras,
Non exempta foret pœnæ. fugit alta, superq́,
Pelion vmbrosum, Philyræaq́, tecta, superq́,
Othryn, & euentu veteris loca nota Cerambi.
Hic ope Nympharum sublatus in aëra pennis,
Cùm grauis infuso tellus foret obruta ponto,
Deucalionéas effugit inobrutus vndas.
Æoliam Pitanen à læua parte reliquit,
Factaq́, de saxo longi simulacra draconis,

Cerambus in auen.
Draco in saxum.

Idæumq; nemus, quo nati furta, iuuencum
Occuluit Liber falsi sub imagine cerui.
Quaq; pater Corythi parua tumulatus arena.
*Et quos Mæra nouo *lustratu terruit agro.*

*lustratu.

SAB. IN FAB. V. VI. VII. VIII. ET IX.

QVisquis hic fuit Cerambus, fingitur (vt opinor) transformatus propter similitudinem nominis in scarabeum, quem Græci per nominis fictionem vocant Cerambum quasi cornua habentem. Habet enim Scarabeus longa & ramosa cornua. Cur verò fingatur tempore diluuij pennis tanquàm alter Pegasus in altum sublatus & conseruatus à Nymphis, id relinquo ociosis ingenijs inquirendum. est enim obscura & ignobilis fabula, quales sunt & cæteræ ferè omnes quas Ouidius hîc obiter attingit in describenda Medeæ fuga ad AEgeum, neque explicat.

FABVLA X. XI. ET XII.
De Coæ matronis in boues, & Ialisijs in scopulos.

Coæ matronę quòd Iunoni conuitiabantur in boues.

Euripyliq; vrbem, qua Coæ cornua matres
Gesserũt, tũc cùm discederet Herculis agmẽ.
Phœbeamq; Rhodon, & Ialysios Telchinas,
*Quorum oculos ipso *mutantes omnia visu*
Iupiter exorsus, fraternis subdidit vndis.
Transit & antiquæ Cathæia mœnia Cææ.
Qua pater Alcidamas placidam de corpore natæ
Miraturus erat nasci potuisse columbam.

*vitiantes.

SAB.

SAB. IN FAB. X. XI. ET XII.

IAlysij propter insignē improbitatem à græcis cognominati sunt Telchines, sicut olim in littore Italico dicti sūt à latrocinijs Lestrygones. Vocantur enim Telchines apud Græcos mali Genij, qui homines illectos circumueniunt, ab eo quod est demulcere. Erant autem Ialysij, vt Diodorus scribit, fascinatores & malefici, qui nubes, imbres, grandinem & niuem inducebant ad afferendam vicinis calamitatem, propter quam improbitatem iusto Dei iudicio tandem puniti sunt: Nam Ialysus insulæ Rhodi vrbs, in qua habitabant, submersa est inundatione maris.

Telchines.

Ialysij.

Fascinatorū & maleficarum pœna.

FABVLA XIII. ET XIIII.
De Lygno in auem, & Hyrie in stagnum.

INde lacus Hyries videt, & Cycneia Tempe,
Quæ subitus celebrauit olor. nam Phyllius illic
Imperio pueri, volucresq́3, ferumq́3 leonem
Tradiderat domitos: taurum quoq3 vincere iussus
*Vicerat, & *spreto toties iratus amore*
Præmia poscenti taurum suprema negauit.
Ille indignatus, Cupies dare, dixit, & alto
Desiluit saxo. cuncti cecidisse putabant.
Factus olor niueis pendebat in aëre pennis.
At genitrix Hyrie seruatum nescia, flendo
Delicuit, stagnumq́3 suo de nomine fecit.

Epitheton ab euentu.

*stricto toties iratus amori.

Hyries filius in cycnum.

FABVLA XV. XVI. XVII. XVIII. ET XIX.

De Combe in auem, & Menephronte in feram.

*Bauron. Combe in auem.

A Diacet his Pleuron, in qua trepidãtibus alis*
Ophius effugit natorum vulnera Combe.
Inde Calaureæ Latoïdos aspicit arua,
In volucrem versi cum coniuge conscia Regis.
Dextera Cyllene est, in qua cũ matre Menephrõ
Concubiturus erat, sæuarum more ferarum.
Cephísonprocul hinc, deflentem fata nepotis,
Respicit in tumidam Phocen ab Apolline versi,
*Pometiliq; *Eumeliq3 domum lugentis in aëre natam.

FABVLA XX. ET XXI.

De Medea Creusam cum patre incendente; & natos suos interimente.

TAndem vipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit. hic æuo veteres mortalia primo
Pluuiales fungi in homines Corpora vulgarunt pluuialibus edita fungis.
Sed postquam Colchis arsit noua nupta venenis,
Flagrantemq3 domum Regis malè vidit: vtroque
Sanguine natorum perfunditur impius ensis,
Vltaq3 se male mater, Iasonis effugit arma.
Equos vnà cũ curru dicitur à Sole seu Titane accepisse. Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces, quæ te iustissime Phineu,
Teq3 senex Periphas pariter videre volantes,
Innixamq3 nouis neptem Polyphemonis alis.

SAB. IN FAB. XX. ET XXI.

Cur homines dicantur apud Corynthum è fungis nati.

APud Corinthum antiquitus homines feruntur ex fungis nati; ob primæuos incolas illius loci stultos & fatuos. nam fungi prouerbio

uerbio dicuntur ſtolidi & ſtulti.

Sed poſtquàm Colchis, &c.

Iaſonis & Medeæ diuortium, eorumque liberorum triſtis ac miſerabilis interitus, oſtẽdit connubia, quæ inuitis vel deſertis parentibus ineuntur, non eſſe firma & fœlicia. Poſtquàm enim æſtus amoris deferbuit, amor in odium & iram conuertitur: vnde poſtea magnæ calamitates exiſtunt. Facto autem diuortio Iaſon Creontis filiam duxit: quam iniuriam Medea crudeliter vlta, non ſolum filiam Creontis incendio perdidit, ſed etiam ſuos ipſamet liberos iugulauit: adeò ira, amor & crudelitas in ea exarſerant.

Infelices exitus connubiorum, quæ inuitis vel deſertis parentibus ineuntur.

FABVLA XXII.
De ſpuma Cerberi in aconitum

EXcipit hanc Ægeus, facto damnandus in vno:
Nec ſatis hoſpitium eſt: thalami quoq; fœdere
Iamq; aderat Theſeus, proles ignara parẽti, (iũgit.
**Qui virtute ſua bimarem pacauerat Iſthmon.*
Huius in exitium miſcet Medéa, quod olim
Attulerat ſecum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidneæ memorant è dentibus ortum
Eſſe canis. Specus eſt tenebroſo cæcus hiatu,
Et via decliuis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem, contraq; diem, radioſq; micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis
Cerberon attraxit: rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras,

Ignota. *Et.

Herba eſt præſentiſſimi veneni.

Cerberi ex Echidna monſtro nati.

Et ſparſit virides ſpumis albentibus agros.

Spuma Cerberi in aconitum.

Has concrẽſſe putant, nactaſq; alimenta feracis,
Fœcundiq; ſoli vires cepiſſe nocendi.

Plinius li. 27. ca. 3. aliam nominis rationẽ aſſignat.

Quæ quia naſcuntur dura vinacia caute,
Agreſtes Aconita vocant. ea coniugis aſtu
Ipſe parens Ægeus nato porrexit, vt hoſti.
Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra,
Cùm pater in capulo gladij cognouit eburno
Signa ſui generis, facinuſq; excuſſit ab ore.
Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

FABVLA XXIII.

De Theſei geſtis, & Scyronis oſſibus in ſcopulos.

AT genitor quanquàm lætatur ſoſpite nato,
*Attonitus tamen eſt *ingẽs diſcrimine paruo*

* geniti.

Committi potuiſſe nefas, fouet ignibus aram,
Muneribuſq; Deos implet: feriuntq; ſecures
Collatoroſa boum vinctorum cornua vittis.

* gentie. Athenienſibus ab Erechtheo rege dictis.

Nullus Erichthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies. agitant conuiuia patres,
Et medium vulgus: necnon & carmina, vino

Theſei geſta.

Ingenium faciente, canunt. te maxime Theſeu
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri:
Quodq; ſuam ſecurus arat Cremyona colonus,
Munus opuſq; tuum eſt. tellus Epidauria per te

Nam & Clauæ ſuæ Gorynæ nomen Periphetas indidit.

Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem Cephyſias ora Procruſten.
Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleuſis.
Occidit ille Scinis, magnis male viribus vſus,
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto

Ad

Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoïn Lelegeïa mœnia limes
Compoſito Scirone patet: ſparſiſq; latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus vnda.
Quæ iactata diu fertur duraſſe vetuſtas. Scironis oſſa in ſcopulos.
In ſcopulos: ſcopulis nomen Scironis inhæret.
Si titulos, annoſq; tuos numerare velimus,
Facta prement annos. pro te fortiſſima vota Theſcia feſta.
Publica ſuſcipimus: Bacchi tibi ſumimus hauſtus.
Conſonat aſſenſu populi, precibuſq; fauentum
Regia: nec tota triſtis locus vllus in vrbe eſt.

SAB. IN FAB. XXIII.

THeſei temporibus tota ferè Græcia fuit infeſta latrocinijs. In Marathone, qui eſt campus Atticæ, latrocinabatur quidam Cretenſis, cui nomen Tauro. In Cromione vico non procul à Corintho quædam pugnax mulier, nomine Fhæa, quam propter feritatem ac turpiſſimos mores vulgus ſuem appellabat. Alij item diuerſis in locis: vt Peripheta, Procuſtes, Cercyon, & Sinis: quos omnes perſecutus Theſeus, morte mulctauit: eaq; virtute, ac ſingulari in Rempublicam beneficio, immortalem gloriam conſecutus eſt. Dignum profectò exemplum quod noſtri Principes gloriæ cupidi imitarentur.

FABVLA XXIIII.

De Arne in monedulam.

Epiphonema ex 4. Argonauticon Apollonij.

NEc tamẽ (vſq; adeò nulla eſt ſyncera voluptas
Sollicitũq; aliquid lætis interuenit) Ægeus
Gaudia percepit, nato ſecura recepto.
Bella parat Minos, qui quãquàm milite, quãquàm
Claſſe valet, patria tamen eſt firmiſſimus ira,

Ex inuidia per inſidias interfecti ab AEgeo.

Androgeiq; necem iuſtis vlciſcitur armis,
Antè tamen bello vires acquirit amicas,
Quaq; patẽt aditus, volucri freta claſſe pererrat.
Hinc Anaphen ſibi iungit, & Aſtypaleïa regna.
Promiſſis Anaphen, regna Aſtypaleïa bello.
Hinc humilem Myconen, cretoſaq; rura Cimoli,

Oyrum, Syphnon.

*Florentem, Cythnon, Cypron, *planamq; Seriphon,*

* paruamque.

Marmoreamq; Parõ, quãq; impia prodidit Arne

Arne in monedulam.

Sitonis, accepto, quod auara poposcerat, auro.
Mutata eſt in auem, qua nunc quoq; diligit aurũ,

* Rubra.

** Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.*

FABVLA XXV.

De formicis in homines ſiue Myrmidones mutatis.

AT nõ Oliaros, Didymeq;, & Tenos, & Andros

* Cyaros.

*Et * Gyaros, nitidaq; ferax Peparethos oliua,*
Gnoſiacas inuêre rates. latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit, Æacidéia regna.
Oenopiam veteres appellauere: ſed ipſe
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit, tantaq; virum cognoſcere fama
Expetit, occurrunt illi, Telamonq;, minorq;
Quàm Telamon Peleus, & proles tertia Phocus,

Ipſe

Ipſe quoq; egreditur tardus grauitate ſenili
Æacus, & quæ ſit veniendi cauſa requirit.
Admonitus patrij luctus ſuſpirat, & illi
Dicta refert rector populorum talia centum,
Arma iuues oro pro nato ſumpta, piæq;
Pars ſis militiæ. tumulo ſolatia poſco.
Huic Aſopiades, Petis irrita, dixit, & vrbi
Non facienda meæ. neq; enim coniunctior vlla
Cecropidis hac eſt tellus. ea fœdera nobis.
Triſtis abit, Stabuntq; tibi tua fœdera magno,
Dixit: & vtilius bellum putat eſſe minari,
Quàm gerere, atq; ſuas ibi præconſumere vires.
Claſſis ab Oenopijs etiam nunc Lyctia muris
Spectari poterat, cùm pleno concita velo
Attica puppis adeſt, & portus intrat amicos,
Quæ Cephalum, patriæq; ſimul mandata ferebat.
Æacidæ longo iuuenes poſt tempore viſum
Agnouere tamen Cephalum, dextraſq; dederunt,
Inq; patris duxere domum. Spectabilis heros,
Et veteris retinens etiam nunc pignora formæ
Ingreditur, ramumq; tenens popularis oliuæ,
Et dextra, læuaq; duos ætate minores
Maior habet, Clyton & Buten Pallante creatos.
Poſtquàm congreſſi primi ſua verba tulerunt
Cecropidæ, Cephalus peragit mandata, rogatq;
Auxilium, fœduſq; refert, & iura parentum,
Imperiumq; petit totius Achëidos addit.
Sic vbi mandatam iuuit facundia cauſam,
Æacus in capulo regni nitente ſiniſtra,
Ne petite auxilium, ſed ſumite, dixit Athena.

Minos rex Cretæ quæ centum olim vrbes habuiſſe fertur.

Oliua, pacis auxiliiq; petendi ſignum erat.

*dubiæ Nec *dubiè vires, quas hac habet insula, vestras
*Dicite. *Ducite, & omnis eat rerum status iste mearum.
Robora non desunt: superat mihi miles, & hosti.
Gratia Dijs: felix, & inexcusabile tempus.
Imo ita sit Cephalus, crescat tua ciuibus opto
Vrbs, ait, aduenienscquidem modò gaudia cepi,
Cùm tam pulchra mihi, tam par ætate iuuentus
Obuia processit: multos tamen inde requiro,
Quos quondam vidi vestra prius vrbe receptus.
Æacus ingemuit, tristiq; ita voce locutus:
*Debile. *Flebile principium: melior fortuna secuta est.
Hanc vtinam vobis possem memorare: sine vllo
Narratio. Ordine nunc repetã, neu longa ambage morer vos:
Ossa, ciniq; iacent, memori quos mente requiris,
Minima. Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira Iunonis iniquæ
AEgina. Incidit exosa dictas à pellice terras.
Dum visum est mortale malum, tantaque luebat
Causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi.
*opes victæq; iacebant. Exitium superabat *opem, quæ victa iacebat.
Principiò cœlum spissa caligine terras
Pressit, & ignauos incluſit nubibus æstus.
Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna, quater, plenum tenuata retexuit orbem,
Letiferis calidi spirarunt æstibus Austri.
Pestilentiæ scita descriptio. Constat & in fontes vitium venisse, lacusq;,
Milliaq; incultos serpentum multa per agros
Errasse, atque suis fluuios temerasse venenis.
Strage canum primò, volucrũq;, auiumq;, boumq;,
Inq; feris subiti deprensa potentia morbi est.

Concidere

Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medioq3 recumbere sulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros,
Sponte sua lanæq3 cadunt, & corpora tabent.
Acer equus quondam, magnæq3 in puluere famæ
Degenerat: palmæ, veterumq3 oblitus honorum,
*Ad præsepe gemit *morbo moriturus inerti.*
*Non aper irasci meminit, *nec fidere cursu*
Cerua, nec armentis incurrere fortibus vrsi.
Omnia languor habet: syluis, agrisq3, viisq3
*Corpora fœda iacent: vitiantur odoribus *auræ.*
Mira loquar: non illa canes, auidæq3 volucres,
Non cani tetigere lupi. dilapsa liquescunt,
Afflatuq3 nocent, & agunt contagia latè.
Peruenit ad miseros damno grauiore colonos
Pestis, & in magna dominatur mœnibus vrbis.
*Viscera torrentur primò, *flammaq3 latentis*
Indicium rubor est, & ductus anhelitus igni.
Aspera lingua tumet, tepidisq3 arentia ventis
Ora patent, auraq3 graues captuntur hiatu.
Non stratum, non vlla pati velamina possunt:
Dura sed in terra ponunt præcordia: nec sit
Corpus humo gelidũ, sed humus de corpore feruet.
Nec moderator adest: inq3 ipsos sæua medentes
Erumpit clades, obsuntque auctoribus artes.
Quò proprior quisque est, seruitq3 fidelius ægro,
*In partem lethi citius venit, *vtq3 salutis*
Spes abiit, finemq3 vident in funere morbi:
Indulgent animis, & nulla, quid vtile, cura est.
Vtile enim nihil est. passim positaq3 pudore

*letho.
Hic locus desumptus est ex Virgilio de equo bellatore ignaua morte vitam amittente.
Protozeugma.
*non.
*herbæ.
*flammisque fatiscunt.
*atque.

Fontibus, & fluuijs, puteiſq́ capacibus hærent.
Nec ſitis eſt extincta prius, quàm vita, bibendo.
* multi. *Inde graues *morbo nequeunt conſurgere, & ipſis*
Immoriuntur aquis: aliquis tamen haurit & illas.
Tantaq́ ſunt miſeris inuiſi tædia lecti:
* conſurgere. *Proſiliunt, aut ſi prohibent *conſiſtere vires,*
Corpora deuoluunt in humum: fugiunt q́ penates
Quiſq́ ſuos: ſua cuiq́ domus funeſta videtur.
* totus. *Et quia cauſa latet, locus eſt in crimine *notus.*
Semianimes errare vijs, dum ſtare valebant,
Aſpiceres, flentes alios, terraq́ iacentes.
Laſſaq́ verſantes ſupremo lumina motu.
Membraq́ pendentis tendunt ad ſidera cœli,
Hîc, illic, vbi mors deprenderat, exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit, aut quid debuit eſſe?
* Ni. **Vt vitam odiſſem, & cuperem pars eſſe meorum.*
Quo ſe cunque acies oculorum flexerat, illic
Vulgus erat ſtratum: veluti cùm putria motis
* agitataq́; *Poma cadunt ramis, *agitataq́ illice glandes.*
Templa vides contrà gradibus ſublimia longis,
Iupiter illa tenet. quis non altaribus illis
* dicit. *Irrita thura dedit? quoties pro coniuge coniux,*
*Pro nato genitor, dum verba precantia *dixit,*
Non exoratis animam finiuit in aris,
Inq́ manu thuris pars inconſumpta reperta eſt?
Admoti quoties templis, dum vota ſacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum,
Mero in ſacrificiis, vt nos, priſci vtebantur. *Haud expectato ceciderunt vulnere tauri?*
Ipſe ego ſacra Ioui promę, patriaq́, tribuſq́
Cum facerem natis, mugitus victima diros

Edidit

Edidit, & subitò collapsa, sine ictibus vllis,
**Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.*
Fibra quoque aegra notas veri, monitusq; Deorum
Perdiderat: tristes penetrant ad viscera morbi.
Ante sacros vidi proiecta cadauera postes,
Ante ipsas, quò mors foret inuidiosior, aras.
Pars animam laqueo claudunt, mortisq; timorem
Morte fugant, vltroq; vocant venientia fata.
Corpora missa neci nullis de more feruntur
Funeribus. neque enim capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos, & iam reuerentia nulla est:
Deq; rogis pugnant, alienisq; ignibus ardent.
Quilachryment desunt, indefletaq; vagantur
**Natorũ, matrumq; animæ, iuuenumq; senumq;*
Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miserarum turbine rerum,
Iupiter, ô dixi, si te non falsa loquuntur
**Æginæ amplexus quondam sub Asopidos isse,*
Nec te Magne pater, nostri pudet esse parentem,
Aut mihi redde meos, aut me quoq; cõde sepulchro.
Ille notam fulgore dedit, tonitruq; secundo.
Accipio: sintq; ista precor felicia mentis
Signa tuæ, dixit, quæ das mihi pignoris omen.
Fortè fuit iuxta patulis rarissima ramis
Sacra Ioui quercus de semine Dodonæo.
Hîc nos frugilegas aspeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugosoq; suum seruantes cortice callem.
Dum numerũ miror, Totidem pater optime, dixi,

* Hoc etiam Ouidius mutuatus est à Virgilio de hostia exangui, & ad aras concidente sine ictu.

* Natorumq; virûmque.

* Alias sic, Isse sub amplexus AEginæ Asopidos olim.

Laus à loco.

Antitheton.

Tu mihi da ciues, & inania mœnia ſupple.
Intremuit, ramiſq; ſonum ſine flamine motis
*Alta dedit quercus. Pauido mihi membra *timore*
*pudore.
Horruerant ſtebantq; comæ: tamen oſcula terræ,
Roboribuſq; dedi. nec me ſperare fatebar:
Sperabam tamen: atque animo mea vota fouebam.
Nox ſubit, & curis exercita corpora ſomnus
Occupat, ante oculos eadem mihi quercus adeſſe,
*Et *ramos totidem, totidemq; animalia ramis*
*rami.
Ferre ſuis viſa eſt, pariterq; tremiſcere motu,
Graniferumq; agmen ſubiectis ſpargere in aruis.
*Creſcere * quod ſubitò, maius maiuſq; videtur,*
* dehine.
Ac ſe tollere humo, rectoq; aſſiſtere trunco,
Et maciem numerumq; pedum, nigrumq; colorem
Ponere, & humanam membris inducere formam.
Somnus abit: damno vigilans mea viſa, querorq;
In ſuperis opis eſſe nihil. at in ædibus ingens
Murmur erat, voceſq; hominũ exaudire videbar
Iam mihi deſuetas: dum ſuſpicor has quoque ſomni
Eſſe, venit Telamon properus, foribuſq; reclusis,
Speq;, fideq; pater, dixit, maiora videbis.
Egredere. egredior: qualeſq; in imagine ſomni
Viſus eram vidiſſe viros, ex ordine tales
Aſpicio, noſcoq; adeunt, regemq; ſalutant.
Vota Ioui ſoluo, populiſq; recentibus vrbem
Partior, & vacuos priſcis cultoribus agros:
Formicæ in homines. *Myrmidonaſq; voco, nec origine nomina fraudo.*
Myrmidonũ natura & mores. *Corpora vidiſti. mores, quos ante gerebant,*
Nũc quoq; habẽt, parcũ genus eſt, patiensq; labo-
Quæſitiq; tenax, & quod quæſita ſeruet. (rũ,

Hi

Hite ad bella pares annis, animisq́, sequentur,
Cùm primùm, qui te feliciter attulit, Eurus.
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Austros

SAB. IN FAB. XXV.

POetæ statuunt pestilentiam esse pœnam diuinam, eamque infligi mortalibus propter duo potissimum peccata: videlicet propter contemptum religionis, & libidinẽ. Hinc apud Homerum fingitur Apollo iratus, propter contumeliam sacerdoti factam immittere Græcis pestilẽtiam. Itidem Ouidius hìc fingit. Oenopios simili pœna affectos esse ob adulterium AEginæ: ideoque sic inquit:

Pestilètia est pœna diuina; & immittitur præcipuè propter contemptum religionis & libidinem.

Dira lues populis, &c.

Significans eiusmodi pœnam diuinitus cõstitutam neq; auerti neque mitigari posse vlla humana ope. Vocat enim mortale malũ quòd hominum arte mutari potest. Illud autem non caret ratione quod Iuno fingitur inducere pestilentiam. nam per Iunonem intelligitur aër: & Physici tradunt vitium seu corruptionem aëris esse causam pestilentiæ, ipsumque aëra corrumpi & venenato terræ vapore, & multorum cadauerum fœtore. Interdum etiam ex vitio aquarum gigni pestilentem morbum. Quas Physicas causas omnes Ouidius eruditè complectitur, cùm inquit:

Aër quomodo sit causa pestilentiæ.

Principiò cœlum spissa, &c.

Similis descriptio pestilentiæ extat apud Thucydidem libro. 2. belli Peloponnesia-

ci, quam Ouidius videtur hoc loco imitatus. pleraque enim inde transtulit, sicut ex collatione vtriusque descriptionis apparet. Thucydides scribit, oculos ægrotorum fuisse suffusos rubore, & linguam cum faucibus visam esse sanguinolentã, & meatus spirandi coarctatos: Adhæc, interiora corporis membra adeò vehementer arsisse, vt ægroti ne vestimenta quidem tenuia ex sindone ferre potuerint, neque vllum medicinæ locum fuisse, ipsosque medicos interijsse. Item ægrotos inexhausta siti adactos sese in gelidam aquam coniecisse, vel in puteos. Hæc Ouidius his verbis reddit:

Pestilentiæ descriptio.

Exempla grauissimæ pestilentiæ.

Viscera torrentur primo, &c.

Huius enim rei, nempè de exiguo sanguine meminit Virgilius & in Georgicis, vbi pestilẽtiam describit. Et ego vidi anno M.D.XLIX. cùm horribilis pestilentia hic in Borussia grassaretur, decollari mulierculã in pago, cui nomen Laptæ, ex cuius mulierculæ toto corpore tam modicus sanguis effluebat, vt vola continere potuisset.

Deinde Thucydides refert, ipsa quoque templa, in quibus homines sibi tabernacula fecerant, magnitudine mali ita perturbati, vt ignorarent quid agerẽt, fuisse repleta cadaueribus. funerum quoq; ritus à nemine seruatos, cadauera aut fœdis & inusitatis locis illata, aut per vim alienis rogis imposita. Idem Ouidius refert, dum ait:

Aute

Myrmidonaſq́ voco, &c.

Latinis formicæ, Græcis Myrmices dicuntur. hinc propter agnationem nominis & naturam gentis, Poëta fingit Myrmidonas ex formicis natos: idque ſignificat, cùm ait:

Myrmidonæ ex formicis quia earũ naturam imitantur.

Parcum genus eſt, &c.

Erant enim homines laborioſi & frugales, adeò etiam vt nullos in extruendis ædificijs ſumptus facerent: ſed in cauernis ſubterraneis habitarent more formicarum, teſte Strabone.

FABVLA XXVI.
De Cephalo & Procride.

TAlibus, atque aliis longum ſermonibus illi
Implêuere diem. lucis pars optima menſæ
Eſt data, nox ſomnis: Iubar aureus extulerat Sol:
Flabat adhuc Eurus, redituraq́ vela tenebat.
Ad Cephalum Pallante ſati, cui grandior ætas,
Ad regem Cephalus, ſimul & Pallante creati
Conueniunt, ſed adhuc regem ſopor altus habebat.
Excipit Æacide illos in limine Phocus:
*Nam Telamon, fraterq́ viros ad bella * legebant.*
Phocus in interius ſpatium, pulchroſq́ receſſus
Cecropidas duxit, cum queis ſimul ipſe reſedit.
*Aſpicit * Elonidem ignota ex arbore factum*
Ferre manu iaculum, cuius fuit aurea cuſpis.
*Pauca prius mediis ſermonibus * ille locutus,*
Sum nemorum ſtudioſus, ait, ſediſq́ ferinæ:
Qua tamen è ſylua teneas haſtile reciſum
Iamdudum dubito. certè ſi fraxinus eſſet,

* mouebant.

* AEoliden.

* antè.

Cõtinens pro contento.

Fulua colore foret: si cornus, nodus ineſſet.
Vnde ſit ignoro: ſed non formoſius iſto
Periphraſis iaculi. *Viderunt oculi telum iaculabile noſtri.*
Excipit Actæis è fratribus alter: & Vſum
Maiorem ſpecie mirabere, dixit, iniſto.
Iaculum ineuitabile, quod nunquã fruſtra iaceretur. *Conſequitur quodcunque petit, fortunaq; miſſum*
Non regit; & reuolat, nullo referente, cruentum.
Tum verò iuuenis Nereïus omnia quærit,
Cur ſit, & vnde natum, quis tanti muneris autor?
Pudebat dicere ſe ob pulchritudinem ſuam ab vxore accepiſſe. *Quæ petit, ille refert, & cætera nota: pudore,*
Quæ tulerit mercede, ſilet: tactuſq; dolore
Coniugis amiſſæ, lachrymis ita fatur obortis:
Hoc me nate Dea (quis poſſet credere?) telum
Flere facit, faciet q; diu, ſi viuere nobis
Fata diu dederint. Hoc me cum coniuge chara
Perdidit: hoc vtinam caruiſſem munere ſemper.
Procris Cephali vxor. *Procris erat, ſi fortè magis peruenit ad aures*
Orithyia tuas, magnæ ſoror Orithyiæ.
Si faciem, more ſq; velis conferre duarum,
Dignior iſta rapi. pater hãc mihi iũxit Erichtheus
Hanc mihi iunxit amor. felix dicebar, eramq;
(Nõ ita Dijs viſum eſt) & nũc quoq; forſitã eſſem
Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis,
Cùm me cornigeris tendentem retia ceruis,
Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti
Cephalus ob pulchritudinem ab Aurora rapitur & aſportatur. *Lutea manè videt, pulſis aurora tenebris,*
Inuitumq; rapit. Liceat mihi vera referre
Pace Deæ, quòd ſit roſeo ſpectabilis ore,
Quòd teneat lucis, teneat confinia noctis,
Nectareis quòd alatur aquis. ego Procrin amabã:

Pectore

Pectore Procris erat, Procris mihi ſemper in ore.
Sacra tori, coituſq́ nouos, thalamoſq́ recentes,
Primaq́ deſerti referebam fœdera lecti.
Mota Dea eſt: &, Siſte tuas ingrate querelas:
Procrin habe, dixit. quòd ſi mea prouida mens eſt, Ironia, cum indignatione.
Non habuiſſe voles: meq́ illi irata remiſit.
Dum redeo, mecumq́ Dea memorata retracto, Zelotypia Cephalus laborat.
Eſſe metus cœpit, ne iura ingalia coniux
Non benè ſeruaſſet. facies, ætaſq́ iubebant
Credere adulterium, prohibebant credere mores.
Sed tamẽ adfuerã: ſed & hæc erat, vnde redibam,
Criminis exẽplum: ſed cuncta timemus amantes.
Quærere, quod doleam, ſtatuo, doniſq́ pudicam Cephalus in aliam figuram.
Sollicitare fidem. fauet huic Aurora timori,
Immutatq́ meam (videor ſenſiſſe) figuram.
Palladiaſq́ ineo non cognoſcendus Athenas.
Ingredior q́ domum, culpa domus ipſa carebat,
Caſtaq́ ſigna dabat, dominoq́ erat anxia rapto.
Vix aditus per mille dolos ad Erichthida factus.
Vt vidi, obſtupui, meditataq́ penè reliqui
Tentamenta fide: malè me, quin vera faterer, Pro fidei, antiquorum more, vt infrà.
Continui, malè quin, vt oportuit, oſcula ferrem.
Triſtis erat, ſed nulla tamen formoſior illa
*Eſſe poteſt triſti: deſiderioq́ * dolebat* * calebat.
*Coniugis * arrepti, tu collige, qualis in illa* * erepti.
Phoce decor fuerit, quam ſic dolor ipſe decebat.
Quid referam, quoties tentamina noſtra pudici
Reppulerint mores? quotics Ego, dixerit, vni
Seruor: vbicunque eſt, vni mea gaudia ſeruo.
Cui non iſta fide ſatis experientia ſaxo

Magna foret? non ſum contentus, & in mea pugno
Vulnera dum cenſus dare me promitto, loquendo,
Muneraq́; augendo tandem dubitare coëgi.
*Exclamo, mala pectora detego: *fictus adulter,*
Verus eram coniux. me perfida teſte teneris.
Illa nihil: tacito tantummodo victa pudore
Inſidioſa malo cum coniuge lumina fugit:
Offenſaq́; mei genus omne peroſa virorum
Montibus errabat ſtudijs operata Dianæ.
Tum mihi deſerto violentior ignis ad oſſa
Peruenit. orabam veniam, & peccaſſe fatebar,
Et potuiſſe datis ſimili ſuccumbere culpæ
Me quoque muneribus, ſi munera tanta darentur.
Hæc mihi confeſſo læſum prius vlta pudorem
Redditur, & dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea, tanquàm ſi parua dediſſet
Dona, canem, munus: quem cùm ſua traderet illi
Cynthia, Currendo ſuperabit, dixerat, omnes.
Dat ſimul & iaculũ manibus quod cernis habere.*

*factus.

Timor vehementiſſimus.

*quod nos vt cernis habemus.

FABVLA XXVII.
De fera & cane in ſaxum.

MVneris alterius quæ ſit fortuna requiris?
Accipe mirãdum: nouitate mouebere facti.
Carmina Naïades non intellecta priorum
**Soluunt ingenijs: & præcipitata iacebat*
Immemor ambagum vates obſcura ſuarum,
Scilicet alma Themis: nec talia liquit inulta.
Protinus Aonijs immiſſa eſt bellua Thebis,
*Ceſſit & exitio multis: *pecoriq́;, ſibiq́;,*
Ruricolæ

*Eplicant.

*pecorumq́; ſuumq́;, Indigenæ.

Ruricolæ pauere feram. Vicina iuuentus
Venimus, & latos indagine cinximus agros.
Illa leui velox superabat retia saltu,
Summaq; transibat positarum lina plagarum. Metonimia est. ex lino enim funes conficiuntur.
Copula detrahitur canibus, quos illa frequentes
Effugit, & cœtum non segnior alite ludit.
Poscor & ipse meum consensu Lælapa magno: *sequentes.
(Muneris hoc nomen) iamdudum vincula pugnat
Exuere ipse sibi, colloque morantia tendit.
Vix bene missus erat, nec iam poteramus vbi esset
Scire: pedum calidus vestigia puluis habebat:
Ipse oculis ereptus erat. non ocyor illo
Hasta, nec exuta contorto verbere glandes, *emissæ funda.
Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex medijs subiectis imminet aruis.
Tollor in hunc, capioq; noui spectacula cursus:
Quo modo deprendi, modo se subducere ab ipso
Vulnere visa fera est, nec limite callida recto,
In spatiumq; fugit: sed decipit ora sequentis,
Et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti.
Imminet hic, sequitur q; parem, similiq; tenenti
*Non tenet, & * vanos exercet in aëre morsus. *vacuos.
Ad iaculi vertebar opem: quod dextra librabat
Dum mea, dum digitos amentis addere tento,
Lumina deflexi, reuocataq; rursus eodem
Rettuleram, & medio (mirũ) duo marmora campo Fera & canis in saxa.
Aspicio: fugere hoc, illud latrare putares.
*Scilicet inuictos * ambos certamine cursus* *ambo.
Esse Deus voluit, si quis Deus affuit illis.

SAB. IN FAB. XXVII.

Themidis oracula pia & sana, Naiadũ stulta cõsilia significant.

THemidis oracula significant pia & sana consilia. Est enim Themis dea consiliorũ, quæ iustum & honestum suadet. Naiadum verò oracula significant stulta consilia, quæ dum Thebani sequuntur & sanioribus consilijs anteferunt, in calamitatem publicam incidunt. Themis enim irata immittit vulpem, à qua illorum agri diuexantur. Exemplum vsurpari potest si quando vel in Republica homines nullius consilij anteferuntur prudentioribus: vel in Ecclesia fanaticæ opiniones pro oraculis habentur. nam vbi sapientes à concilio remouentur: aut sincera doctrina religionis fastiditur, illic verè Naiades pro Themide coluntur, imminetque publica calamitas. Vulpes autem cuius hic fit mentio, dicta est Teumessia à Teumesso colle vbi versari solita est: fuitque vt Palephatus testatur, astutus & vafer Thebanorum hostis qui nulla neque vi neque fraude capi potuit. qualis nuper Marchiacus fuit latro cognomento Lepus, à quo Saxonia toto ferè septennio vexata est.

Qui saniora consilia stultis postponũt in multas calamitates incidunt.

Poscor & ipse meum, &c.

Sicut Attila rex, quia acerrimus fuit bellator, dicitur habuisse gladium Martis: ita etiam Cephalus, quia insignis fuit venator, fingitur habuisse iaculum & Canem Dianæ. Meminit Cephali Xenophon lib. de venatione, eumque inter celeberrimos venatores numerat. Iaculum

Canis & Iaculum Cephali quid significant.

lum igitur nihil aliud significat, nisi vsum ac peritiam venandi. Per canem verò intelligitur (vt arbitror) comes & minister quispiam venationis, cui nomen canis. Nam Ioannes Tzetza scribit hunc ipsum à Minoë missum fuisse Cephalo, eique reduxisse Procrin reconciliatam: ac postea congressum cum Vulpe Thebanorum hoste simul cum illo perijsse vtrunque, nauigio ad scopulos maris fracto: Hinc & natam esse fabulam de ambobus in marmora seu petras conuersis.

FABVLA XXVIII.

De Procride à Cephalo imprudente interempta.

HActenus, et tacuit. Iaculo q̃ crimẽ in ipso est?
Phocus ait. Iaculi sic crimina reddidit ille.

Gaudia principium nostri sunt Phoce doloris, Antitheton.
Illa prius referam. Iuuat ô meminisse beati
Temporis Æacide, quo primos ritè per annos
Coniuge eram felix, felix erat illa marito.
Mutua cura duos, & amor socialis habebat:
Nec Iouis illa meo thalamos praeferret amori:
Nec me quæ caperet, non si Venus ipsa veniret,
Vlla erat: æquales vrebant pectora flammæ.
Sole ferè radijs feriente cacumina primis Matutini tẽporis periphrasis.
Venatum in syluas iuueniliter ire solebam:
Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
Ire canes, nec lina sequi nodosa solebant.
Tutus eram iaculo. sed cùm satiata ferinæ
Dextera cadis erat, repetebã frigus & vmbram,

Et quæ de gelidis exibat vallibus, auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in æstu:
Auram expectabam: requies erat illa labori.
Aura (recordor enim) venias, cantare solebam,
Meq; iuues, intresq; sinus gratissima nostros:
Vtq; facis, releuare velis, quibus vrimur, æstus.
Forsitan addideram (sic me mea fata trahebant)
Blanditias plures: &, Tu mihi magna voluptas,
Dicere sum solitus: tu me reficisq;, foueisq;,
Tu facis, vt syluas, vt amem loca sola, meoq;
* captetur. *Spiritus iste tuus semper * capiatur ab ore.*
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Nescio quis: nomenq; auræ tam sæpe vocatum
Esse putat Nymphæ, Nymphã mihi credit amari.
Criminis ex templo ficti temerarius index
Procrin adit, linguaq; refert audita susurra.
Pleonasmos. Creduli amãtes. *Credula res amor est. subitò collapsa dolore*
(Vt mihi narratur) cecidit: longoq; refecta
Tempore se miseram, se fati dixit iniqui.
De q; fide questa est: & crimine concita vano,
Quod nihil est, metuit; metuit sine corpore nomen,
Et dolet infelix veluti de pellice vera,
* sperat que. *Sæpe tamen dubitat, * metuit q; miserrima falli,*
Indicioq; fidem negat: &, nisi viderit ipsa,
Damnatura sui non est delicta mariti.
* Postquam. ** Postera depulerant Auroræ lumina noctem:*
Egredior, syluasq; peto, victorq; per herbas
Aura veni dixi, nostroq; medere labori.
Et subitò gemitus inter mea verba videbar
Nescio quos audisse. Veni tamen optima dicens,

Fronde

Frondeleuem rursus strepitum faciente caduca,
Sum ratus esse feram, telumq; volatile misi.
Procris erat, medioq; tenens in pectore vulnus, Procridis mors.
Hei mihi conclamat. Vox est vbi cognita fidæ
Coniugis, ad vocem præceps, ameusq; cucurri.
Semianimem, & sparsas fœdantẽ sanguine vestes,
Et sua (me miserum) de vulnere dona trahentem
Inuenio: corpusq; meo mihi charius, vlnis
Mollibus attollo, scissaq; à pectore veste
Vulnera sæua ligo, conorq; inhibere cruorem:
Neu me morte sua sceleratum deserat, oro.
Viribus illa carens, & iam moribunda coëgit
Hæc se pauca loqui: Per nostri fœdera lecti, Precatio à merito & honesto.
Perq; Deos supplex oro, superosq; meosq;,
Per si quid merui de te bene, perq; manentem Sic Dido apud Virg. Si bene quid de te merui.
Nunc quoq;, cũ pereo, causam mihi mortis, amorẽ,
Ne thalamis Aurampatiare incumbere nostris.
Dixit: & errorem tum deniq; nominis esse
Et sensi, & docui. Sed quid docuisse iuuabat?
Labitur, & paruæ fugiunt cum sanguine vires.
Dumq; aliquid spectare potest, me spectat, & in me Archaismos.
Infelicem animam, nostroq; exhalat in ore.
Sed vultu meliore mori secura videtur.
Flentibus hæc lacrymãs heros memorabat: & ecce Synecdoche.
Æacus ingreditur duplici cum prole nouoq;
Milite, quem Cephalus cũ fortibus accipit armis.

SAB. IN FAB. XXVIII.

SVspiciones in matrimonio sæpe afferunt magnam calamitatem. quare hoc exem- Suspiciones in matrimonio euitándæ.

plo admonemur, ne ſuſpitionibus materiam aut locum demus. Ita Ouidius ipſemet hanc fabulam accommodat, de arte amandi, vbi inquit:

Ne citò crederis: quantum citò credere ladat,
Exemplum vobis non leue Procris erit:

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER VIII.

FABVLA I.

De Niſo rege in Halyætum, & Scylla in Circim.

Temporis deſcriptio.

Iam nitidum retegente diem, noctiſq́ fugante
Tempora Lucifero, cadit Eurus, & humida ſurgunt
Nubila: dant placidi curſum redeuntibus auſtri
Æacidis, Cephaloq́: quibus feliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos.

Megarentia à Lelege Neptuni filio condita.

Interea Minos Lelegeïa littora vaſtat,
Prætentatq́ ſui vires Mauortis in vrbe
Alcathoë:

Alcathoë: quam Niſus habet, cui ſplendidus oſtro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.
Sexta reſurgebant orientis cornua Lunæ,
Et pendebat adhuc belli fortuna, diuq́;
Inter vtrumq́; volat dubijs victoria pennis.
*Regia turris erat vocalibus * additamuris*
*In quibus auratam proles * Latonia fertur*
Depoſuiſſe lyram: ſaxo ſonus eius inhæſit.
Sæpe illuc ſolita eſt aſcendere filia Niſi,
Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo
Tunc cùm pax eſſet: bello quoque ſæpe ſolebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis.
Iamq́; mora belli procerum quoq; nomina nôrat.
Armaq́; equoſq́; habituſq́; Cidoneaſq́; pharetras.
Nouerat ante alios faciem ducis Europæi:
Plus etiam, quàm noſſe ſat eſt. Hac iudice Minos
Seu caput abdiderat criſtata caſſide pennis,
In galea formoſus erat: ſeu ſumpſerat ære
Fulgentem clypeum, clypeum ſumpſiſſe decebat:
Torſerat adductis haſtilia lenta lacertis:
Laudabat virgo iunctam cum viribus artem.
Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus:
Sic Phœbum ſumptis iurabat ſtare ſagittis.
Cùm vero faciem dempto nudauerat ære,
Purpureuſq́; albi ſtratis inſignia pictis
Terga premebat equi, ſpumantiaq́; ora regebat
Vix ſua, vix ſanæ virgo Niſeïa compos
Mentis erat. Felix iaculum, quod tangeret ille,
Quæq́; manu premeret, felicia fræna vocabat,

Incertus enim eſt ſemper bellorum euentus.

* abdita. Vocales muri.

*Operam ad murum ædificandum Alcathoo præſtiturus.

Minois à matre Europa.

Mos iaculantium, qui brachia reducere ſolent.

Virginis amore captæ mores obſeruat.

Impetus eſt illi liceat modò) ferre per agmen
Virgineos hoſtile gradus: eſt impetus illi
Turribus è ſummis in Gnoſſia mittere corpus
Caſtra, vel æratas hoſti recludere portas,
Vel ſi quid Minos aliud velit. vtq; ſedebat,
Candida Dictæi ſpectans tentoria Regis,
Scyllę Minois amore captę, querela.
Læter, ait, doleámne geri lachrymabile bellum
In dubio eſt. Doleo quod Minos hoſtis amanti eſt:
Sed niſi bella forent, nunquam mihi cognitus eſſet:
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obſide: me comitem, & me pacis pignus haberet.
Si quæ te peperit, talis, pulcherrime Regum,
Perfectè beata: ternarius enim numerus perfectus eſt.
Qualis es ipſe, fuit, merito Deus arſit in illa.
O ego ter felix, ſi pennis lapſa per auras
Gnoſſiaci poſſem caſtris inſiſtere regis.
Faſſaq; me, flammaſq; meas, qua dote, rogarem,
Vellet emi: tantùm patrias ne poſceret arces.
Nam pereant potius ſperata cubilia quàm ſim
Proditione potens, quamuis ſæpe vtile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis.
Iuſta gerit certè pro nato bella perempto,
Et cauſaq; valet, cauſamq; tuentibus armis.
Vt puto, vincemur. Qui ſi manet exitus vrbem,
Cur ſuus hæc illi reſeret mea mœnia Mauors,
Et non noſter amor? melius ſine cæde, moraq;
Impenſaq; ſui poterit ſuperare cruoris.
Nam metuo certè ne quis tua pectora Minos
Vulneret imprudens. Quis enim tã durus, vt inte
Hypallage.
Dirigere immitem non inſcius audeat haſtam?
Cœpta placent: & ſtat ſententia, tradere mecum

Dota-

Dotalem patriam, finemq; imponere bello.
Verùm velle parum est: aditus custodia seruat,
Claustraq; portarum genitor tenet. Hunc ego solũ
Infelix timeo, solus mea vota moratur.
Dij facerent sine patre forem. sibi quisq; profectò Votum impium.
Est Deus: ignauis precibus fortuna repugnat.
Altera iamdudum succensa Cupidine tanto
Perdere gauderet, quodcunq; obstaret amori.
Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes, A facili.
Et gladios ausim, nec in hoc tamen ignibus illis,
Aut gladijs opus est: opus est mihi crine paterno.
Ille mihi est auro pretiosior: illa beatam
Purpura me, votiq; mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuênit, tenebrisq; audacia creuit.
Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis
Pectora sõnus habet: thalamos taciturna paternos Exclamatio in Scillæ impietatem.
Intrat, & (heu facinus) fatali nata parentem Epiphonema.
Crine suum spoliat: prædaq; potita nefanda
Fert secum spolium sceleris, progressaq; porta
Per medios hostes (meriti fiducia tanta est)
Peruenit ad regem: quem sic affata pauentem est:
Sua sit amor facinus, proles ego regia Nisi
Scylla tibi trado patriamq;, meosq; penates.
Præmia nulla peto, nisi te. Cape pignus amoris
Purpureum crinem. nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi crede caput: sceleratáq; dextra
Munera porrexit. Minos porrecta refugit:
Turbatusq; noui, respondit, imagine facti; Minois æquitas & iustitia.
Dij te summoueant, ô nostri infamia secli,

Alludit ad legem Pompeiam, qua parricidæ cum simia, gallo, & serpente insuti culeo in mare proijciebantur. Propositio per increpationem.

Orbe suo, tellusq; tibi, pontusq; negetur.
Certè ego non patiar Iouis incunabula Creten,
Qui meus est orbis, tantum contingere monstrũ.
Dixit: &, vt leges captis iustissimus autor
Hostibus imposuit, classis retinacula solui
Iussit, & aratas impleri remige puppes.
Scylla freto postquam deductas nare carinas
Nec præstare ducem sceleris sibi præmia vidit,
Consumptis precibus violentam transit in iram:
Intendensq; manus passis furibunda capillis,
Quò fugis, exclamat, meritorum autore relicta,
O patriæ prælate meæ, prælate parenti?
Quò fugis immitis? cuius victoria nostrum
Et scelus, & meritũ est? Nec te data munera, nec te
Noster amor mouit, nec quod spes omnis in vnum
Te mea congesta est? nam quò deserta reuertar?*
In patriam? superata iacet. sed finge manere:
Proditione mea clausa est mihi. patris ad ora,
Quem tibi donaui? ciues odêre merentem:
Finitimi exemplum metuunt. obstruximus orbem
Terrarum nobis, vt Crete sola pateret.
Hanc quoque, si prohibes, & nos, ingrate, relinquis
Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis
Armeniæ tigres, Austroq; agitata Charybdis.
Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
*Lusa tua est, *generis falsa est *ea fabula: verùm*
Et ferus, & captus nullius amore iuuencæ,
Qui te progenuit, taurus fuit. exige pœnas
Nisi pater: gaudete malis modo prodita nostris
Mœnia, nam fateor merui, & sum digna perire.

* coniecta. Dialogismus elegans, quo Scylla rogat & sibi respondet. Exprobratio à persona Minois.

* genitrix. * &

Sed

Sed tamen ex illis aliquis, quos impia læsi,
Me perimat. Cur qui vicisti crimine nostro
Insequeris crimen? scelus hoc patriæq́, patriq́
Officium tibi sit. Te vero coniuge digna est,
Quæ toruum ligno decepit adultera taurum, Pasiphaē.
Discordemq́ vtero fœtum tulit. Ecquid ad aures
Perueniunt mea dicta tuas? an inania ventì
Verba ferunt, idemq́ tuas ingrate carinas?
Iamiam Pasiphaën non est mirabile taurum
Præposuisse tibi: plus tu feritatis habebas. Anadiplosis indignanti maximè conueniens.
*Me miseram, properare *iubet, diuulsaq́ remis* *iuuat.
Vnda sonat, mecumq́ simul mea terra recedit. quia videbatur recedere nauibus abeuntibus.
Nil agis ô frustra meritorum oblite meorum:
Insequar inuitum, puppimq́ amplexa recuruam
Per freta longa trahar. Vix dixerat, insilit vndis,
Consequiturq́ rates, faciente cupidine vires,
Gnossiacæq́ hæret, comes inuidiosa, carinæ.
Quam pater vt vidit (nam iam pēdebat in auras
Et modò factus erat fuluis Halyætus in alis) Nisus rex in auem Halyætum.
Ibat, vt hærentem rostro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimisit: & aura cadentem
Sustinuisse leuis ne tangeret æquora, visa est.
Pluma fuit: plumis in auem mutata vocatur
Ciris: & à tonso est hoc nomen adepta capillo. Scylla in auem Cirim.

SAB. IN FAB. I.

DIssimilia exempla hîc obseruanda sunt: alterum sceleris, alterū virtutis. in Scylla vituperatur scelus, quod ipsa in patriam & patrem commisit: in Minoë cōmendatur virtus, Exemplum sceleris in Scylla, & virtutis in Minoē.

impiam & nefariam puellam deteſtante:

Obſeruandæ ſunt item exornationes ſententiarum, quibus exprimuntur fluctuantis animi affectus: & conſideranda ſunt argumenta, quibus Scylla vtitur ad extenuandum proditionis ſcelus:

Argumenta proditorum.

-ſæpe vtile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis, &c.

Sic enim plerunque argumentantur proditores & parricidæ patriæ, prætendentes bonitatem, clementiam, iuſticiam & potentiam hoſtis. Præterea hic etiam locus conſiderationedignus eſt, vbi Scylla ſic exclamat:

Pæna proditorum.

-exige pœnas
Niſe pater: &c.

Hoc nimirum ſolet eſſe præmium, hæc merces proditorum, vt tandem omnibus inuiſi, & conſcientiæ ſtimulo agitati, ipſimet imprecentur ſibi pœnas. Crinis autem fatalis ſignificat ſecretum Niſi conſilium, quo hoſtibus enunciato, vrbs Megarenſium prodita & capta eſt.

Crinis fatalis, pro ſecreto conſilio.

Similis hiſtoria narratur de Romilda Foroiulienſi, quæ cum in obſidione Foriulij oppidi conſpicata eſſet Regem barbarum ætate iuuenili florentem, à quo oppidum obſidebatur, ſignificauit ei per nuncium ſe ciues traditurum, ſi ab eo in matrimonium duceretur. Quod cùm barbarus ſe facturum recepiſſet illa noctu reſerauit portam arcis, inſcioque populo

populo hostem intromisit. Is verò ingressus, iussit vrbem diripi & omnes trucidari, præter Romildam, quam propter religionem iurisiurandi illa nocte quasi in matrimonio habuit, postridie tradidit duodecim lixis per vices stuprandam: stupratam palo suffixit.

Quæ torum ligno decepit, &c.

Taurum, quem phasiphaë amauit, Seruius scribam, Plutarchus ducem seu præfectum fuisse tradit: vnde intelligi potest, ex æquiuoco natam esse fabulam. Exemplum verò Pasiphaês docet, nobilissimas mulieres magnis ac præstantibus viris nuptas, sæpe libidinoso amore ita flagrare, vt pudicitiam suam prostituant hominibus turpissimis, brutorum animalium non dissimilibus.

Nobilissimæ matronæ pudicitiam suam prostituentes hominibus turpissimis.

FABVLA II.

De Ariadnes corona in sydus cæleste.

VOta Ioui Minos taurorum sanguine centum Hecatombe.
Solut, vt egressus ratibus Creteida terram
Contigit: & spolijs decorata est regia fixis.
Creuerat opprobrium generis, fœdumq; patebat
Matris adulterium, monstri nouitate biformis.
Destinat hunc Minos thalami remouere pudorẽ,
Multiplicique domo, caciq; intludere tectis. Labyrinthus.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis Signa ea quibus loca facile discernuntur, efficit vt incerta sint & dubia.
Ponit opus, turbatq; notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarũ. (dis
*Nõ secus, ac liquidis Phrygius * Maander in vn-*

* Mæandros.

Ludit, & ambiguo lapsu refluit q3, fluit q3,
Occurrens q3 sibi venturas aspicit vndas:
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias: vixq3 ipse reuerti
Epiphonema. *Ad limen potuit: tanta est fallacia tecti.*
Quo postquam geminam tauri, inuenisq3 figuram
Clausit, & Acteo bis pastum sanguine monstrum
Sortitione .n. tertia. 1. nono anno eductus est Theseus. *Tertia sors annis domuit repetita nouenis:*
Vtq3 ope virginea, nullis iterata priorum,
Ianua difficilis filo est inuenta relicto:
*Protinus Ægides, rapta Minoide * Diam*
Vela dedit, comitemq3 suam crudelis in illo
Littore destituit. deserta & multa querenti
Amplexusq3 & opem Liber tulit: vtq3 perenni
Ariadnes corona in sydus cæleste. *Sidere clara foret, sumptam de fronte coronam*
Immisit cœlo, tenues volat illa per auras:
*volant gemmæ. *Dumq3 * volat, gemma nitidos vertuntur in ignes,*
Consistuntq3 loco, specie remanente coronæ,
Qui medius, nixiq3 genu est, anguemq3 tenentis.

SAB. IN FAB. II.

DIssipata fama adulterij Poëtæ commenti sunt fabulas, quibus Minos in Atticis theatris contumelioſe exagitatus est. finxerunt enim vxorem eius inclusam intra vaccam ligneam, & corio iuuencæ tectam, admisisse taurum: atque ex eo concepisse monstrum biforme, cui nomen Minotauro. Vocant autem Poëtæ Minotaurum non modo puerum

Minotaurus quis fuerit.

adulterio

adulterio conceptum, quasi Minois & Tauri filium: sed etiam illum ipsum adulterum, quasi Minois taurum prolctarium. fuit enim Minotaurus, qui a Theseo victus & occisus est ipse mœchus teste Plutarcho.

Multipliciq; domo, cæciſq;, &c.

Labyrinthus fuit carcer in Creta, quem nihil incommodi habuisse testatur idem Plutarchus, nisi quòd nemo illinc euadere poterat. Erat enim ædificium perplexis parietibus extructum. In huius custodia cùm liberi Athenienſium seruati tractarentur indignius, fabulis celebratum est, illos in labyrintho aut deuorari à Minotauro, aut palantes errantesque necari.

Labyrinthus quid, & quomodo liberi Athenienſium in eo detinebantur.

FABVLA III.

De Icaro in mare decidente, & Perdice in auem mutato.

Dædalus interea Creten, longumq; perosus
Exilium, tactuſq; loci natalis amore,
Clauſus erat pelago: Terras licet, inquit, & vndas
Obstruat, at cœlum certè patet: ibimus illac.
Omnia possideat, non possidet aëra Minos.
Dixit: & ignotas animum dimittit in artes,
Naturamq; nouat. nam ponit in ordine pennas
A minima cœptas, longam breuiore sequente,
Vt clino creuisse putes. sic ruſtica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit auenis.
Tunc lino medias, & ceris alligat imas.
Atq; ita compoſitas paruo curuamine flectit,

Dædali volatus.

Vt veras imitetur aues. puer Icarus vnà
Stabat, & ignarus sua se tractare pericla,
Ore renidenti, modò quas vaga mouerat aura,
Captabat plumas, flauam modò pollice ceram
Mollibat, lusuq; suo mirabile patris
Impediebat opus. Postquam manus vltima cœpto
Imposita est, geminas opifex librauit in alas
Ipse suum corpus, motaq; pependit in aura.

Dædali filium adhortantis præcepta

Instruit & natum, Medioq; vt limite curras
Icare, ait, moneo; ne si demissior ibis,
Vnda grauet pennas: si celsior, ignis adurat.
Inter vtrunq; vola, nec te spectare Booten,
Aut Helicen iubeo, strictumq; Orionis ensem.
Me duce carpe viam. pariter præcepta volandi
Tradit & ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus, monitusq; genæ maduere seniles,
Et patriæ tremuere manus. dedit oscula nato

Similitudo.

Non iterum repetenda suo: pennisq; leuatus
Antè volat, comitiq; timet, velut ales, ab alto
Quæ teneram prolem produxit in aëra nido:
Hortaturq; sequi, damnosasq; erudit artes:
Et mouet ipse suas, & nati respicit alas.
Hos aliquis tremula dum captat arundine pisces,
Aut pastor baculo, stiuaq; innixus arator
Vidit, & obstupuit, quiq; æthera carpere possent,
Credidit esse Deos. & iam Iunonia læua
Parte Samos fuerat, Delosq;, Parosq; relicta,
Dextra Lebyntos erat, fœcundaq; melle Calymna:

* Calydna.

Cùm puer audaci cœpit gaudere volatu,
Deseruit ducem, cœliq; cupidine tactus

Icari volatus.

Altius

Altius egit iter. rapidi vicinia Solis
Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos,
Remigioq́ carens non vllas concipit auras: Icari casus.
Oraq́ cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua: quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec iam pater, Icare, dixit,
Icare, dixit, vbi es? qua te regione requiram?
Icare, dicebat: pennas conspexit in vndis,
Deuouitq́ suas artes, corpusq́ sepulcro
Condidit, & tellus à nomine dicta sepulti est. Icaros insula
Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix,
Et plausit pennis, testataq́ gaudia cantu est,
Vnica tum volucris, nec visa prioribus annis,
Factaq́ nuper auis, longum tibi Dædale crimen. Non interiturum.
Namq́ huic tradiderat, fatorũ ignara, docendam
Progeniem germana suam, natalibus actis
Bis puerum senis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio spinas in pisce notatas
Traxit in exemplum, ferroq́ incidit acuto Talus serræ & circini inuentor.
Perpetuos dentes, & serræ repperit vsum
Primus: & ex vno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, vt æquali spatio distantibus illis Serræ descriptio.
Altera pars staret, pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit, sacraq́ ex arce Minervæ Talus in perdicem.
Præcipitem misit, lapsum mentitus, at illum,
Quæ fauet ingenijs, excepit Pallas, auemq́ Perdices enim sunt acerrimi & volatus & cursus.
Reddidit, & medio velauit in aëre pennis.
Sed vigor ingenij quondam velocis, in alas

Inq; pedes abijt: nomen, quod & antè remansit.
Non tamen hæc altè volucris sua corpora tollit,
Nec facit in ramis, altoq; cacumine nidos:
Propter humum volitat, ponitq; in sepibus oua,
Antiquiq; memor metuit sublimia casus.

SAB. IN FAB. III.

Dædali alæ pro velis.

DAEdali alæ significant vela nauium. Hæc enim ab illo inuenta dicuntur, estque vsitata significatio alarum pro velis, vt apud Virgilium:

-Velorum pandimus alas.

Lucianus in libello de Astrologia scribit, Dædalum fuisse Mathemathicum, & filium Icarum docuisse astrologiam. sed eum iuuenili feruore & persuasione doctrinæ elatum aberrasse à vero, & decidisse in mare rerum immensæ profunditatis. Cæterum in hac fabula duo sunt quibus inest multum gratiæ & suauitatis. Primùm vbi consuetudo & mens puerilis depingitur his verbis:

Noli altum sapere.

Puer Icarus vna, &c.

Consuetudo & mos puerilis.

Ita enim solent pueri: accurrunt ad parentes si quid noui præ manibus habere vident: interrogant quid agatur: attrectant omnia: impediuntque ipsos parentes labori intentos: quæ tamen impedimenta non tàm molesta sunt parentibus quàm iucunda, sicut illi norunt qui hæc sunt experti. Alterum gratiæ & suauitatis exemplũest, vbi senilis consuetudo

Senilis consuetudo, & paterna sollicitudo.

& pa-

& paterna ſollicitudo exprimitur his verbis:

Inter opus, monituſq́, &c.

Hæc enim Ethica ſunt, & ad naturam ſenum & ad vim paterni amoris erga natos accommodata, quæ bene tractata ſiue à Poëtis, ſiue ab Oratoribus, admirabilem (vt inquit Cicero) eloquentiam faciunt.

Tabuerant cæræ: nudos, &c.

Icari lapſus admonet, ne efferamur altius quàm pro noſtra ſorte: vtq́; teneamus in omni re mediocritatem: id enim vult Poëta, cum inquit: Mediocritas ſeruanda.

Medioq́, vt limine, &c.
Auemq́, reddidit, &c.

Puer cui aſcribitur inuentio ſerræ & circini idem inuenit quoque tornum, & rotam qua figuli vtuntur: fuitque Dædali ex ſorore nepos. Eum alij perdicem, alij talum vocant. Dædalus de eius nece ſuſpectus & accuſatus, Athenis profugit in Cretam. Hæc omnia ſunt hiſtorica: metamorphoſis verò eſt conficta ex ſimilitudine nominis & accommodata ad naturam auis perdicis.

FABVLA IIII.

De ſororibus Meleagri in aues Meleagrides.

IAmq́, fatigatum tellus Ætnæa tenebat
Dædalon: et ſumptis pro ſupplice Cocolus armis
Mitis habebatur. iam lamentabile Athenæ
Pendere deſierant, Theſeia laude, tributum.
Templa coronantur; bellatricemq́, Mineruam

Theſei virtute Minotaurus interfectus eſt.

Cum Ioue, Diisq; vocant alijs, quos sanguine voto,
Muneribúsq; datis, & acerris thuris honorant.
Sparserat Argolicas nomen vaga fama per vrbes
Theseos: & populi, quos diues Achaia cepit,
Huius opem magnis implorauêre periclis.
Vrbs Vetolię. *Huius opem Calydon, quãuis Meleagrõ haberet,*
Sollicita supplex petijt prece. Causa petendi,
Sus erat, infesta famulus, vindexq; Dianæ.
Oenea namq; ferunt plenis successibus anni
Oleum à Pallade inuentum. *Primitias frugum Cereri, sua vina Lyæo,*
Palladios flauæ latices libasse Mineruæ.
*argolicis vel rusticis numinibus, vt Pane, &c. *Cœptus ab *agricolis superos peruenit ad omnes*
Ambitiosus honor: solas sine thure relictas
Præteritas cessasse ferunt Latoïdos aras.
Tangit & ira Deos. At non impunè feremus,
Quæq; inhonoratæ, non & dicemur inultæ,
Inquit: & Oenei os vltorem spreta per agros
Misit aprum, quantò maiores herbida tauros
Non habet Epirus, sed habẽt Sicula arua minores.
Sanguine & igne micãt oculi: riget horrida ceruix:
*rigidis. *Et setæ *densis similes hastilibus horrent,*
Calidonij apri descriptio *Stantq; velut vallum, velut alta hastilia, setæ.*
Feruida cum rauco latos stridore per armos
Elephantinis. *Spuma fluit: dentes æquantur dentibus Indis:*
Fulmen ab ore venit: frondes afflatibus ardent.
*herbescentes. *Is modò crescentes segetes proculcat in *herba:*
Nunc matura metit fleturi vota coloni,
Et Cererem in spicis intercipit. area frustra,
Et frustra expectant promissas horrea messes.
Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus

Baccaq;

Baccaq; cum ramis ſemper frondentis oliuæ.
Sæuit & in pecudes, non has paſtórue, caniſue,
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi, nec ſeſe in mœnibus vrbis,
Eſſe putant tutos: donec Meleagros, & vnà
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Tyndarydæ gemini præſtantes, cæſtibus alter, Enumeratio principum qui in uenatione apri Calidonij fuerunt.
Alter equo, primæq; ratis molítor Iaſon,
Et cum Pirithoo, felix concordia, Theſeus,
Et duo Theſtiadæ, & proles Apharei a Lynceus,
Leucippuſq; ferox, iaculoq; inſignis Acaſtus,
Et velox Idas, & iam non fœmina Cæneus, (nix,
Hippothouſq;, Dryaſq;, & cretus Amintore Phœ-
*Actoridæq; *pares, & miſſus ab Elide Phyleus.* *parens.
Nec Telamon aberat, magniq; creator Achillis.
Cumq; Pheretiade, & Hyantheo Iolao
Impiger Eurytion, curſuq; inuictus Echíon,
Naritiuſq; Lelex, Panopeusq;, Hyleuſq;, ferox q;
Hippaſus, & primis etiam nunc Neſtor in annis,* *etiamnum.
Et quos Hippocoon anticquis miſit Amyclis,
Penelopeſq; ſocer, cum Parraſio Ancæo,
Ampycideſq; ſagax, & adhuc à coniuge tutus,
Oeclides, nemoriſq; decus Tegeæa Lycæi,
—Venit Atalantæ Scœnei pulcherrima virgo,— Atalantæ forma.
Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem:
Crinis erat ſimplex, nodum collectus in vnum.
Ex humero pendens reſonabat eburnea læuo Pharetræ periphraſis.
Telorum cuſtos: arcum quoque læua tenebat.
Talis erat cultu facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſes.

Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
Optauit, renuente Deo, flammasq; latentes
Hausit: &, O felix, si quem dignabitur, inquit,
Ista virum. nec plura sinit tempusq;, pudorq;
Dicere, maius opus magni certaminis vrget.

Topographia

Syluа frequens trabibus, quã nulla ceciderat a-
Incipit a plano, deuexaq; prospicit arua. (tas,
Quò postquàm venêre viri, pars retia tendunt,
Vincula pars adimũt canibus, pars pressa sequũtur
Signa pedum, cupiuntq; suum reperire periclum.
Concaua vallis erat, quò se demittere riui
Assuerant pluuialis aquæ: tenet ima lacunæ
Lenta salix, vluæq; leues, iunciq; palustres,
Viminaq;, & longæ parua sub arundine cannæ.
Hinc aper excitus medios violentus in hostes

Cum apro pugna.

Fertur, vt excussis elisus nubibus ignis,

Periphrasis fulminis, quod ex concursu elidi-tur.

Sternitur incursu nemus, & propulsa fragorem
Syluа dat. exclamant iuuenes, protentaq; forti
Tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
Ille ruit, spargitq; canes, vt quisq; furenti
*Obstat, & obliquo latrantes *dissipat ictu.*

* despicit.

Cuspis Echionio primùm contorta lacerto
Vana fuit, truncoq; dedit leue vulnus acerno.
Proxima sinimijs mittentis viribus vsa
Non foret, in tergo visa est hæsura petito:
Longius it. autor teli Pegasæus Iason
Phœbe, ait, Ampycides, Si te coluiq; coloq;,
Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.

Quantum fieri potuit.

Quà potuit precibus Deus annuit. ictus ab illo est,
Sed sine vulnere aper: ferrumq; Diana volanti

Abstu-

Abstulerat iaculo: lignum sine acumine venit.
Ira feri mota est, nec fulmine lenius arsit.
*Emicat ex oculis, spirat quoque pectore *flammas.* *flamma.
Vtq; volat moles adducto concita neruo,
Cùm petit aut muros, aut plenas milite turres:
In iuuenes certo sic impete vulnificus sus
Fertur, & Eupalamon, Pelogonaq; dextra tuentes
Cornua prosternit: socij rapuere iacentes.
At non lethiferos effugit Enæsimus ictus
Hippocoonte satus, trepidantem & terga parantẽ
Vertere, succiso liquerunt polite nerui.
*Forsitan & *Pylius citra Troiana perisset* *Nestor.
Tempora: sed sumpto posita conamine ab hasta
Arboris insiluit, quæ stabat proxima, ramis,
Despexit q; loco tutus, quem fugerat hostem.
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis
Imminet exitio, fidens q; recentibus armis
Orithyæ magni rostro femur hausit adunco.
At gemini nondum cœlestia sidera fratres, Castor & Pollux.
Ambo conspicui, niue candidioribus ambo
Vectabantur equis, ambo vibrata per auras
Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas
Nec iaculis isset, nec equo loca peruia syluas.
Persequitur Telamon studio q; incautus eundi
** Pronus ab arborea cecidit radice retentus.* *protinus arborea.
Dum leuat hunc Peleus, celerem Tegeæa sagittam Atalanta prima aprum vulnerat.
Imposuit neruo, sinuato q; expulit arcu.
Fixa sub aure feri summum distrinxit arundo
Corpus, & exiguo rubefecit sanguine setas.

Nec tamen illa sui successu lætior ictus,
Quàm Meleager erat. primus vidisse putatur,
Et primus socijs visum ostendisse cruorem,
Et meritum dixisse feres virtutis honorem.
Erubuere viri, seq; exhortantur, & addunt
Cum Clamore animos, iactantq; sine ordine tela.
Turba nocet iactis, & quos petit, impedit ictus,
Ecce furens contra sua fata bipennifer Archas,
Temerarij iactabundique oratio. *Discite fœmineis quid tela virilia præstent*
O iuuenes, operiq; meo concedite, dixit:
Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,
Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore;
Tollentis securim gestus exprimitur, vt aliquem percutiat. *Ancipitemq; manu tollens vtraq; securim,*
Institerat digitis primos suspensus in artus.
Occupat audentem, quaq; est via proxima letho,
Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.
Concidit Ancæus, glomerataq; sanguine multo
Viscera lapsa fluunt, madefactaq; terra cruore est.
Ibat in aduersum proles Ixionis hostem
Pirithous, valida quatiens venabula dextra.
Theseus. *Cui procul Ægides, O me mihi charior, inquit,*
Pars animæ consiste meæ, licet eminus esse
Fortibus: Ancæo nocuit temeraria virtus.
Dixit, & æratatorsit graue cuspide cornu:
AEsculus arbor giandifera loui dicata *Cui bene librato, votiq; potente futuro*
Obstitit esculea frondosus ab arbore ramus.
Misit & Æsonides iaculum, quod casus ab illo
Vertit, & in mentum figit latrantris, & inter
Ilia coniectum, tellure per ilia fixum est.

At

At manus Oenidæ variat: missisq; duabus,
Hasta prior terra, medio stetit altera tergo.
Nec mora; dum sæuit, dum corpora versat in orbẽ, Aper conficitur à Meleagro.
Stridentemq; nouo spumam cum sanguine fundit;
Vulneris autor adest, hostemq; irritat ad iram,
Splendidaq; aduersos venabula condit in armos.
Gaudia testantur socij clamore secundo,
Victricemq; petunt dextræ contingere dextram:
Immanemq; feram multa tellure iacentem
Mirantes spectant, neque adhuc contingere tutum
Esse putant, sed tela tamen sua quisque cruentat.
Ipse pede imposito, caput exitiabile pressit,
Atque ita, Sume mei spolium Nonacria iuris Atalanta à Nonacri vrbe.
Dixit, & in partem veniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia setis
Terga dat, & magnis insignia dentibus ora.
Illi lætitiæ est cum munere muneris autor.
Inuidere alij, totoq; erat agmine murmur.
E quibus ingenti tendentes brachia voce, Ironia.
Pone age, ne titulos intercipe fœmina nostros,
Thestiadæ clamant: nec te fiducia formæ
Decipiat, ne sit longè tibi captus amore
Autor. & huic adimunt munus, ius muneris illi.
Non tulit, & tumida frendens Mauortius ira,
Discite raptores alieni, dixit, honoris,
Facta minis quantùm distent: hausit q; nefando
Pectora Plexippi, nil tale timentia, ferro.
Toxea, quid faciat, dubium: pariter q; volentem Fratrum Althææ cædes.
Vlcisci fratrem, fraternaq; fata timentem,
Haud patitur dubitare diu: calidumq; prioris

Cæde recalfecit consorti sanguine telum.
Dona Deûm templis nato victore ferebat,
Cùm videt extinctos fratres Althæa referri.
Quæ plangore dato, mœstis clamoribus vrbem
Implet, & auratis mutauit vestibus atras.
At simul est autor necis editus, excidit omnis
Luctus, & à lacrymis in pœnæ versus amorem est.
Stipes fatalis, in quo Melegri vita. *Stipes erat, quem cùm partus enixa iaceret*
Thestias, in flammam triplices posuere sorores,
Staminaq́; impresso fatalia pollice nentes,
Tempora dixerunt, eadem, lignoq́;, tibiq́;
O modò nate, damus. quo postquam carmine dicto
Excessere Deæ, flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum, sparsitq́; liquentibus vndis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis,
Seruatusq́; tuos iuuenis seruauerat annos.
Protulit hunc genitrix, tedasq́; & fragmina poni
Imperat, & positis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum,
Cœpta quater tenuit: pugnat materq́;, sororq́;,
* corpus. *Et diuersa trahunt vnum duo nomina * pectus.*
Sæpe metu sceleris pallebant ora futuri:
Animi pietate affecti descriptio. *Sæpe suum feruens oculis dabat ira ruborem:*
Similitudo. *Et modò nescio quid simili crudele minanti*
Vultus erat, modò quem misereri credere posses.
Cumq́; ferus lacrymas animi siccauerat ardor,
Inueniebantur lacrymæ tamen. vtq́; carina,
Quam ventus, ventoq́; rapit contrarius æstus,
Vim geminam sentit, paretq́; incerta duobus;
Thestias haud aliter dubijs affectibus errat,

* Inq́;

*Inq3 vices ponit, positamq3 resuscitat iram. *Perque.
Incipit esse tamen melior germana parente:
Et consanguineas vt sanguine leniat vmbras,
Impietate pia est. nam postquam pestifer ignis
Conualuit, Rogus iste cremet mea viscera, dixit.
Vtq3 manu dira lignum fatale tenebat,
Ante sepulcrales infelix astitit aras:
Pœnarumq3 Deæ triplices furialibus, inquit, Furiæ.
Eumenides sacris vultus aduertite vestros.
Vlciscor, facioq3 nefas: mors morte pianda est:
In scelus addendum scelus est, in funera funus:
Per coacernatos pereat domus impia luctus,
An felix Oeneus nato victore fruetur?
Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modo fraterni manes, animæq3 recentes
Officium sentite meum, magnoq3 paratas
Accipite inferias vteri mala pignora nostri.
Hei mihi quo rapior? fratres ignoscite matri.
Deficiunt ad cœpta manus. meruisse fatemur
Illum cur pereat: mortis mihi displicet autor.
Ergo impunè feret, viuusq3, & victor, & ipso
Successu tumidus, regnum Colydonis habebit?
Vos cinis exiguus, gelidæq3 iacebitis vmbræ?
Haud equidem patiar. pereat sceleratus, & ille
Spemq3 patris, regnumq3 trahat, patriæq3 ruinã.
Mens vbi materna est? vbi sunt pia vota parẽtum,
Et quos sustinui bis mensum quinque labores?
O vtinam primis arsisses ignibus infans, Votum.
Idq3 ego passa forem. Vixisti munere nostro:
Nunc merito moriere tuo. Cape præmia facti,

Biſq; datam, primùm partu, mox ſtipite rapto,
Redde animam: vel me fraternis adde ſepulchris.
Et cupio, & nequeo. quid agã? modò vulnera fratrũ
Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago.
Nunc animum pietas, maternaq; nomina frãgunt.
Me miſeram; malè vincetis, ſed vincite fratres,
Dummodo quæ dedero vobis ſolatia, voſq;
Ipſa ſequar. dixit: dextraq; auerſa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit, aut viſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes, & inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius, atque abſens flamma Meleagrus ab illa
Vritur, & cæcis torreri viſcera ſentit
Ignibus, ac magnos ſuperat virtute dolores.
Quòd tamen ignauo cadat & ſine ſanguine letho,
Mœret; & Ancæi felicia vulnera dicit:
Grandæuumq; patrem, fratreſq;, piaſq; ſorores.
Cum gemitu, ſociamq; tori vocat ore ſupremo:
Meleagri mors. *Forſitan & matrem. creſcunt igniſq;, dolorq;,*
Langueſcunt q; iterum: ſimul eſt extinctus vterq;:
Inq; leues abijt paulatim ſpiritus auras,
Paulatim cana prunam velante fauilla.
Alta iacet Calydon, lugent iuueneſq;, ſeneſq;,
Synecdoche. *Et vulgus, procereſque gemunt, ſciſſæq; capillos*
Planguat ora ſimul matres Calydonides: Oeneus
Puluere canitiem genitor, vultuſq; ſeniles
Fœdat humi fuſos: ſpatioſumq; increpat æuum.
* Nam mater manibus. * *Nam de matre manus diri ſibi conſcia facti*
Exegit pœnas, acto per viſcera ferro.
Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis,

Inge-

Ingeniumq; capax, totumq; Helicona dedisset;
Tristia persequerer miserarum vota sororum.
Immemores decoris liuentia pectora tundunt:
Dumq; manet corpus, corpus refouentq;, fouentq;
Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.
Post cineres, cineres haustos ad pectora pressant,
Affusaeq; iacent tumulo, signataq; saxo
Nomina complexae lachrymas in nomina fundunt. Meleagri sorores in aues Meleagrides.
Quas post Oeneae tandem Latonia clade
Exutiata domus, praeter Gorgenq;, nurumq; Deianiram Herculis vxorem.
Nobilis Alcmenae, natis in corpora pennis
Allevat, & longas per brachia porrigit alas,
Corneaq; ora facit, versasq; per aëra mittit.

SAB. IN FAB. IIII.

APer Calydonius, à quo AEtolia est vastata tempore Meleagri, fuit latro Pheę mulieris filius, quam Poëtæ fuem Chromyoniam vocant. Nam vt Strabo refert, ex Chromyonia sue Calidonius aper procreatus est. Huius meminit Phœnix apud Homerum in Oratione ad Achillem lib. 9. Iliad. vnde & sumpta est fabula. Non mirum autem videri debet, tot principes Græciæ, quot hîc numerantur, conueniſſe & sumpsisse arma aduersus hunc latronem: cum constet senatum populumque Romanum totis viribus consurrexisse aduersus Spartacum gladiatorem, qui Campaniam lattocinio depopulatus est. Huic apro Calidonio assimilari possunt hæretici, à quibus vinea

Aper Calidonius pro insigni latrone.

Hæretici similes Apro.

Domini hodie vaſtatur. Vtinam verò inter Monarchas orbis exiſtat Meleager, qui accẽſus non cupiditate gloriæ, ſed amore veritatis, congreget Synodũ aduerſus eiuſmodi apros Eccleſiam vaſtantes. Porrò hæc fabula continet pulcherrimas hypotypoſes, quibus deſcribũtur primùm perſonæ & officia venatorum, & loca cincta indagine: deinde impetus apri exciti, geſtuſque eorum qui illum ruentem iaculis venabuliſque excipiunt. Deſcribuntur item varij caſus, quales incidunt in venatione, cùm alij tela improuidè dirigunt, & ſaucian-tur à feris: alij metu perculſi deſerunt ſtationem, in qua collocati ſunt. Inter hos verò caſus, duo notabiles ſunt: alter Neſtoris viri prudentis quidem, ſed parum ſtrenui, qui territus conſcendit in arborem, ita tamen vt ſtrenuus appareat. Nam hoc illius factum Poëta commodis verbis honeſtat, cùm inquit:

Officia venatorum & eorum caſus.

Neſtoris caſus.

Forſitan & Pylius citra, &c.

Alter Ancæi hominis temerarij & iactabũdi, qui omnes præ ſe contemnens, ita ſe iactat:

Diſcite fœmineis quid tela, &c.

Sed iactantia & nimia audacia qualem habet exitum?

Exitus iactãtiæ & temeritatis.

Occupat audentem, quaq́, &c.

Itaq; prudenter Theſeus, vt oſtendat illam iactantiam ac nimiam audaciam non eſſe viri fortis:

O me mihi charior, &c.

Ac

Ac poteſt hoc ipſum, *Licet eminus eſſe fortibus*, vſurpari vice prouerbij, vel ioco, cùm aliquis audaculus irridetur, cominus ab hoſte pulſatus; vel ſeriò, cùm amicus à nobis admonetur ne velit eſſe propior periculo, præſertim alieno. Illi quoque verſiculi in hac venatione obſeruandi ſunt.

Immanemq; feram multa, &c.

Eſt enim exemplum ſimile apud Homerũ, vbi occiſo Hectore ab Achille, omnes inferunt cadaueri vulnera, quorum nemo auſus fuiſſet aggredi illum viuentem. Eſtque verùm quod dici ſolet, Leonẽ mortuum etiam mordent catuli.

Leonem mortuum etiam mordent catuli.

Inuidere alij, totoq; erat, &c.

Interfecto apro Calydonio, oritur altercatio inter heroës de victoria: & poſtea ex altercatione cædes. Nã Plexippus & Toxeus Meleagro inuidentes, mouent contentionem de exuuijs apri. Ita autem fieri ſolet, vt ſæpiſſimè inter amiciſſimos, laborum & periculorũ ſocios, de exuuijs apri, hoc eſt, de leuiſſimis rebus moueantur contentiones, quæ afferunt Reipublicæ magnam calamitatem.

Graues contentiones inter amiciſſimos de leuiſſimis rebus.

Stipes erat, quem cùm partus, &c.

Quæ de fatali ſtipite referuntur in ignem poſito, intelligenda ſunt haud dubiè de magicis execrationibus, quibus Althæa Meleagro imprecata eſt mortem. Nam Homerus teſtatur eam oraſſe Plutonẽ & Proſerpinam,

Stipes fatalis pro magicis execrationibus.

vt filio mortem afferrẽt : ex quo ſanè manifeſtum eſt, eam magicis miniſterijs vſam eſſe.

Ouidius quãtus dicendi artifex.

At verò, quantus dicendi artifex ſit Ouidius, nuſquàm apparet melius, quàm ex rebus tragicis, in quibus deſcribendis ac tractandis ita mirificus eſt, ita regnat, vt omnes cogitationes, affectus & motus animorum in poteſtate & quaſi in manu ſua habere videatur: ſicut apparet ex fabula Thysbes, Medeæ, Prognes, & in primis ex hac fabula de Althæa flagrante cupiditate vindictæ. Non eſt enim cuiuſuis artificis depingere & exprimere verbis talem hominis imaginem, in qua contrarij affectus, ira, metus, indignatio, & miſericordia, ſimul exprimantur, qualem ipſe effingit, cùm de Althæa ait:

Sæpe metu ſceleris pallebant, &c.

Nemo tam ſceleratus, qui ſibi ſæpius non reluctatur.

Magna autem vis eloquentiæ eſt, vt ſæpe admonui, in illis contentionibus ſeu luctis animorum, quales neceſſe eſt exiſtere in hominibus facinora machinantibus. Nemo eſt enim tam ſceleratus, cuius animus non ſæpius reluctetur & reprehendat ſuum furorem, antequàm obſequitur affectibus. Sed quàm illa ſunt tragica quæ ab Althæa dicuntur ex his ſequentibus verſibus facilè videre licet:

Eumenides ſacris vultus, &c.

Eſt itaq; inter præcipua eloquentiæ exempla hæc quoque Altheæ diſputatio ſeu deliberatio

ratiò obſeruãda, qua vix poteſt quicquam cogitari artificioſius.

Natis in corpora pennis, &c.

Sicut peregrinæ quædam aues nono quoq; anno in Pruſſiam aduolant, quæ vulgò Pariſiæ aues dicuntur: ita certis temporibus aues ex Africa in Bœotiam aduolant, quas Poëtæ fingunt ſorores fuiſſe Meleagri, quia locum vbi Meleager tumulatus eſt, maximè frequentant. Videntur autem Meleagrides eſſe eædem aues, aut non diſſimiles ijs: quæ ex India nuper allatæ ſunt, ac vocantur Gallinæ Indicæ. Nam Plinius refert eſſe gallinarum genus gibberum ac varijs ſparſum plumis: nouiſſimumque peregrinarum auium admiſſum in menſas, propter ingratum virus. Aues Pariſiæ & Meleagrides.

FABVLA V.
De Naiadibus in Inſulas Echinadas.

INterea Theſeus ſociati parte laboris
Functus, Erectheïas Tritonidos ibat ad arces. Athenarum periphraſis.
Clauſit iter, fecitq; moras Achelous eunti
Imbre tumens, Succede meis, ait, inclyte tectis
Cecropide, nec te committe rapacibus vndis.
Ferre trabes ſolidas, obliquaq; voluere, magno
Murmure, ſaxa ſolent. Vidi contermina ripæ
Cum gregibus ſtabulæ alta trahi: nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis velocibus eſſe.
Multa quoq; hic torrens niuibus de monte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia vortice merſit.

Tutior est requies, solito dum flumina currant
Limite, dùm tenues captet suus alueus vndas.
Annuit Ægides, Vtorq; Acheloë, domoq;,
Acheloi atrium. *Consilioq; tuo, respondit: & vsus vtroq; est.*
Pumice multicauo, nec læuibus atria tophis
Structa subit: molli tellus erat humida musco.
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Iamq; duas lucis partes Hyperione menso,
Discubuere toris Theseus, comitesq; laborum,
Perithous comes Thesei. *Hac Ixionides, illa Trœzenius heros*
Parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis,
Quosq; alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum lætissimus hospite tanto.
Protinus appositas nudæ vestigia Nymphæ
Instruxêre epulis mensas: dapibusq; remotis
In gemma posuêre merum. Tum maximus heros
Æquora prospiciẽs oculis subiecta, Quis, inquit,
Ille locus, (digitoq; ostendit) & insula nomen
Quod gerit illa, doce: quanquàm non vna videtur.
Amnis ad hæc, Nõ est, inquit, quod cernimus, vnũ.
*Quinq; iacent terræ: *spatij discrimina fallunt.*
Quoq; minus spretæ factum mirere Dianæ,
Naiades hæ fuerant: quæ cùm bis quinq; iuuencos
Mactâssent, ruriq; Deos ad sacra vocassent,
Immemores nostri festas duxére choreas.
Intumui: quantusq; feror, cùm plurimus, vnquàm,
Tantus eram: pariterq; animis immanis, & vndis
A syluis syluas, & ab aruis arua reuulsi.
Cumq; loco, Nymphas memores tum deniq; nostri.
In freta prouolui. fluctus noster q;, marisq;

Conti-

* spatium discrimina fallit.

Continuam diduxit humum, parteisq; reuellit
In totidem, medijs quot cernis Echinadas vndis.

Naiades in insulas Echinadas.

SAB. IN FAB. V.

ECchinades insulæ, quas inundatio & alluuio effecit, poëtice finguntur ab Acheloo & Neptuno effectæ. Quia vi aquarum vel interrumpente vel aggerente terram insulæ nascuntur. Emergunt etiam in mari insulæ, quãdo aut aqua recedit, aut spiritus terræ inclusus potens atque acris ipsam terrã sibi luctanti resistentem attollit, & magno impetu protrudit. Hoc igitur modò Ouidius indicat & Perimelen extitisse, cùm ait, illam fuisse seruatam beneficio Neptuni ne mergeretur: ita ad fabulas transfertur, quod rerum natura fecit.

Insulæ quomodo fiunt.

FABVLA VI.
De Perimele in Insulam.

VT tamen ipse vides, procul, en procul vna recessit
Insula grata mihi, Perimelen nauita dicit.
Huic ego virgineum dilectæ nomen ademi.
Quod pater Hippodamas ægrè tulit, inq; profundũ
Propulit è scopulo peritura corpora natæ.
Excepi: nantemq; ferens, O proxima terræ
Regna vagæ dixi, sortite Tridentifer vndæ,
In quo desinimus, quo sacri currimus amnes,
Huc ades, atq; audi placidus Neptune precantem.
Huic ego, quam porto, nocui: si mitis, & æquus,

Fluuij sacri.

Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset,
Debuit illius misereri, ignoscere nobis.
Cui quondam tellus clausa est feritate paterna,
Affer opem: mersæq́ precor feritate paterna,
Da Neptune locum, vel sit locus ipsa licebit.
Hunc quoq́ cõplectar. mouit caput æquoreus rex,
Concussitq́ suis omnes assensibus undas.
Perimele in insulam. *Extimuit Nymphe: nabat tamen, ipse natantis*
Pectora tangebam trepido salientia motu.
Dumq́ ea contrecto, totum durescere sensi
Corpus, & inducta condi præcordia terra.
Dũ loquor, amplexa est artus noua terra natantes,
Et grauis increuit mutatis insula membris.

Perimele quomodo dicatur seruata beneficio Neptuni ne mergeretur, vide Fab. præced.

FABVLA VII. VIII. ET IX.
De Philemone & Baucide in arbores, & earum domo in templum.

AMnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
Oppidum in stagum. *Mouerat. irridet credentes, vtque Deorum*
Spretor erat, mentisq́ ferox Ixione natus,
Ficta refers, nimiumq́ putas Acheloë potentes
Esse Deos, dixit, si dant, adimunt q́ figuras.
* verba. *Obstupuere omnes. nec talia* dicta probârunt:*
Deorum potestas. *Ante omnesq́ Lelex animo maturus, & æuo,*
Sic ait: Immensa est, finemq́ potentia cœli
Nõ habet, & quicquid superi voluêre, peractũ est.
Quoq́ minus dubites, tiliæ contermina quercus
Phrygia à Pelope Tantali filio. *Collibus est Phrygijs, medio circundata muro.*
Ipse locum vidi, nam me Pelopeia Pitheus

Misit

Misit in arua, suo quondam regnata parenti. (lim,
Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis o-
Nunc celebres mergis, fulicisq; palustribus undæ. Fulicæ aues in paluſtribus viuunt.
Iupiter huc specie mortalis, cùmq; parente
Venit Atlantiades positis caduciferalis.
Mille domos adiere, locum, requiemq; petentes:
Mille domos clausere seræ: tamen vna recepit
Parua quidem stipulis, & canna tecta palustri. Baucis & Philemon.
Sed pia Baucis, anus, parilique ætate Philemon
Illa sunt annis iuncti iuuenilibus, illa
Consenuere casa, paupertatemq; ferendo
Effecere leuem, nec iniquamente ferendam.
Nec refert, dominos illic, famulósue requiras.
Tota domus duo sunt: idem parentq; iubentq;.
Ergo vbi Cœlicolæ paruos tetigere penates,
Summissoq; humiles intrarunt vertice postes,
Membra senex posito iussit releuare sedili: Anaſtrophe.
Quod super, iniecit textum rude sedula Baucis.
Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes
Suscitat hesternos, foliisq;, & cortice sicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili. Ruſtici pauperis apparatus & mores.
Multifidasq; faces, ramaliaq; arida tecto
Detulit, & minuit, paruoq; admouit aheno.
Quodq; suus coniux riguo collegerat horto
Truncat olus foliis. furca leuat ille bicorni
Sordida terga suis nigro pendentia tigno.
Seruatoq; diu resecat de tergore partem
Exiguam, sectamq; domat feruentibus vndis. Magnolabore mollit & coquit.
Interea medias fallunt sermonibus horas,
Sentiriq; moram prohibent. erat alueus illic

Fagineus, dura clauo ſuſpenſus ab anſa:
Is tepidis impletur aquis, artuſq; fouendos
Accipit: in medio torus eſt de mollibus vlnis
*Impoſitus *lecto, ſponda, pedibuſq; ſalignis.*
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant: ſed & hæc viliſq;, vetuſq;
Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere Dei: menſam ſuccincta, tremenſq;
Ponit anus: menſæ ſed erat pes tertius impar.
Teſta parem fecit: quæ poſtquam ſubdita cliuum
Suſtulit, æquatam mentha exterſere virenti,
Ponitur hîc bicolor ſyncerа bacca Mineruæ,
Conditaq; in liquida Corna autumnalia face,
Intybaq;, & radix, & lactis maſſa coacti,
Ouaq; non acri leuiter verſata fauilla.
Omnia fictilibus: poſt hæc cælatus eodem
Siſtitur argento crater, fabricataq; fago
Pocula, quà cauа ſunt, flauentibus illita ceris.
Parua mora eſt, epulaſq; foci miſere calentes:
Nec longæ rurſus referuntur vina ſenectæ,
Dant q; locum menſis paulum ſeducta ſecundis.
Hic nux, hîc miſta eſt rugoſis carica palmis,
Prunaq;, & in patulis redolentia mala caniſtris,
Et de purpureis collectæ vitibus vuæ.
Candidus in medio fauus eſt. ſuper omnia vultus
Acceſſere boni, nec iners, pauperq; voluntas.
Interea, quoties hauſtum cratera repleri
Sponte ſua, per ſeq; vident ſuccreſcere vina,
Attoniti nouitate, pauent, manibuſq; ſupinis
Concipiunt Bauciſq; preces, timiduſq; Philemon,

*lecto, legit Rapha.

Habitum mulieris ruſticæ effingit. Periphraſis oliuæ.

Apparatus menſæ ruſticæ.

Et

Et veniam dapibus, nullisq́ paratibus orant.
Vnicus anser erat minimæ custodia villæ,
Quem Dijs hospitibus domini mactare parabant:
Ille celer penna tardos ætate fatigat, Antitheton.
Eludit q́ diu, tandemq́ est visus adipsos
Confugisse Deos. superi vetuere necari,
Dijq́ sumus, meritasq́ luet vicinia pœnas
Impia, dixerunt: vobis immunibus huius
Esse mali dabitur: modò vestra relinquite tecta,
Ac nostros comitate gradus, & in arduamontis Comitate antiquè: pro, comitamini.
Ite simul: parent, & Dijs præeuntibus ambo
Membra leuant baculis, tardisq́ senilibus annis
Nituntur longo vestigia ponere cliuo. Oppidum in stagnum.
Tantum aberant summo, quantū semel ire sagitta
Missa potest: flexere oculos, & mersa palude
Cætera prospiciunt, tantum sua tecta manere.
Dumq́ ea mirantur, dum deflent fata suorum,
Mersa vident, quæruntq́ suæ pia culmina villæ, Hyppallage.
Sola loco stabant, dum deflent fata locorum, Casa Baucidis in templū.
Illa vetus, dominis & iam casa parua duobus
Vertitur in templum, furcas subiêre columnæ:
Stramina flauescunt, auratæq́ tecta videntur,
Cælatæq́ fores, adopertaq́ marmore tellus.
Concipiunt Baucisq́ preces, timiduisq́ Philemon,
Talia cùm placido Saturnius edidit ore:
Dicite iuste senex, & fœmina coniuge iusto
Digna, quid optetis? cum Baucide pauca loquutus
Iudicium superis aperit commune Philemon. Votum.
Esse sacerdotes, delubraq́ vestra tueri
Poscimus: & quoniam concordes egimus annos,

Auferat hora duos eadem, nec coniugis vnquam
Busta meæ videam, neu sim tumulandus ab illa.
Vota fides sequitur: templi tutela fuere,
Donec vita data est: annis æuoq; soluti
Ante gradus sacros cùm starent fortè lociq;
Narrarent casus, frondere Philemona Baucis,
Baucida conspexit senior frondere Philemon.
Iamq; super geminos crescente cacumine vultus,
Mutua, dum licuit, reddebant dicta, Valeq;
O coniux dixere simul, simul abdita texit
Ora frutex. ostendit adhuc Tyaneïus illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.*
Hæc mihi non vani, nec erat cur fallere vellent,
Narrauere senes. Equidem pendentia vidi
Serta super ramos, ponensq; recentia, dixi,
Cura Deûm Dij sint, & qui coluere colantur.

* templi. Philemon & Baucis in arbores.

* arbore.

In lucis & arboribus sacris.

SAB. IN FAB. VII. VIII. ET IX.

Hospitalitas Deo grata.

BAucidis & Philemonis fabula docet hospitalitatem ac frugalitatem Deo gratam esse. Idem docent sacræ literæ, quæ testantur angelos sub specie humana sæpe nobiscum versari. Ideoq; hospites libenter accipiendos & humaniter tractandos esse. Verisimile est autem hũc Philemonem fuisse villicum ipsius Ouidij: nam ita solent Poëtæ interdum suos celebrare occasione data. Ac videtur Ouidius hilàri animo fuisse cùm scriberet hanc fabulã. Descripta enim est admodum lepidè & festiuè, habetque multas hypotyposes aptas & iucundas,

iucundas, quibus decorè effingitur gestus Baucidis ignem excitantis, & Philemonis bicorni furca leuantis:

Item cura collocandæ mensæ, cui erat pes tertius impar, testa parem fecit. Adhæc apparatus rusticus & frugalis, humanitas erga hospites. & hypotyposis illa anseris velocitate sua fatigantis senes:

FABVLA X.
De proteo in varias formas mutato.

Desierat: cunctosq́, & res, & mouerat autor,
Theseaprecipue: quem facta audire volentẽ
Mira Deûm, nixus cubito Calydonius amnis* *heros.
Talibus alloquitur, Sunt ô fortissime, quorum
Forma semel mota est, & in hoc renouamine mãsit.
Sunt quibus in plures ius est transire figuras Proteus in varias formas.
Vt tibi complexi terram maris incola Proteu.
Nam modò te iuuenem, modò te videre leonem:
Nunc violentus aper: nunc, quẽ tetigisse timerent,
Anguis eras: modò te faciebant cornua taurum:
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras: interdum vndis contrarius ignis.

SAB. IN FAB. X.

METamorphosis Protei non minus varias allegorias, quàm ipse formas recipit. Hanc Diodorus Siculus exponit de varietate insignium, quibus Proteus AEgypti rex more

1 veterum regum ſeſe ornabat. Nam priſcis AEgyptiorum regibus morem fuiſſe ſcribit, vt inſigne aut leonis aut tauri, aut ignis, aut arboris, in capite geſtarent. Philippus Melanthon in declamatione de artibus liberalibus refert ad intelligentiam, quæ ſe in omnes quaſi ſpecies transformat: motus, ut mihi videtur authoritate Virgilij, qui de Proteo cecinit hunc in modum:

Variæ allegoriæ de Protei Metamorphoſi.

2 *-nouit namq; omnia vates,*
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahãtur.

3 Plato in Euthydemo exponit de fallacijs, quibus Sophiſtæ in diſputando quaſi præſtigijs vtuntur. Scribit enim ipſum Protea fuiſſe
4 Sophiſtam AEgyptium. Alij exponunt de na-
5 tura rerum quæ gignit varias ſpecies: Alij de diuerſis veſtimentorum formis, quibus Pallenei ciues olim vtebantur. Eſt enim Pallene vetuſta Achaicæ ciuitas Prothei patria, in qua diuerſæ veſtimentorum formæ olim fiebant, teſte Suida.

6 Eſt & erudita Prothei allegoria quæ extat apud Cælium Calcagninum, is per Prothea intelligit veritatem, quæ in abdito latens non facile poteſt deprehendi: atque ait, illum hac de cauſa fingi in antro obdormiſcere, & comprehenſum vera dicere: In varias autem tranſire formas, quia dum ingenium ad veritatem indagandam ratione ducitur, variæ oriuntur formæ, quæ veritatis ſpeciem habent, hoc eſt, falſæ

falsæ opiniones, quibus deludimur: multa enim putamus esse vera, quæ non sunt. Quò plura verò simulachra seu commenta opinionum nobis obijciuntur, eò instandum acrius, donec Protheus redeat in suam formam, hoc est, veritas illucescat. Sumpta est autem fabula ex odyssea, vbi Homerus fingit Protea in varias formas se mutantem à Menelao capi: quem locum & Virgilius in Georg. imitatus ad fabulam Aristei transfert.

FABVLA XI.

De fame Erisichthonis, & varia Mestris Metamorphosi.

NEc minus Autolyci cõiux Erisichthone nata Erisichthon Cereris lucum violat.
Iuris habet. pater huius erat, qui numina Di
Sperneret, & nullos aris adoleret honores. (uum
Ille etiam Cereale nemus violasse securi
Dicitur, & lucos ferro temerasse vetustos,
Stabat in his ingens annoso robore quercus
Vna nemus: vitæ mediam, memoresq; tabellæ, Nemoris magnitudinem æquans.
Sertaq; cingebant, voti argumenta potentis.
Sæpe sub hac Dryades festas duxêre choreas:
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circumiêre modum: mensuraq; roboris vlnas
Quinque ter implebat: necnon & cætera tantum
Sylua sub hac omnis, quantum fuit herba sub illa.
Nec tamen idcirco ferrum Tryopæius illa Eryſichthon à Tryopa patre.
Abstinuit, famulosq; iubet succidere sacrum
Robur: & vt iussos cunctari vidit, ab vno Thessali impietas.
Edidit hæc rapta sceleratus verba securi,

Non dilecta Deæ ſolùm, ſed & ipſa licebit
Sit Dea, iam tanget frondente cacumine terram.
Dixit: & obliquos dum telum librat in ictus,
Contremuit gemitumq; dedit Dodonia Quercus:
Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes
Cœpêre ac longi pallorem ducere rami.
Cuius vt in trunco fecit manus impia vulnus,
Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis.
Quàm ſolet, ante aras ingens vbi victima taurus
Concidit, abrupta cruor e ceruice profundi.
Obſtupuere omnes aliquiſq; ex omnibus audet
Deterrere nefas, ſæuamq; inhibere bipennem.
Aſpicit hunc, Mentiſq; piæ cape præmia, dixit
Theſſalus: inq; virum conuertit ab arbore ferrũ,
Detruncatq; caput repetitaq; robora cædit.
Editus è medio ſonus eſt cum robore talis:
Nympha ſub hoc ego ſum Cereri gratiſſima ligno,
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia lethi.
Perſequitur ſcelus ille ſuum: labefactaq; tandem
Ictibus innumeris, adductaq; funibus arbor
Corruit, & multam proſtrauit pondere ſyluam
Attonitæ Dryades damno nemorumq;, ſuoq;,
Omnes germanæ Cererem cum veſtibus atris
Mœrentes adeunt, pœnamq; Eriſichthonis orant.
Annuit his, capitiſq; ſui pulcherrima motu
Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros.
Moliturq; genus pœnæ miſerabile, ſinon
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis,
Peſtifera lacerare fame. quæ, quatenus ipſi

*Non

* decidua alias de vulnere

* ſudore madeſcere.

Non adeunda Deæ (neq; enim Cererem q́, Famẽ q́
Fata coïre ſinunt montani numinis vnam
Talibus agreſtem compellat Oreada dictis.
Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris, Famis patria.
Triſte ſolum, ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus. Frigoris comites perpetui.
Frigus iners illic habitat, Pallor q́, Tremor q́,
Et ieiuna Fames. ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſceleratà iube. nec copia rerum
Vincat eam, ſuperet q́ meas certamine vires.
Neue viæ ſpatium te terreat, accipe currus,
Accipe quos frænis altè moderere dracones.
Et dedit: illa dato ſubuecta per aëra curru
*Deuenit in Scythiam: rigidiq́ *cacumine montis* *cacumina.
(Caucaſon appellant) ſerpentum colla leuauit, Famis deſcriptio.
Quæſitam q́ famem lapidoſo vidit in agro
Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis: cauæ lumina, pallor in ore,
Labra incana ſitu, ſcabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent:
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus: pendère putares
Pectus, & à ſpinæ tantummodo crate tenere.
Auxerat articulos macies, genuum q́ tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.
Hãc procul vt vidit (neq; enim eſt accedere iuxtà
Auſa) refert mandata Deæ: paulum q́ morata
Quanquã aberat longè, quanquam modo venerat
Viſa tamen ſenſiſſe famem: retro q́ dracones (illuc,
Egit in Æmoniam verſis ſublimis habenis.
Dicta Fames Cereris (quamuis contraria ſemper

Illius est operi) peragit: perq; aëra vento
Ad iussam delata domum est, & protinus intrat
Sacrilegi thalamos, altoq; sopore solutum
* alis. *(Noctis enim tẽpus) geminis amplectitur *vlnis,*
Seq; viro inspirat, fauceq;, & pectus, & ora
Afflat, & in vacuis peragit ieiunia venis.
Functaq; mandato fœcundum deserit orbem,
* arua. *Inq; domos inopes, assuetaq; vertitur *antra.*
Erisichthonis fames. *Lenis adhuc somnus placidis Erisichthona pennis*
Mulcebat: petit ille dapes sub imagine somni,
Oraq; vana mouet, dentemq; in dente fatigat,
Exercetq; cibo delusum guttur inani,
Proq; epulis tenues nequicquam deuorat auras.
Vt verò est expulsa quies, furit ardor edendi,
Perq; auidas fauces immensaq; viscera regnat.
Nec mora, quod põtus, quod terra, quod educat aër
Poscit, & appositis queritur ieiunia mensis.
Inq; epulis epulas quærit: quodq; vrbibus esse,
Quodq; satis poterat populo non sufficit vni:
Plusq; cupit, quo plura suam demittit in aluum.
Similitudo. *Vt q; fretum recipit de tota flumina terra,*
Nec satiatur aquis, peregrinosq; ebibit amnes:
Vt q; rapax ignis non vnquam alimenta recusat,
Innumerasq; faces cremat: & quo copia maior
Est data, plura cupit, turbaq; voracior ipsa est:
Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani
Accipiunt, poscunt q; simul cibus omnis in illo
Causa cibi est, semper q; locus fit inanis edendo.
Iamq; fame patrias, altiq; voragine ventris
Attenuârat opes sed inattenuata manebat

Tum

Tum quoq; dira fames, implacataq; vigebat
Flamma gulæ Tandem demisso in viscera censu,
Filia restabat non illo digna parente. Quia ne impium quidem patrem voluit deserere.
Hãc quoq; vẽdit inops. Dominũ generosa recusat:
Et vicina suas tendens super æquora palmas,
Eripe me domino, qui raptæ præmia nobis * nostræ.
Virginitatis habes, ait. Hæc Neptunus habebat.
*Qui prece non spreta, quamuis *modò visa sequẽti* * ea.
Esset hero, formamq; nouat, vultumq; virilem
*Induit, & *cultus pisces capientibus aptos.* * vultus.
Hanc dominus spectans, O qui pendentia paruo Filia Erisichthonis in Piscatorem.
Æra cibo celas moderator arundinis inquit,
Sic mare compositum, sic sit tibi piscis in vnda
Credulus, & nullos nisi fixus sentiat hamos,
Quæ modo cum vili turbatis veste capillis
Littore in hoc steterat (nam stantẽ in littore vidi)
Dic vbi sit. neq; enim vestigia longius extant.
*Illa Dei *munus bene cedere sensit: & à se* * numen.
Se quæri gaudens, his est resecuta rogantem:
Quisquis es, ignoscas, in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi, studioq; oneratus inhæsi.
Quoq; minùs dubites, sic has Deus æquoris artes
Adiuuet, vt nemo iamdudum littore in isto,
Me tamen excepto, nec fœmina constitit vlla.
Credidit, & verso dominus pede pressit arenam, Triopæis in varias figuras
Elususq; abijt. Illi sua reddita forma est.
Ast vbi habere suam transformia corpora sensit,
Sæpe pater dominis Triopæîda tradit. at illa
Nũc equa, nũc ales, modo bos, modo ceruus abibat,
Præbebat q; auido non iusta alimenta parenti.

Vis tamen illa mali postquàm consumpserat omnẽ
Materiàm, dederatq; graui noua pabula morbo;
Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

Achelous in tres figuras.

Quid moror externis? etiam mihi sæpe nouandi
Corporis ô iuuenes numero finita potestas. (quem
Nam modo, qui nunc sú, uideor: modo flector in an-
Armenti modo dux vires in cornua sumo:
Cornua dum sumpsi, nunc pars caret altera telo
Frontis, vt ipse vides. gemitus sunt verba secuti.

SAB. IN FAB. XI.

Arbores miræ maginitudinis.

VIdetur quidem Hyperbolica hæc descriptio arboris, cuius mensura quindecim vlnas impleat: Sed Petrus Bembus in historia Veneta scribit, arbores reperiri sub polo antarctico tantæ magnitudinis, vt eas capere nequeat complexus viginti hominum extremis manibus sese contingentium. Idem testatur Hyeronimus Cardanus, cuius verba sunt hæc lib. 8. de Subtilitate: Pingui alimento arbores crescunt non salso, ob id pinguissimum & minimè salsum Indiæ solum existimandum est, quòd in immensum ibi crescant arbores. Referunt enim ibi quandam inuentam è Zebeli genere (nam hoc est arboris genus omnium maximũ) trifidam inter cæteras, cuius singuli trunci viginti pedum ambitu cingebantur. Spacia verò ipsa inter truncos iuxta terram totidem pedibus: per ipsa verò spacia currus onustus

onustus pulchrè duci poterat. At vbi trunci in vnum coibant, hoc autem à terra procul pedibus quindecim, erat crassitudo arboris pedum quadraginta quinq;. Ab ima parte crassiores trunci ad locum vbi primo prodibant rami pedes 80. Superior pars ex qua rami pendebant absque mensuræ modo.

Tandem demisso in viscera censu, &c.

Erisichton absumptis per luxum facultatibus cum ad extremam egestatem redactus esset, filiam nomine Metram prostituisse fertur: idque significare videtur Ouidius cùm inquit:

Luxus & voracitas homines ad extremã egestatem redigunt.

Sæpe pater dominis Triopeida tradit. &c.

At quoniam eo tempore nondum argenti & auri erat vsus, varia munera illi offerebantur ab amatoribus filiæ, aut aues, aut equi, aut boues, aut feræ. Hinc per iocum dicta est Metra Erisichtonis verti in omnia, quæ ab amatoribus donabantur. Sic exponit Erasmus hanc fabulam in Chiliadibus adagiorum. Fieri autem potest, vt Erisichton non solum luxu absumpserit facultates, sed etiam inexplebili voracitate. Historiæ tradunt quendam fuisse apud Aurelianum Imperatorem, qui vno die comederit aprum integrum, centum panes, veruecem & porcellum. Tali famelico certè mediocres facultates non sufficiunt. Ac quoniam nullum est peccatum grauius impietate, non immeritò impius Erisichton ea afficitur

Impij fame extincti.

pœna, qua nihil eſt etiam durius: nam fame mori eſt duriſſimum & miſerrimũ genus mortis. Euſebius in hiſtoria Eccleſiaſtica ſcribit, Herodem regem Iudæorum ſimili auiditate vorandi a Deo punitum fuiſſe: nec tàm phthiriaſi quàm fame extinctum eſſe.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER IX.

FABVLA I.

De Acheloo cum Hercule luctante & ſe in varias formas mutante: & de Cornucopiæ.

Herculis luctæ cum Acheloo, pro Deianiræ nuptijs deſcriptio.

Væ gemitus, truncæq́; Deo Neptunius Heros
Cauſa rogat frontis: cum ſic Calydonius amnis
Cœpit, inornatos redimitus arundine crines.
Triſte petis munus: quis enim ſua prælia victus
Commemorare velit? referam tamẽ ordine: nec tã
Turpe fuit vinci, quàm contendiſſe decorum:
Magnaq́;

Magnaq; dat nobis tantus solatia victor.
Nomine siqua suo tandem peruenit ad aures
Deïanira tuas: quondam pulcherrima virgo,
Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum.
Cum quibus vt soceri domus est intrata petiti,
Accipe me generum, dixi, Parthaone nate.
Dixit & Alcides: alij cessere duobus.
Ille Iouem socerum dare se, famamq; laborum,
Et superata sua referebat iussa nouercæ.
Contrà ego; Turpe Deum mortali cedere, dixi,
(Nõdũ erat ille Deus) dominũ me cernis aquarũ
Curs ibus obliquis inter tua regna fluentem.
Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,
Sed popularis ero, & rerum pars vna tuarum.
Tantùm ne noceat, quod me nec regia Iuno
Odit, & omnis abest iussorum pœna laborum.
Nam quòd te iactas Alcmena matre creatum:
Iupiter aut falsus pater est, aut crimine verus,
Matris adulterio patrem petis. Elige, fictum
Esse Iouem malis, an te per dedecus ortum.
Talia dicentem iamdudum lumine toruo
Spectat, & accensæ non fortiter imperat iræ,
Verbaq; tot reddit, Melior mihi dextera lingua est
Dummodo pugnando superem, tu vince loquendo.
Congreditur q; ferox. Puduit modo magna locutũ
Cedere, reieci viridem de corpore vestem,
Brachiaq; opposui, tenuiq; à pectore varas
Instatione manus: & pugnæ membra parauí.
Ille cauis hausto spargit me puluere palmis,
Inq; vicem fuluæ tactu flauescit arenæ.

Deianira.

AEneus Deianiræ pater, Parthaonis F. tanquam dotem Deianiræ.

Iunonis.

Dilemmate colligit Iouem aut falso Herculis patrem dici, aut esse ignominiosum vt qui ex adulterio illum genuerit.

Paulum incuruatas.

Herculis & Acheloi congressus.

Ab Athletarum consuetudine, qui se puluere conspergunt luctaturi.

Et modò ceruicem, modò crura micantia captat,
Aut captare putes omniq; à parte lacessit.
Me mea defendit grauitas, frustraq; petebar:
Haud secus ac moles, quã magno murmure fluctus
Oppugnant: manet illa, suoq; est pondere tuta.
Digredimur paulùm, rursusq; ad bella coimus,
Inq; gradu stetimus certi non cedere, eratq;

Descriptio eorum, quæ aluctatoribus fieri solent.

Cum pede pes iunctus: totoq; ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
Cùm pretium pugnæ toto nitidissima saltu
Expetitur coniux: spectant armenta, pauentq;

*regni.

*Nescia quem maneat tanti victoria *belli.*
Ter sine profectu voluit nitentia contrà
Reiicere Alcides à se mea pectora: quartò
Excutit amplexus, adductaq; brachia soluit:
Impulsumq; manu (certum est mihi vera fateri)
Protinus auertit, tergoq; oneros us inhæsit,
Siqua fides (neq; enim ficta mihi gloria voce
Quæritur) impos ito pressus mihi monte videbar.
Vix tamen inserui sudore fluentia multo
Brachia: vix solui duros à corpore nexus.
Instat anhelanti, prohibetq; resumere vires,
Et ceruice mea potitur. tum denig; tellus

Achelous in anguem, Hydram.

Pressa genu nostro est, & arenas ore momordi.
Inferior virtute, meas diuertor ad artes:
Elaborq; viro longum formatus in anguem.
Qui postquam flexos sinuaui corpus in orbes,
Cumq; fero moui linguam stridore bisulcam,
Risit, & illudens nostras Tirynthius artes,

Cuna-

Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum,
Dixit: & vt vincas alios Acheloë dracones.
Pars quota Lerneæ ſerpens eris vnus Echidnæ?
Vulneribus fœcunda ſuis erat illa: nec vllum Lernæ centum capita.
De centum numero caput eſt impunè reciſum,
Quin gemino ceruix hærede valentior eſſet.
Hanc ego ramoſam natis è cæde colubris,
Creſcentemq; malo domui, domitamq; reduxi.
Quid fore te credis, falſum qui verſus in anguem
Arma aliena moues? quem forma precaria celat?
Dixerat, & ſummo digitorum vincula collo
Iniecit. angebar, ceu guttura forcipe preſſius:
Pollicibuſq; meas pugnabam euellere fauces.
Sic quoque deuicto reſtabat tertia tauri
Forma trucis. Tauro mutatus membra, rebello.
Induit ille toris à læua parte lacertos, Achelous in taurum.
Admiſſumq; trahens ſequitur, depreſſaq; dura
Cornua figit humo, meq; alta ſternit arena.
Nec ſatis hoc fuerat: rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit, truncaq; à fronte reuellit. Copiæ cornu
Naïades hoc pomis, & odoro flore repletum
Sacrârunt diueſq; meo bona copia cornu eſt.
Dixerat: & Nymphæ ritu ſuccincta Dianæ
Vna miniſtrarum fuſis vtrinque capillis
Inceſſit, totumq; tulit prædiute cornu
Autumnum, & menſas felicia poma ſecundas.
Lux ſubit, & primo feriente cacumina Sole
Diſcedunt iuuenes. neq; enim dum flumina pacẽ,
*Et placidos habeant *lapſus, totaq; reſidant,* *curſus, motæque.
Opperiuntur aquæ. vultus Achelous agreſtes.

Et lacerum cornu medijs caput abdidit vndis.
Hunc tamen ablati domuit iactura decoris:
Cætera sospes habet capitis quoq; fronde saligna,
Aut super imposita celatur arundine damnum.

SAB. IN FAB. I.

Clari viri propter insignem virtutem deorum filij putabantur.

HErcules, quòd omnia animi sui viribus inferiora duceret, habitus est Iouis filius: nam veteres clarorum virorum originem, propter virtutem excellentem, referebant ad deos. neque enim humanum sed diuinum est subire pericula pro salute Reipublicæ: aduersis rebus non terreri, non consternari: sicut Hercules in pacando orbe fecit.

In statione manus: &c.

Inundationes aggerib. & aquarum ductibus sublatæ.

Achcloum extra ripas sæpe diffluentem, & efficientem agri vastitatem, Hercules coercuit aggeribus & aquarum ductibus: sicut apud nos in Prussia Teutonici Mariani, olim coërcuerunt inundationes Istulæ, altero ostio eius patefacto, & aggeribus ad vtramque ripam congestis. Hoc Herculis opus comparatur luctationi: ipse enim cum Acheloo, dum eius vim & inundationem coërcet, quasi luctatus est. Sunt in hac fabula versus, ad vsum & rationem prouerbij accommodati.

Nec tam, &c.

A forti viro vinci non est inglorium.

His siquidem versibus vti poterit qui insigni aliquo certamine, vel à doctiore, vel à potentiore superatus est. In hanc sententiam Hannibal

Hannibal apud Liuium allocutus Scipionem, si hoc (inquit) ita fato datum erat, vt qui primus bellum intuli populo Romano: quique toties prope in manibus victoriam habui, is vltro ad petendam pacem venirem, lætor te mihi potissimum datum, à quo peterem. Tibi quoque inter multa egregia non in vltimis laudum fuerit, Annibalem cui de tot Romanis ducibus victoriam dij dedissent, tibi cessisse. Similiter vsurpari possunt loco prouerbij etiam hi versus: *Melior mihi dextera lingua.* Contra iactantiam verborum.

Alphonsus rex Neapolitanus bellum illaturus Florentinis, dicitur his versibus respondisse oratori Florentino, minas iactanti.

Nostro est, & arenas ore, &c.

Assimilatur Achelous tum serpenti, propter obliquam longitudinem: tum tauro, propter alueorum flexus, qui cornua vocantur: & propter raucum strepitum, quem edit similem taurino sono, teste Strabone. Achelous quomodo serpenti & tauro assimiletur.

Cunarum labor est angues, &c.

Ab ipsis incunabilis natura dat indicia excellentis animi, futuræq; magnitudinis & virtutis: quod vt significarent Poëtæ, finxerunt Herculem exemplum viri fortis ac magnanimi, infantem pusillis manibus strangulasse angues. Nemo enim fit (vt dici solet) excellens, nisi cui natura quasi suffragatur nascenti. Sic maior ille Africanus Scipio, quali indole esset, adolescentulus in pugna ad Ticinum declara- Ab ipsis incunabulis natura dat indicia excellentis animi. Hercules. Scipio.

uit, vbi patrem ab hostibus recepit: cumque Hispaniense bellum sibi deposcit obstupefactis alijs & contradicentibus. Sic & Octauius Cæsar qualis esset futurus præ se tulit, cum puer aduersus Antonium se belli ducem professus est. Huc alludens Ouidius libro primo de arte inquit:

Octauius Cæsar.

Parcite natales timidi numerare deorum,
Cæsaribus virtus contigit ante diem.
Ingenium cœleste suis velocius annis
Surgit, & ignauæ fert mala damna moræ.
Paruus erat, manibusq; suis Tirynthius angues
Pressit, & incunis iam Ioue dignus erat.
Pars quota Lernææ serpens, &c.

Hydra vt Plato scribit in Euthydemo fuit Sophista ex Lernæo oppido, qui Herculem maledictis insectatus est: cuius Sophistæ vno capite, hoc est argumento sermonis amputato, plura renascebantur. nihil est enim sophistica fœcundius: hæc, vna ratione confutata, plures statim suggerit.

Hydra pro Sophista. quia Sophistica nihil fœcundius

Tzetza per Hydram intelligit plurimos fratres seu aduersarios concordes, quorum vno ab Hercule occiso subinde alij atque alij prodiderunt in certamen donec omnes obtruncati sint. Horatius lepidè transfert allegoriam Hydræ ad inuidiam:

-diram qui contudit Hydram
Comperit inuidiam supremo fine domandam.

Est enim inuidia monstrũ innumeris armatum

Hydra pro inuidia.

tum capitibus, quorum vno reciſo, protinus duo ſuppullulant in eius locum.

Diueſq; meo bona copia cornu, &c.

Per cornu copiæ ſignificatur vbertas agrorum & abundantia omniun fructuum. Eo enim loco, vbi Achelous antea ſtagnabat, agri Calydoniorum facti ſunt fructuoſiſſimi, poſtquam exſiccati fuerunt. Cornu copiæ.

FABVLA II.
De Neſſi cruore in venenum.

AT te Neſſe ferox eiuſdem virginis ardor
Perdiderat, volucri traiectum terga ſagitta.
Namq; noua repetens patrios cum coniuge muros
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas.
Vberior ſolito, nimbis hyemalibus auctus,
Vorticibuſq; frequens erat, atq; imperuius amnis.
Intrepidum proſe, curam de coniuge agentem
Neſſus adit, membriſq; valens, ſcituſq; vadorum: Erat enim portitor ibi conſtitutus.
Officioq; meo ripa ſiſtetur in illa:
Hæc, ait, Alcide: tu viribus vtere nando,
Tradidit Aonius pauidam Calydonida Neſſo, Bœotius.
Pallentemq; metu, fluuiumq;, ipſumq; timentem.
Mox, vt erat pharetraq; grauis, ſpolioq; leonis
*(Nam clauã, & curuos trans*ripã miſerat arcus)* *iecerat.
Quandoquidem cœpi, ſuperentur flumina, dixit.
Nec dubitat, nec quà ſit clementiſſimus amnis
Quærit, & obſequio deferri ſpernit aquarum.
Iamq; tenens ripam miſſos cùm tolleret arcus,
Coniugis agnouit vocem: Neſſoq; paranti

*Fallere herculem depositō.

*Fallere depositum, Quò te fiducia, clamat,
Vana pedum violenter rapit? tibi Nesse biformis
Dicimus: exaudi, nec res intercipe nostras.
Si te nulla mei reuerentia mouit: at orbes
Concubitus vetitos poterant inhibere paterni.
Haud tamen effugies, quamuis ope fidis equina.
Vulnere, non pedibus te consequar. vltima dicta
Reprobat: & missa fugientia terga sagitta
Traijcit. extabat ferrum de pectore aduncum,
Quod simul euulsum est, sanguis per vtrunq; foramen
Emicuit, mistus Lernæi tabe veneni.
Excipit hunc Nessus. Neq; enim moriemur inulti,
Secum ait: & calido velamina tincta cruore
Dat munus raptæ, velut irritamen amoris.

Rotæ quibus apud inferos Ixion assiduè vertitur ob interpellatā de stupro Iunonem.

Nessi cruor in venenum.

SAB. IN FAB. II.

Virum fortē oportet aperto Marte non fallacijs pugnare.

HErculis leonina pellis significat, virum fortem oportere non fallacijs, sed virtute tectum esse: neque insidijs, sed aperto marte pugnare. Hinc Plutarchus in vita Lysandri refert, Lysandrum virum versutum irrisisse eos qui iudicabant hoc dignum progenie Herculis, vt sine fallacijs belligerent: aitque solitum dicere, quò leonina pellis non attingeret, assuendam esse vulpinam.

Lysander vulpinam pellē assuebat leoninæ.

Dat munus raptæ, &c.

Cauenda est hostium beneuolentia.

Exemplum Nessi monet, vt caueamus ne decipiamur simulata & ficta hostium beneuolentia: ac reprehendit stultitiam eorum, qui credunt venena habere vim & illecebram amoris.

moris. Simili ferè dolo, & beneuolentiæ simulatione vsa est Medea, cum Creontis filiæ misit dono coronam naphta illitam, qua illam perdidit.

FABVLA. III.
De Zelotypia Deianiræ & Lycha in saxum.

Longa fuit medij mora temporis, actaq; magni
Herculis implerant terras, odiumq; nouercæ.
Victor ab Oechalia Cæneo sacra parabat
*Vota Ioui, cùm fama loquax * peruenit ad aures* * præcessit. Fama omnia deprauat atque exaggerat.
Deianira tuas, quæ veris addere falsa
Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit,
Amphytrioniaden Ioles ardore teneri.
Credit amans, Veneriq; noua perterrita fama
Indulsit primò lachrymis, flendoq; dolorem
Diffudit miseranda suum: mox deinde, Quid autẽ Zelotypia Deianiræ.
Flemus, ait? pellex lachrymis lætabitur istis:
Quæ quoniam aduenit, properandum, aliquidq; nouandum est,
Dum licet: & thalamos nondũ tenet altera nostros.
Cõquerar, an sileam? repetam Calydona, morérne?
*Excedam tectis, * an sic nihil amplius obstem?* * ac.
Quid, si me, Meleagre, tuam memorẽ esse sororem?
(Fortè paro facinus,) quantumq; iniuria possit,
*Fœmineusq; dolor, * iugulata pellice tester?* * vulgata.
In cursus animus varios abit. Omnibus illis
Prætulit imbutam Nessèo sanguine uestem
Mittere, quæ vires defecto reddat amori:
Ignaroq; Lychæ, quid tradat nescia, luctus
Ipsa suos tradit, blandisq; miserrima verbis

Dona det, illa viro, mandat, capit insçius heros.
Induiturq; humeris Lernææ virus Echidnæ.
Tura dabat primis, & verba precantia flammis,
Vinaq; marmoreas patera fundebat in aras:
Incaluit vis illa mali, resolutaq; flammis
Herculeos abijt latè diffusa per artus.
Dum potuit solita gemitum virtute repressit.
Oete mons Thessaliæ morte, rogo, & sepulcro Herculis clarus.
Victa malis postquàm est patientia, reppulit aras,
Impleuitq; suis nemorosam vocibus Oeten.
Nec mora, lethiferam conatur scindere vestem.
Quà trahitur, trahit illa cutem (fœdumq; relatu)
Aut hæret membris frustra tentata reuelli,
Aut laceros artus, & grandia detegit ossa.
Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu, stridet, coquiturq; ardente veneno.
Nec modus est: sorbent auidæ præcordia flammæ:
Cœruleusq; fluit toto de corpore sudor:
Ambustiq; sonant nerui: cæcaq; medullis
Tabe liquefactis, tollens ad sydera palmas,
Cladibus exclamat, Saturnia, pascere nostris:
Pascere, & hanc pestem spectacrudelis ab alto.
Corq; ferum satia: vel si miserandus & hosti,
(Hostis enim tibi sum) diris cruciatibus agram,
Inuisumq; animam, natamq; laboribus, aufer.
Mors mihi munus erit. decet hæc dare dona nouer-
Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore (cã
Busirim domui: sæuoq; alimenta parentis
Antæo eripui? nec me pastoris Iberi
Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mo-
Amatia pasiphaë.
Vósne manus Validi pressistis cornua tauri? (uit?

Vestrum

* Labe. Iunonem in maximam inuidiam adducit.
Herculis decem & octo præclara certamina.

Vestrũ opus Elis habet, vestrũ Stymphalides vndæ
Partheniumq; nemus: vestra virtute relatus
Thermodontiaco cælatus baltheus auro, — Ob captam ceruam aëripedem.
Pomaq; ab insomni non custodita dracone.
Nec mihi Centauri potuere resistere, nec mi — Victis Amazonibus.
Arcadiæ vastator Aper: nec profuit Hydræ
Crescere per damnum, geminasq; resumere vires.
Quid? quòd Thracis equos humano sanguine pin- — Diomedis.
Plenaq; corporibus laceris præsepia vidi? (gues,
Visaq; deieci? dominumq; ipsos q; peremi?
His elisa iacet moles Nemeæa lacertis: — Leo maximæ molis.
**Cacus, & horrẽdum Tiberino *gurgite monstrũ.* — *His Cacus. *littore.
Hac cœlum ceruice tuli, defessa iubendo est
Sæua Iouis coniux, ego sum indefessus agendo.
Sed noua pestis adest, cui nec virtute resisti,
Nec telis, armisq; potest: pulmonibus errat
Ignis edax imis, perq; omneis pascitur artus:
At valet Eurystheus, & sunt qui credere possint — Qui hortatu Iunonis ad tot pericula me impulit.
Esse Deos? dixit: perq; altam saucius Oeten
Haud aliter graditur, quàm si venabula taurus
Corpore fixa gerat, factisq; refugerit autor.
Sæpe illum gemitus edentem, sæpe trementem,
Sæpe retentantem totas infringere vestes,
Sternentemq; trabes, irascentemq; videres
Montibus, aut patrio tendentem brachia cœlo.
Ecce Lychan trepidum, & latitantem rupe cauata
Aspicit: utq; dolor rabiem collegerat omnem,
Túne Lycha, dixit, feralia dona dedisti?
Túne meæ necis autor eris? tremit ille, pauetq;
Pallidus, & timidè verba excusantia dicit.

Genua miſericordiæ dicata ſunt, quòd ea ſuplicantes tãgere ſolent. Lychas in ſcopulum.

Dicentem, genibuſq; manus adhibere parantem,
Corripit Alcides, & terq; quaterq; rotatum
Mittit in Euboicas tormento fortius vndas.
Ille per aërias pandens induruit auras.
Vtq; ferunt imbres gelidis concreſcere ventis,
Indeniues fieri: niuibus quoque mole rotatis
Aſtringi, & ſpiſſa glomerari grandine corpus:
Sic illum validis iactum per inane lacertis,
Exanguemq; metu, nec quicquã humoris habentẽ
In rigidos verſum ſilices prior edidit ætas.
Nũc quoq; in Euboico ſcopulus breuis eminet altè
Gurgite, & humanæ ſeruat veſtigia formæ:
Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare verentur,
Appellantq; Lichan. At tu Iouis inclyta proles

Sine quibus Troia expugnari non potuit.

Arboribus cæſis, quas ardua geſſerit Oete.
Inq; pyram ſtructis, arcum pharetramq; capacem,

Philocteten Pœantis filium.

Regnaq; viſuras iterum Troiana ſagittas
Ferre iubes Pœante ſatum, quo flamma miniſtro
Subdita: dũq; auidis comprenditur ignibus agger,
Congeriem ſyluæ Nemeæo vellere ſummam
Sternis, & impoſita clauæ ceruice recumbis,
Haud alio vultu, quàm ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.

SAB. IN FAB. III.

Monſtra ab Hercule ſuperata pro tyrannis & latronibus.

HAEc querela ſumpta eſt ex Sophocle, apud quem in Trachinijs Hercules magnitudine dolorum eiulans, eodem modò, quo hîc enumerat ſuas res geſtas. Quæ verò de monſtris ab Hercule domitis traduntur, intelligenda

telligenda sunt partim de Tyrannis, partim de latronibus, cum quibus ille belligerauit.

Busiris & Anteus fuerunt reges potentes & crudeles: quorum alter in AEgypto, alter in Lybia tyrannidem exercuit: ob quam vterque etiã ab Hercule debellatus & occisus est: bella enim quæ Hercules gessit, fuerunt pro communi hominum salute suscepta, ad liberandum orbem à tyrannide & latrocinio. Antæi meminit Plutarchus in vita Sertorij, ac tradit eius cadauer à Sertorio effossum, sexaginta cubitorum fuisse.

Hercules bella gessit pro communi salute.

Geriones regnauit in insulis Hispaniæ, vbi fama est tãtam pabuli lætitiam esse, vt nisi abstinentia impediatur sagina, pecora rumpantur: vnde etiam armenta eius fuerunt tantæ famæ, vt Herculem ex Græcia prædæ magnitudine illexerint. Is fingitur tricorporeus, & habuisse tres animas, propter tres insulas, videlicet Balearicam maiorem, minorem & Ebusam: quas cùm fratribus concors tenuit. Erant enim (vt Iustinus scribit) tres fratres tanta inter se concordia, vt esset vna & eadem eorum voluntas.

Gerion cur fingitur tricorporeus, & tres animas habuisse.

Iouinianus Pontanus in Proœmio libri septimi de rebus cœlestibus, fabulam Gerionis physicè ita exponit: Poëtæ (inquit) qui primi de natura rerum per fabulationes quasi quasdam scripsere Petre Bembe, tradunt Gerionem quendam regnantem ad Hispanicum

Oceanum tres animas, tria etiam corpora habuisse: hisque tribus fuisse vsum: nimirum triplex corporis genus, triplex etiam animæ genus, mirificis his dictis innuere voluerunt. Siquidem genus vnum est corporis, arborum, herbarumque proprium, idque à vegetatione solaque corporis ipsius alimonia atq; enutritione vegetabile dictum est: animæque huius aliud officium est nullum, præterquàm educatio: ipsa sola soli etiam inhæret corpori, neque extra se quicquàm mouet, nisi quantum succos ipsos, è quibus vegetatur ad se trahit, attrahendo corpori insinuat, in proceritatemq; conuertit. Secundum corporis atque animæ genus est, quòd à sentiendo nomen duxit. nam & corpus ipsum mouetur per loca, & victum hic atq; illic quæritando alitur: & anima ipsa videndo, audiendo, olfaciendo, gustando sic afficitur, vt corpus ipsum moueat, impellatq; ad ea exterius quærenda, quæ profutura sentiat: contraque ad ea fugienda quæ videantur nocitura. neque enim sine motu esse ipsius opera potest vlla, aut motus aliquis per loca corporeus ac suus absque sensu. Hæc ipsa anima viribus his suis vsa, per visum, per auditum, per olfactum, extra corpus ipsum penè egressa, ea quæ extrinsecus posita sunt, videtur sentire: atq; ita quidem sentire, vt dijudicet quid ex illis profuturum atque obfuturum naturæ sit suæ: indeque sentiens anima vocatur. Atq;

hæc

hæc quidem corporis & animæ duo genera naturaliter ſeruilia ſunt, tertioque illi quod rationale genus eſt, animæ obediunt. Hoc autem ipſum rationalis animæ genus quantum à vegetante atq; ſentiente recedit anima, tantum ſuperiori illi naturæ aut potius (vt nunc loquuntur) eſſentiæ quæ diuina dicitur, ſeſe adiungit atque inhæreſcit. Quocirca aliud quoddam corpus huic rationalis animæ generi attribuitur, tum figura tum temperatione diuerſum, vt ſi & vegetetur & ſentientibus vtatur viribus, veluti ea corpora, quæ cum vegetabilia tum ſenſibilia dicta ſunt, tamen alio quodam modo & figuratione & membrorum diſpoſitione, & humorum præcipuè temperatione affectum eſt, &c.

Similiter Heſiodi interpres allegoriam eiuſdem fabulæ ad Phyſiologiam refert, intelligens nomine Herculis ſolem, propterea quòd is verè ſit Iunonis, hoc eſt, aëris cœlique decus & gloria: & Gerionis nomine, hyemen à verbo Græco, quod ſignificat, clamo, propter hyberni temporis quaſi clamorem ſeu tumultum, quem Sol vincit & perimit à brumali tropico conuerſus ad æquinoctium vernum. Per boues autem Gerioni ereptos, intelligit tonitrua ob ſimilitudinem ſoni: propterea quòd ea fiant occiſo Gerione, hoc eſt, finita hyeme. Sed hæc allegoria videtur petita longius.

Cerberus pro cane regis Molossorum, vel pro serpente venenato.

Cerberus quem Hercules fingitur ab inferis traxisse, fuit regis Molossorum canis. Nam apud Molossos, teste Plutarcho, erat Herculis temporibus rex qui habebat vxorem nomine Cererem, filiam Proserpinam, & canem Cerberum. Ad hunc cum Pirithous & Theseus accessissent, vt filiam eius Proserpinam, raperent, Pirithous cani Cerbero obiectus, & ab eo deuoratus est: Theseus verò in vinculis detentus est donec ab Hercule liberaretur. Hinc conficta est fabula de Theseo per Herculem ab inferis liberato, deque inferorum cane simul abducto. Nicolaus Leouicenus tamen de varia historia scribit, Hecateum Milesium autorem Græcum tradere, in Tenaro Laconiæ promontorio fuisse serpentem horribili magnitudine & forma, quem Hercules iussu Eurysthei interfecerit: eumque ab incolis illius loci dictum fuisse canem inferorum, propterea quod erat solitus obuios quosq; venenato morsu & afflatu necare.

Augiæ stabulum pro aula vitiosissima.

Augiæ stabulum congesto ter mille boum fimo repletum, fuit ipsius Augiæ regis aula, luxu perdita, ac plurimis vitijs inquinata: quam occiso Tyranno, Hercules expurgauit.

Diomedes quomodo dicitur sanguine & visceribus hominũ equos pauisse.

Diomedes sanguine & visceribus hominum equos pauisse fingitur, eò quòd magnum in aula equitatum partim latrocinijs, partim intolerabilibus tributis & exactionibus aluit Erasmus

raſmus Rotherodamus in adagio, Diomedæa neceſſitas, refert ex Ariſtophanis interprete Diomedem ſolitum hoſpites ſuos compellere ad ſtuprum faciendum cum filiabus ſuis deformiſſimis: & ſtupro facto, illos interemiſſe: & eam ob cauſam Diomedis filias à viris agitatas, dictas eſſe equas, quæ pabuli vice humana carne veſcerentur.

Stymphalides aues erant prædones, qui circa Stymphalum oppidum & lacum Arcadiæ latrocinabantur: id quod conijcere licet ex his verſibus Claudiani:

Audieram memorande tuas Stymphale volucres
Spicula vulnifico quondam ſparſiſſe volatu.

Stymphalides aues, Taurus, Cerua, Leo, pro præpotentibus, vel nobilibus latronibus.

Nam cum ait ſparſiſſe tela ſeu ſpicula, non obſcurè indicat, fuiſſe prædones armis inſtructos. Hæ verò aues in primis infeſtæ ſunt mercatoribus: & relicta Arcadia cõmigrarunt in multas Germaniæ regiones.

Taurus, cerua, leo inter præpotentes & nobiles latrones numerãdi ſunt, qui horum animaliũ vel inſignia vel nomina geſſerunt: quãquàm fieri etiã poteſt, vt Hercules, quemadmodum Sampſon, inciderit fortè in leonem, eumque memorabili caſu interfecerit.

Draco pomarij cuſtos fuit (vt Plinius refert) meatus maris flexuoſus, qui procul ſpectantibus præbebat effigiem longi ac toruoſi draconis. Eo meatu erant cincti Heſperidum horti, quos Hercules depopulatus eſt.

Draco pomarij cuſtos.

Centauri cur bimembres.

Centauri fuerunt populi Theſſaliæ, qui primi equites fuiſſe perhibentur: ac ideò fingũtur bimembres, quoniam in equitibus procul apparet mixta ſpecies equi & viri. Cũ his populis Hercules quoque pugnauit.

Cacus quomodo dicitur ignẽ expuiſſe.

Cacus fuit princeps Campaniæ, qui cùm eſſet Euandro infeſtus, duce Hercule ab Arcadibus oppreſſus, & fumo necatus eſt, igne in ſpelunca ſuccenſo, vbi ſeſe abdiderat. Is fingitur expuiſſe ignem, propterea quòd incendijs omnia deuaſtabat.

Hercules alter Atlas.

Magnam quoque gloriam Hercules conſecutus eſt aſtrorum Sphæra in Græciam allata, quam Atlas Mauritaniæ rex paulò ante inuenerat. Et hac de cauſa dictus eſt alter poſt Atlantem ſuſtinuiſſe cœlum humeris.

At valet Euryſtheus, & ſunt qui credere, &c.

Homo animalis cum videt bonos affligi, improbos bene habere, putat aut Deum nõ eſſe, aut res humanas non curare.

Illud quidem minimè eſt heroicum, ſed tamen à mortali homine non alienum, quòd Hercules indignatur & iraſcitur, vt incuſet Deum quaſi res humanas nihil curet. Nam cum boni in hac vita affligantur calamitatibus, & improbi bene habeant, certè humanus animus niſi doctrina Chriſtiana confirmatus non poteſt aliter ſtatuere, niſi aut nullum eſſe Deum, aut res humanas non eſſe Deo curæ: quam humanæ mentis cogitationem Poëta Claudianus eruditè complexus eſt his verſibus:

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem

Cura-

Curarent Superi terras, an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.
Nam cum diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi
Præſcriptoſq́ maris fines anniq́ meatus,
Et lucis, noctiſq́ vices, tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moueri
Sydera, qui fruges diuerſo tempore naſci,
Qui variam Phœbam alieno iuſſerit igne
Compleri, ſolemq́ ſuo: porrexerit vndis
Littora, telluremmedio libraueritaxe.
Sed cum res hominum tanta caligine volui
Aſpicerem, latoſq́ diu florere nocentes
Vexariq́ pios, rurſus labefacta cadebat
Relligio, cauſæq́ viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo qui currere ſemina mundo
Affirmat, magnumq́ nouas per inane figuras
Fortuna non arte regi.
Túne Lycha, dixit, &c.

Lychæ exemplum docet, miniſteria, præſertim in aulis eſſe periculoſa. ſæpe enim famulis ac miniſtris iniunguntur, quæ comparant ipſis exitium. Miniſteria in aulis periculoſa.

FABVLA IIII.
De Herculis apotheoſi.

IAmq́ valens, & in omne latus diffuſa ſonabat,
Securoſq́ artus, contemptoremq́ petebat
Flamma ſuum: timuere Dei pro vindice terræ.* *mundi.
Quos ita (ſenſit enim) læto Saturnius ore
Iuppiter alloquitur, Noſtra eſt timor iſte voluptas

O ſuperi, totoq́ libens mihi pectore grator,
Quod memoris populi dicor rectorq́, paterq́,
Et mea progenies veſtro quoque tuta fauore eſt.
Nam quāquam ipſius datis hoc immanibus actis,
Obligor ipſe tamen. ſed enim nec pectora vano
Fida metu paueant, Oeteas ſpernite flammas.
Omnia quì vicit, vincet quos cernitis ignes:
Nec niſi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet: æternum eſt, à me quod traxit, & expers
Atque immune necis, nullaq́ domabile flamma,
Idq́ ego defunctum terra cœleſtibus oris
*Accipiam: cunctiſq́ meum lætabile *factum*
Dijs fore confido. ſiquis tamen Hercule, ſiquis
Forte Deo dolituras erit, data præmia nollet:
Sed meruiſſe dari ſciet, inuituſq́ probabit.
Aſſenſere Dei, coniux quoque regia viſa eſt
Cætera non duro, duro tamen vltima vultu
Dicta tuliſſe Iouis, ſeq́ indoluiſſe notatam.
Interea quodcunque fuit populabile flamma,
Mulciber abſtulerat: nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies, nec quicquam ab imagine ductũ
Matris habet, tantumq́ Iouis veſtigia ſeruat.
Vtq́ nouus ſerpens poſita cum pelle ſenecta,
Luxuriare ſolet, ſquamaq́ nitêre recenti:
Sic vbi mortales Tirynthius exuit artus,
*Parte ſui meliore viget *maiorq́ videri*
Cœpit, & auguſta fieri grauitate verendus.
Quem pater omnipotens inter caua nubila raptum
Quadrijugo curru radiantibus intulit aſtris.

*fatum.

Iuno à Ioue taxatur quòd Herculẽ ſemper fuerit odio proſecuta.

*meliorque. Herculis apotheoſis.

Emphaſis qua Herculis magnitudo innuitur.

SAB.

SAB. IN FAB. IIII.

QVi Herculem & cæteros Heroas ex hominibus deos consecrarũt, indicare voluerunt (vt inquit Cicero de Legibus) omniũ quidem animos immortales esse, sed fortium ac bonorum diuinos. Omnium animi immortales: fortium & bonorum diuini.

FABVLA V. ET VI.

De Illythyia in vetulam & Galanti in mustelam.

SEnsit Atlas põdus, neq; adhuc Stheneleïus iras
Soluerat Eurystheus, odiumq; in prole paternũ
Exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis Alcmene quæstus vbi ponat aniles,
Cui referat nati testatos orbe labores,
Cuíue suos casus, Iolem habet. Herculis illam
Imperio, thalamoq;, animoq; receperat Hyllus,
Implerat q; vterum generoso semine: cùm sic
Incipit Alcmene; Faueant tibi numina saltem,
Corripiant q; moras tunc, cùm matura vocabis
Præpositam timidis parientibus Ilithyiam, Ilithyia Dea parientibus propitia, quæ Lucina.
Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.
Namq; laboriferi cùm iam natalis adesset
Herculis, & decimum premeretur sydere signum,
Tendebat grauitas vterum mihi: quodq; ferebam
*Tantum erat, vt posses autorem dicere *tanti* *tecti.
Ponderis esse Iouem. nec iam tolerare labores
Vlterius poteram. quin nunc quoq; frigidus artus,
Dũ loquor horror habet. parsq; est, meminisse dolo-
Septẽ ego per noctes, totidem cruciata diebus, (ris.
Fessa malis tendensq; ad cœlum brachia magno

impeditos. Lucinam ad nexos partus clamore vocabam.
Ilithyia invetulam. Illa quidem venit, sed præcorrupta, meumq3
Tali modò partus impediri scribit Plinius. Quæ donare caput Iunoni vellet iniquæ:
Vtq3 meos audit gemitus subsedit in illa
Ante fores ara, dextroq3 est poplite læuum
Pressa genu, digitisq3 inter se pectine iunctis
Sustinuit partus, tacita quoque carmina voce
Dixit: & inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor, & ingrato facio conuitia demens
Vana Ioui, cupioq3 mori, morituraq3 duros
Verba queror silices: matres Cadmeides adsunt,
Votaq3 suscipiunt, exhortanturq3 dolentem.
Vna ministrarum media de plebe Galanthis
Flaua comas, aderat faciendis strenua iussis,
Officijs dilecta suis. ea sensit iniqua
Nescio quid Iunone geri: dumq3 exit, & intrat
Sæpe fores, Diuam residentem vidit in ara,
Brachiaq3 in genibus digitis connexa tenentem:
Periphrasis Ilithyiæ. Et, Quæcunq3 es, ait, dominæ gratare. leuata est
Argolis Alcmene, potiturq3 puerpera voto.
Exilijt, iunctasq3 manus pauefacta remisit
Diua potens vteri, vinclis leuor ipsa remissis.
Numine deceptor risisse Galanthida fama est.
Ridentem prensamq3 ipsis Dea sæua capillis
Traxit, & è terra corpus releuare volentem
Galanthis in mustelam. Arcuit, inq3 pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem
Amisere suum: forma est diuersa priori.
Quæ quia mendaci parientem iuuerat ore,
Ore parit, nostrasq3 domos, velut antè, frequentat.

SAB.

SAB. IN FAB. V. ET VI.

IDem fertur de aue AEgyptica, quàm Ibin vocant, nempe quod fœtus per roſtrum edat. Muſtela tamen (vt ſcribit Ariſtoteles de natura animalium) non quidem ore parit (quo enim pacto fœtus ad eos perueniret?) ſed quia parit catulos admodum paruos ac ſæpe ore ſuſceptos transfert, ideò vulgò ita perſuaſum eſt illam ore parere. Monet autem Galanthidos fabula, ſeipſos fallere, qui inſidijs & prætextu Deum fallere conantur. illa enim dum deceptam Lucinam irridet, ab ea in beſtiolam mutatur.

An muſtela per os pariat.

Seipſos fallunt qui Deum illudunt.

FABVLA VII. VIII. ET IX.

De Dryope in lotum arborem & Iolao ſene in iuuenem.

DIxit, & admonitu veteris cõmota miniſtræ
Ingemuit, quam ſic nurus eſt affata dolentẽ:
Te tamen ô genitrix aliena è ſanguine veſtro
Rapta mouet facies: quid ſi tibi mira ſororis
Fata meæ referam? quantum lacrymæq́, dolorq́,
Impediunt, prohibentq́ loqui. Fuit vnica matri
(Me pater ex alia genuit) notiſſima forma
Oechalidum Dryope: quam virginitate carentem,
Vimq́ Deipaſſam Delphos, Delonq́ tenentis
Excipit Andræmon, & habetur coniuge felix.
Eſt lacus accliuis denexo margine, formam
Littoris efficiens: ſummum myrteta coronant.
Venerat huc Dryope fatorum neſcia, quoq́
Indignere magis, Nymphis latura coronas:
Inq́ ſinu puerum, qui nondum impleuerat annum,
Dulce ferebat onus, tepidiq́ ope lactis alebat,

Iole Hylli Herculis filij vxor.

Periphraſis Apollinis.

Haud procul à stagno Tyrios imitata colores
In spem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpserat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Lotos in arborem sui nominis. *Porrigert flores, & idem factura videbar:*
(Nam q3 aderam) vidi guttas è flore cruentas
Decidere, & tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet, vt referunt tardi nunc denig3 agrestes,
*Lotos. *Lotis in hanc Nymphe fugiens obscœna Priapi*
Contulerat versos seruato nomine vultus.
Nescierat soror hoc: quæ cùm perterrita retrò
Iret, & oratis vellet discedere Nymphis,
Hæserunt radice pedes. conuellere pugnat,
Nec quicquã, nisi summa, mouet. succrescit ab imo
Totaq3 paulatim lentus premit inguina cortex.
Vt vidit, conata manu laniare capillos,
Fronde manũ impleuit: frõdes caput omne tenebãt.
At puer Amphisus (namq3 hoc auus Eurytus illi
*Addiderat nomen *) materna rigescere sensit*
*Indiderat. *Vbera, nec sequitur ducentem lacteus humor.*
*Spectatrix aderam *fati crudelis, opemq3*
*facti. *Non poteram tibi ferre soror: quantumq3 volebam,*
Crescentem truncum, ramosq3 amplexa morabar:
Et fateor, volui sub eodem cortice condi.
Ecce vir Andræmõ, genitorq3 miserrimus adsunt,
Et quærunt Dryopen: Dryopen quærentibus illis
Ostendi Loton: tepido dant oscula ligno,
Affusiq3 suæ radicibus arboris hærent.
Apostrophe. *Nil, nisi iam faciem, quod non foret arbor, habebas*
Chara soror. lachrymæ misero de corpore factis
Irrorant foliys: ac dum licet: oraq3 præstant

Vocis

Vocis iter, tales effundit in aëra queſtus:
Siqua fides miſeris, hoc me per numina iuro
Non meruiſſe nefas: patior ſine crimine pœnam.
Viximus innocuæ: ſi mentior, arida perdam,
Quas habeo, frondes, & cæſa ſecuribus, vrar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis,
Et date nutrici, noſtraq; ſub arbore ſæpe
Lac facito bibat, noſtraq; ſub arbore ludat.
Cumq; loqui poterit, matrem facito ſalutet:
Et triſtis dicat, Latet hoc in ſtipite mater.
Stagna tamen timeat, nec cærpat ab arbore flores,
Et frutices omnes corpus putet eſſe Dearum.
Chare vale coniux. & tu germane, pater q;,
** Et, ſiqua eſt pietas, ab acutæ vulnere falcis,* * Qui.
A pecoris morſu, frondes defendite noſtras.
Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non eſt, Inclinare me.
Erigite huc artus, & ad oſcula noſtra venite,
Dum tangi poſſum, paruumq; attollite natum.
Plura loqui nequeo: nam iam per candida mollis
Colla liber ſerpit, ſummoq; cacumine condor.
Ex oculis remouete manus, ſine munere veſtro Solebant morientium oculi à parentibus, aut liberis aut cæteris propinquioribus claudi.
Contegit inductus morientia lumina cortex.
Deſierat ſimul ore loqui, ſimul eſſe: diuq;
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumq; refert Iole factum miſerable, dumq;
Eurytidos lachrymas, admoto pollice, ſiccat
Alcmene, flet & ipſa tamen: compeſcuit omnem
Res noua triſtitiam. nam lumine conſtitit alto
Penè puer, dubiaq; tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos. Iolai reparatur vultus.

SAB. IN FAB. VII. VIII. ET IX.

Dryope vnde dicta & cur dicatur in lotum conuerſa.

DRyope, cuius nomen à quercu & voce factum eſt, fingitur in lotum conuerſa, ob hanc fortè cauſam, quòd inter vtramq; arborem, quercum & lotum, aliqua ſit couenientia. Aiunt enim lotum non ſentire cariem, eiuſque lignum eſſe ſolidum perinde vt quercum. Eſt autem iucunda fabula hæc & plena ſuauiſſimis affectibus, præſertim in fine, vbi Dryope ex arbore loquitur, iurans ſe eſſe innocentem: & mandans adduci ſæpius filiolum ad ſuam arborem, vt ſub ea ludens, matris recordetur. item vbi ſuis valedicẽs, petit ſe defendi à morſu pecorum, & à falce qua frondes amputantur. Hæc admodum ſunt ſuauia & iucunda, præſertim in tali argumento.

Couenientia inter quercum & lotum.

Ora reformatus primos, &c.

Iolaus & alij cur fingantur repubeſcere.

Iolaus vixit ad ſummam ſenectutem integris propè viribus: & in ſenili ætate multas præclaras res geſſit: Ideò fingitur denuò pubertatem adeptus. Simili ratione finguntur Alcmeonis & Callirhoes filij beneficio Hebes transformati ex infantibus ſtatim in adoleſcentes: nempe propter res virili ætate dignas, quas in tenera ætate geſſerunt.

FABVLA X.

De Callirhoes filijs impuberibus in viros.

HOc illi dederat Iunonia muneris Hebe,
Victa viri precibus, quæ cum iurare pararet

Dona

Dona tributurum post hunc se talia nulli,
Non est passa Themis. nam iam discordiâ Thebæ
Bella mouent, dixit, Capaneusq; nisi ab Ioue vinci
Haud poterit, flebunt q; pares in vulnera fratres.
Subductaq; suos manes tellure videbit
Viuus adhuc vates: vltusq; parente parentem
Natus erit facto pius, & sceleratus eodem:
Attonituq; malis exulmentisq;, domusq;,
Vultibus Eumenidũ, matrisq; agitabitur vmbris:
Donec eum coniux fatale popoſcerit aurum,
Cognatumq; latus Phlegéius hauſerit enſis.
Tum demum magno petit hoc Acheloïa ſupplex
Ab Ioue Calliroê, natis infantibus annos
Addat, néue necem ſimat eſſe vltoris inultam.
Iupiter his motus priuignæ dona, nuruſq;,
Præcipiet. facietq; viros impubibus annis.

Eteocles & Polynices Oedipi filij, cauſa belli Thebani.

Amphiaraus ad Thebas à terræ hiatu abſorptus. cuius iuſſu filius Alcmæon matrem Eryphilem occidit.

Anteuertet.

SAB. IN FAB. X.

HEbe fingitur vxor Herculis eò quòd pubertas ſeu florens ætas coniuncta eſt cũ robore, quod per Herculem intelligitur, propter fortia ipſius facta.

Hebe cur fingitur Herculis vxor.

FABVLA XI.
De Biblide in fontem.

HÆc vbi fatidico venturi præſcia dixit
Ore Themis, vario ſuperi ſermone fremebãt:
Et cur non alijs eadem dare dona liceret,
Murmur erat. queritur veteres Pallantias annos
Coniugis eſſe ſui: queritur caneſcere mitis

Tithoni Auroræ mariti, Pallantis filij.

Iasiona Ceres: repetitum Mulciber æuum
Poscit Erichthonio: Venerem quoque cura futuri
Tangit, & Anchisæ renouare paciscitur annos.
Cui studeat Deus omnis habet, crescitq; fauore
Turbida seditio, donec sua Iupiter ora
Soluit, &, O nostri siqua est reuerentia, dixit,
Quò ruitis? tantúmne aliquis sibi posse videtur,
Fata quoque vt superet? fatis Iolaus in annos,
Quos egit, rediit: fatis iuuenescere debent
Callirhoë geniti, non ambitione, nec armis.
Vos etiam, quoque hoc animo meliore feratis,
Me quoq; fata regunt: quæ si mutare valerem,
Nec nostrum seri curuarent Æacon anni,
Tres Iouis filij iustitia insignes. * multa.
Perpetuumq; æui florem Rhadamanthus haberet,
Cum Minôë meo, qui propter amara senectæ
Pondera despicitur, nec quo prius ordine regnat.
Dicta Iouis mouere Deos. nec sustinet vllus,
Cùm videat fessos Rhadamãthõ, & Æacõ annis,
Et Minôa, queri: qui dum fuit integer ævi,
Terruerat magnas ipso quoq; nomine gentes.
Tunc erat inualidus, Deïonidenq; iuuentæ
Robore Miletum, Phœboq; parente superbum
Pertimuit, credensq; suis insurgere regnis,
Haud tamen est patrijs arcere penatibus ausus.
Sponte fugis Milete tua, celeriq; carina
Ægæas metiris aquas, & in Aside terra
Mœnia constituis positoris habentia nomen.
Hîc tibi, dum sequitur patriæ cũruamina ripæ
Mæander fluuius Phrygiæ adeo flexu
Filia Mæandri toties redeuntis eôdem,
Cognita Cyaneæ præstanti corpore Nympha

Byblida

Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.
Byblis in exemplo est, vt ament concessa puellæ,
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris
Non soror vt fratrem, nec quà debebat, amauit.
Illa quidem primò nullos intelligit ignes,
Nec peccare putat, quòd sæpius oscula iungat,
Quod sua fraterno circundet brachia collo:
Mendaciq; diu pietatis fallitur vmbra.
Paulatim declinat amor: visuraq; fratrem
Culta venit, nimiumq; cupit formosa videri:
Et, si qua est illic formosior, inuidet illi.
Sed nondum manifesta sibi est: nullumq; sub illo
Igne facit votum: veruntamen æstuat intus.
Iam dominũ appellat, iam nomina sanguinis odit:
Byblida iam mauult, quàm se vocet ille sororem.
Spes tamen obscœnas animo demittere non est
Ausa suo vigilans: placida resoluta quiete
Sæpe videt quod amat, visa est quoq; iungere fratri
Corpus, & erubuit, quamuis sopita iaceret.
Somnus abit: silet illa diu, repetitq; quietis
Ipsa suæ speciem, dubiaq; ita mente profatur:
Me miseram, tacitæ quid vult sibi noctis imago?
Quàm nolim rata sit! cur hæc ego somnia vidi?
Ille quidem est oculis, quamuis formosus, iniquis,
Et placet, & possim, si non sit frater, amare,
Et me dignus erat: verum nocet esse sororem.
Dummodo tale nihil uigilans committere tentem,
Sæpe licet simili redeat sub imagine somnus.
Testis abest somno, nec abest imitata voluptas.
Prò, Venus, & tenera volucer cum matre Cupido,

osus, vt in se ipsum redire videatur.

Formosi instar Apollinis aui sui.

Biblis fratrẽ amat.

Quale facere solent qui impotenter amant.

Virginis amore captæ affectus & somnia.

Gaudia quanta tuli! quàm me manifesta libido
Contigit! vt iacui totis resoluta medullis!
* Quàm. **Vt meminisse iuuat! quãuis breuis illa voluptas,*
Noxq́ fuit praeceps, & cœptis inuida nostris.
O ego, si liceat mutato nomine iungi,
Quàm bene Caune tuo poteram nurus esse parẽti!
Quàm bene Caune meo poteras gener esse parenti!
Omnia Dij facerent essent communia nobis,
Praeter auos: tu me vellem generosior esses.
Nescio quam facies igitur pulcherrime matrem:
Et mihi, quæ malè sum, quos tu, sortita parentes,
Nil nisi frater eris. quod obest, id habebimus vnũ.
Quid mihi significant ergo mea visa? quod autem
Sõnia pondus habent? an habẽt & somnia pondus?
Dij melius: Dij nempe suas habuere sorores.
Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit,
Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.
Sunt superis sua iura. quid ad cœlestia ritus
Exigere humanos, diuersaq́ fœdera tento?
Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor:
Aut, hoc si nequeo, peream precor ipsa, toroq́
Mortua componar, positæq́ det oscula frater.
Et tamen arbitrium quærit res ista duorum.
Finge placere mihi: scelus esse videbitur illi.
Sex. n. filios suos AEolus totidem filiabus suis maritos dedit. Anastrophe. *At non Æolidæ thalamos timuere sororum.*
Vnde sed hos noui? cur hæc exempla paraui?
Quò feror? obscœnæ procul hinc discedite flammæ,
Nec, nisi qua fas est, germanæ frater ametur.
Si tamen ipse mei captus prior esset amore,
Forsitan illius possem indulgere furori.

Ergo

Ergo ego, quæ fueram non reiectura petentem,
Ipſa petam? poteriſne loqui? poteríſne fáteri?
Coget amor, potero: vel ſi pudor ora tenebit,
Littera celatos arcana fatebitur ignes.
Hoc placet: hæc dubiam vicit ſententia mentem.
In latus erigitur, cubitoq; innixa ſiniſtro,
Viderit, inſanos, inquit, fateatur amores.
Hei mihi quò labor? quẽ mens mea concipit ignem?
Et meditata manu componit verba trementi.
Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera cerã. Amantium leuitas, & inconſtantia.
Incipit, & dubitat, ſcribit, damnatq; tabellas,
Et notat, & delet, mutat, culpatq;, probatq;:
Inq; vicem ſumptas ponit, poſitaſq; reſumit.
Quid velit ignorat: quicquid factura videtur,
Diſplicet: in vultu eſt audaeia miſta pudori.
Scripta ſoror fuerat, viſum eſt delere ſororem,
*Verbaq; *correptis incidere talia ceris:* * correctis.
Quam, niſi tu dederis, non eſt habitura ſalutem,
Hãc tibi mittit amãs. pudet, ah pudet edere nomen,
Et ſi, quid cupiam, quæris, ſine nomine vellem
Poſſet agi mea cauſa meo, nec cognita Byblis
Antè forem, quàm ſpes votorum certa fuiſſet. Biblydos Epiſtola ad fratrem.
Eſſe quidem læſi poterat tibi pectoris index,
Et color, & macies, & vultus, & humida ſæpe
Lumina, nec cauſa ſuſpiria mota patenti,
Et crebri amplexus, & quæ, ſi forte notaſti,
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tamen, quãuis animi grauis vulnus habebam,
Quamuis intus erat furor igneus, omnia fect,
(Sunt mihi Dij teſtes) vt tandem ſanior eſſem.

Pugnauiq; diu violenta Cupidinis arma
Effugere infelix: & plus, quàm ferre puellam
Hyppallage. *Posse putes, ego dura tuli: superata fateri*
Cogor, opemq; tuam timidis exposcere votis.
Tu seruare potes, tu perdere solus amantem.
Elige vtrum facias. non hoc inimica precatur:
Sed quæ, cùm tibi sit iunctissima, iunctior esse
Expetit, & vinclo tecum propiore ligari.
Ab ætate suadet vt nihil de legibus curet. *Iura senes norint: & quid liceat q3, nefasq3,*
Fasq3 sit, inquirant, legumq; examina seruent.
Conueniens Venus est annis temeraria nostris.
Quid liceat nescimus adhuc, & cuncta licere
Credimus, & sequimur magnorũ exempla Deorũ.
Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ,
Aut timor impediet: tantùm absit causa timendi.
Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.
Est mihi libertas tecum secreta loquendi,
Et damus amplexus, & iungimus oscula coràm,
Quantum est quod desit? miserere fatentis amorẽ,
Et non fassuræ, nisi cogeret vltimus ardor:
Néue mererè meo subscribi causa sepulchro.
Pudoris periphrasis. *Talia nequicquam perarantem plena reliquit*
Cera manũ, summoq; in margine versus adhæsit.
Protinus impressa signat sua crimina gemma,
Quam tinxit lachrymis: linguæ defecerat humor.
Deq3 suis vnum famulis pudibunda vocauit,
Et paulum blandita, Fer has fidissime nostro,
Dixit, & adiecit longo post tempore, fratri.
Cùm daret, elapsæ manibus cecidere tabellæ.
Omine turbata est: misit tamen. apta minister

Tempora

Tempora nactus adit, traditq; latentia verba.
Attonitus subita iuuenis Meandrius ira
Proijcit acceptas, lecta sibi parte, tabellas:
Vixq; manus retinens trepidantis ab ore ministri,
Dum licet, O vetitæ scelerate libidinis autor
Effuge, ait: quòd si nostrum tua fata pudorem
Non traherent tecum, pœnas mihi morte dedisses.
Ille fugit pauidus, dominæq; ferocia Cauni
Dicta refert. palles audita Byblis repulsa,
Et pauet obsessum glaciali frigore corpus.
Mens tamen vt rediit, pariter rediere furores:
Linguaq; vix tales icto dedit aëre voces:
Et meritò: quid enim temeraria vulneris huius
Indicium feci? quid, quæ celanda fuerunt,
Tam citò commisi properatis verba tabellis?
Antè erat ambiguis animi sententia dictis
Prætentanda mihi, ne non sequeretur euntem:
Parte aliqua, veli qualis foret aura, notare
Debueram, tutoq; mari decurrere, quæ nunc
Non exploratis impleui lintea ventis.
Nunc feror in scopulos igitur, subuersaq; toto
Obruor Oceano: nec habent mea vela recursus.
Quid? quod & ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo, tunc cùm mihi ferre iubenti
Excidit, & fecit spes nostras cera caducas?
Nónne vel illa dies fuerat, vel tota voluntas,
Sed potius mutanda dies? Deus ipse monebat,
Signaq; certa dabat, si non malè sana fuissem.
Et tamen ipsa loqui, nec me committere ceræ
Debueram, præsensq; meos aperire furores.

Canus Cyanes F. Mæandri N.

Sc. spernor. Byblidis querelæ penitentiæ plenæ.

Metaphora à nauigãtibus, qui antè, qnã pandant vela, notant quales venti sint futuri.

Vidisset lachrymas, vultus vidisset amantis.
Plura loqui poteram, quàm quæ cepêre tabellæ.
Inuito potui circundare brachia collo,
Et si reiycerer, potui moritura videri,
Amplectiq́ pedes, affusaq́ poscere vitam.
Omnia fecissem: quorum si singula, duram
Flectere non poterant, potuissent omnia, mentem.
Forsitan & missi sit quadam culpa ministri,
Non adiit aptè, nec legit idonea, credo,
Tempora nec petiit, horamq́, animumq́ vacantẽ.
Hæc nocuêre mihi. neq́ enim de tigride natus,
A circumstãtiis colligit melius esse vt in incepto persistat.
Nec rigidos silices, solidúmue in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leæna.
Vincetur: repetendus erit, nec tædia cœpti
Vlla mei capiam, dum spiritus iste manebit.
Nam primum, si facta mihi reuocare liceret,
Non cœpisse fuit: cœpta expugnare, secundum est.
Quippe nec ille potest, (vt iam mea vota relinquã)
Non tamen ausorum semper memor esse meorum.
Et quia desierim, leuiter voluisse videbor,
Aut etiam tentasse illum, insidiisq́ petisse:
Vel certè non hoc, qui plurimus urget, & vrit
Pectora nostra, Deo, sed victa libidine credar.
Denique iam nequeo nil commisisse nefandum:
Et scripsi, & petij: temerata est nostra voluntas.
Vt nihil adiiciam, non possum innoxia dici.
Quod superest, multũ est in vota, in crimina paruũ
Dixit: & (incerta tanta est discordia mentis.)
Dum pigeat tentasse, libet tentare: modumq́
Exit, & infelix committit sæpe repelli.

Mox

Mox vbi finis abest, patriam fugit ille, nefasq́,
Inq́ peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum verò mœstam tota Miletida mente
Defecisse ferunt, tum verò à pectore vestem
Diripuit, planxitq́ suos furibunda lacertos.
Iamq́ palam est demens, inconcessamq́ fatetur
Spem Veneris, si quidē patriam, inuisosq́ penates,
Deserit, & profugi sequitur vestigia fratris.
Vtq́ tuo mota proles Semeleia thyrso
Ismaria celebrant repetita triennia Bacchæ:
Byblida non aliter latos vlulasse per agros
Bubasides vidêre nurus. quibus illa relictis
Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq́ pererrat.
Iã Cragon, & Lymirē, Xanthiq́ reliquerat vndas,
*Quoq́ Chimæra iugo mediis in partibus *ignem,*
Pectus, & ora leæ, caudam serpentis habebat.
Deficiunt sylua, cùm tu lassata sequendo
Concidis, & dura positis tellure capillis
Byblii aces, frondesq́ tuo premis ore caducas.
Sæpe illam Nymphæ teneris Lelegeïdes vlnis
Tollere conantur, sæpe vt medeatur amori
Præcipiunt, surdæq́ adhibent solatia menti.
Muta iacet, virideq́ suis tenet vnguibus herbas
Byblis, & humectat lachrymarum gramina riuo.
Naiadas his venam, quæ nunquam arescere posset,
Supposuisse ferunt: quid enim dare maius habebat?
Protinus, vt secto piceæ de cortice guttæ,
Vtúe tenax grauida manat tellure bitumen:
Vtq́ sub aduentum spirantis lenè Fauoni
Sole remollescit, quæ frigore constitit vnda:

Discedit ab historia Naso, quò fabulam verisimiliorem reddat.

Caunum vrbem in Care, & æstate & autumno pestiferam.

Apostrophe ad Bacchum.

*hircum.

Byblis in fontem.

Sic lacrymis consumpta suis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
Nomen habet dominæ, nigraq; sub ilice manat.

SAB. IN FAB. XI.

Tithonus & Cephalus cur adamati ab aurora.

TIthonus fingitur adamatus ab aurora, eadem (opinor) ratione, qua Cephalus, nempe quod ante Solis ortum surgere & matutina tempora non somno, sed agendis rebus tribuere solitus fuerit. fingitur item ad summam peruenisse senectutem, eiusdem auroræ succo perfusus: ad tuendam enim valetudinem prodest perfundi auroræ succo, hoc est, simul cum Sole expergefieri:

Iasiona Ceres, &c.

Iasion cur à Cerere adamatus.

Iasion fuit studiosus agriculturæ, idcò in fabulis traditur à Cerere adamatus.

Poscit Erichthonio: &c.

Erichthonius fingitur Vulcani & Mineruæ filius, quia inter infantes vulgò quæsitus inuentus est in templo Vulcani & Mineruæ expositus quod ambobus cõmune Athenis habebatur.

Venerem quoque cura futuri, &c.

A venere adamari finguntur, qui aut formosas habent vxores, aut ipsi præstante sunt forma, qualem Anchisen & vxorem eius fuisse non dubium est: neq; aliam ob causam AEneas dicitur Veneris filius, nisi quòd matrem habuit formosissimam.

Byblida

Byblida cum Cauno, &c.

Talia exempla proponuntur, nón vt inde discamus vitia aut turpitudinem : sed vt illis admoniti, caueamus ne illicito aut inhonesto amore capiamur: id quod autor etiam ipse indicat, cùm inquit : Exemplorum vsus.

Byblis in exemplo est, vt ament concessa puellæ.

Tantas autem vires sumit vencreus impetus, vt nullum neque sanguinis neque cognationis discrimen haberi sinat: id quod exempla declarant. Ptolemeus Ceraunus duxit vxorem sororem suam Antigonem. Papa Alexander VI. incestè amauit filiam suam Lucretiam, de qua extat hoc epigramma : Venereus impetus nullum neque sanguinis neque cognationis discrimen habet.

Conditur hoc tumulo Lucretia nomine, sed re
Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.

Quoq; Chimæra iugo, &c.

Chimęram, quæ à Poëtis fingitur monstrũ igniuomum, capite leonino, & cauda anguina, Plutarchus scribit fuisse nauim prædatoriam, cuius prora igniuoma leone, & puppis dracone insignita erat : eamque à Bellerophonte sublatam fuisse, interfectis piratis, à quibus maritima Liciæ ora infestabantur. Chimæra quid, & quomodo à Bellerophronte fuerit sublata

Seruius tradit Chimæram esse montem Liciæ olim incendio & feris infestum : sed postea cultum & habitabilem à Bellerophonte factum. Sic enim ipse ait : Chimæra est reuera mons Licię cuius hodie ardet Cacumen, iuxta

quod sunt leones, in medio autem pascua sunt, & ima montis serpentibus plena: hunc Bellerophon habitabilem fecit, vnde Chimærum dicitur occidisse. Gregorius Nazianzenus in vita Basilij magni allegorico sensu Chimæram exponit, de tribus Rhetoricæ partibus: Chimæra (inquit) monstrum ex tribus compositum, anteriore parte leo est, posteriore draco, media capra: Sic item Rhetorica in tria diuisa est genera, Iudiciale, Deliberatiuum, & Demonstratiuum. Videtur autem Nazianzenus Iudiciale genus, quia sit acre, comparare leoni, & Deliberatiuum, draconi, quia sit varium & multarum conuersionum: Capræ verò Demonstratiuum, quia lasciuiat.

Rhetorica quomodo similis sit Chimæræ.

FABVLA XII.
De Iphyde in marem.

Creta centum vrbium fama nobilis.

Fama noui centũ Cretæas forsitan vrbes
Implesset monstri, si non miracula nuper
Iphide mutato Crete propiora tulisset.
Proxima Gnossiaconam quondam Phastia regno
Progenuit tellus ignotum nomine Lygdum*
Ingenua de plebe virum: nec census in illo
Nobilitate sua maior, sed vita, fideq́;
Inculpata fuit, grauidæ qui coniugis aures
Vocibus his monuit, cùm iam propè partus adesset.
Quæ voueam duo sunt, minimo vt releuere dolore,
Vtq́; marem parias. oneros ior altera sors est,
Et vires fortuna negat, quod abominor. ergo

* Lycium.

Non tam educationis quàm dotis parandę causa.

Edita

Edita fortè tuo fuerit si fœmina partu,
(Inuitus mando: pietas ignoſce) necetur.
Dixerat: & lachrymis vultum lauêre profuſis,
Tam qui mandabat, quàm cui mandata dabantur.
Sed tamen vſq; ſuum vanis Telethuſa maritum
Sollicitat precibus, ne ſpem ſibi ponat in arcto.
Certa ſua eſt Lygdo ſententia, iamq; ferendo — Sperat Deos ei non defuturos.
Vexerat illa grauem maturo pondere ventrem,
Cùm medio noctis ſpatio ſub imagine ſomni
Inachis ante torum pompa comitata ſacrorum
Aut ſtetit, aut viſa eſt. inerant lunaria fronti — Iſidis ornatus & comites.
Cornua, cum ſpicis nitido flauentibus auro,
Et regale decus: cum qua latrator Anubis,
Sanctaq; Bubaſtis, variiſq; coloribus Apis,
Quiq; premit vocem, digitoq; ſilentia ſuadet, — Harpocrates.
Siſtraq; erant, nunquamq; ſatis quæſitus Oſiris,
Plenaq; ſomniferis ſerpens peregrina venenis. — Crocodyli morſus lethalis eſt.
Tum velut excuſſam ſomno, & manifeſta videntē
Sic affata Dea eſt, Pars ô Telethuſa mearum
Pone graues curas, mandataq; falle mariti.
Nec dubita, cùm te partu Lucina leuârit,
Tollere quicquid erit. Dea ſum auxiliaris, opemq;
Exorata fero: nec te coluiſſe querêris
Ingratum numen. monuit, thalamoq; receſſit.
Læta toro ſurgit, duraſq; ad ſydera ſupplex
Creſſa manus tollens, rata ſint ſua viſa precatur.
Vt dolor increuit, ſeq; ipſum pondus in auras — Facilitatem partus indicat, quæ à fœtu ferè proficiſci ſolet.
Expulit, & nata eſt ignaro fœmina patri,
Iuſſit ali mater puerum mentita: fidemq;
Res habuit: neq; erat facti niſi conſcia nutrix

Puero & puellæ: nam Iphis tam fœmina, quàm mas appellari potest.

Vota pater soluit, nomenq; imponit auitum:
Iphis auus fuerat, gauisa est nomine mater,
Quòd commune foret, nec quenquam falleret illo.
Intercepta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri: facies, quam siue puellæ,
Siue dares puero, fieret formosus uterq;.
Tertius interea decimo successerat annus,
Cùm pater Iphi tibi flauam despondet Ianthen,
Inter Phæstiadas quæ laudatissima formæ
Dote fuit virgo, Dictæo nata Teleste.
Par ætas, par forma fuit: primasq; magistris
Accepêre artes elementa ætatis ab ijsdem.
Hinc amor amborũ tetigit rude pectus, & æquum
Vulnus utriq; dedit: sed erat fiducia dispar.
Coniugium, pactæq; expectat tempora tedæ,
Quemq; virum putat esse, suum fore credit Iãthe:
Iphis amat, quo posse frui desperat: & auget
Hoc ipsum flammas, ardet q; in virgine virgo:
Vixq; tenẽs lacrymas, Quis me manet exitus? inquit:
Cognita quã nulli, quàm prodigiosa, nouæq; (quit:
Cura tenet Veneris! si Dij mihi parcere vellent,
Perdere debuerant: si non & perdere vellent,
Naturale malum saltem, & de more dedissent.
Nec vaccam vaccæ, nec equas amor urit equarũ.
Urit oues aries: sequitur sua fœmina ceruum.
Sic & aues coëunt: interq; animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.
Vellem nulla forem. ne non tamen omnia Crete
Pasiphaë. *Monstra ferat, taurum dilexit filia Solis,*
Fœmina nempe marem. meus est furiosior illo,

Si

Si verum profitemur, amor. tamen illa secuta est
Spem Veneris, tamen illa dolis, & imagine vaccæ
Passa bouem est; & erat, qui deciperetur, adulter.
Huc licet ex toto solertia confluat orbe,
Ipse licet renolet ceratis Dædalus alis,
Quid faciet? num me puerum de virgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit Ianthe?
Quin animum firmas, teq; ipsa recolligis Iphi?
Consiliiq; inopes, & stultos excutis ignes?
*Quid sis nata *vides, nisi te quoque decipis ipsam.* *vide.
Et pete quod fas est, & ama quod fœmina debes,
Spes est quæ capiat, spes est quæ pascat amantem,
Hanc tibi res adimit. non te custodia charo
*Arcet ab amplexu, nec cauti cura *mariti,* *magistri.
Non patris asperitas, nec se negat ipsa roganti:
Nec tamen est potienda tibi: nec, vt omnia fiant,
Esse potes felix, vt Diiq; homines q; laborent.
*Nunc quoque votorũ pars nulla est *vana meorũ:* *vna.
Diiq; mihi faciles, quicquid valuere, dederunt.
*Quod volo, vult genitor, *vult ipsa, socerq; futu-* *socer & vult ipse.
At non vult Natura, potẽtior omnibus istis, (rus:
Quæ mihi sola nocet. venit ecce optabile tempus,
Luxq; iugalis adest, & iam mea fiet Ianthe,
Nec mihi continget, mediis sitiemus in vndis.
Pronuba quid Iuno? quid ad hæc Hymenæe venitis
Sacra? quibus qui ducat abest, vbi nubimus ambæ?
Pressit ab his vocem. nec lenius altera virgo
Æstuat: vtq; celer venias Hymenæe precatur. Apostrophe ad Hymenæũ nuptiarum Deum.
Quod petit hæc, Telethusa timẽs modo tẽpora dif-
Nunc ficto lãguore morã trahit: omina sæpe, (fert:

Visaq; causatur. sed iam consumpserat omnem
Materiàm ficti, dilataq; tempora tedæ
Institerant, vnusq; dies restabat. at illa
Crinalem capiti vittam nataq;, sibiq;
Detrahit, & passis aram complexa capillis,
Oppida AEgypti vbi potissimum colitur Isis.
Isi Paratonium, Mareoticaq; arua, Pharonq;
Quæ colis, & septem digestum in cornua Nilum,
Fer precor (inquit) opem nostroq; medere timori.
Te Dea, te quondam, tuaq; hæc insignia vidi,
Cunctaq; cognoui, sonitum, comitesq;, facesq;
Sistrorum, memoriq; animo tua iussa notaui.
Quòd videt hæc lucem, quòd non ego pœnior ipsa,
Consilium, monitumq; tuum est: miserere duarum,
Auxilioq; iuua. Lachrymæ sunt verba secutæ.
Visa Dea est mouisse suas (& mouerat) aras:
Et templi tremuere fores imitataq; Lunam
Cornua fulserunt, crepuitq; sonabile sistrum.
Non secura quidem, fausto tamen omine læta
Mater abit templo: sequitur comes Iphis euntem,
Quàm solita est maiore gradu: nec candor in ore
Permanet, & vires augentur, & acrior ipse est
Vultus, & incomptis breuior mensura capillis.
Plusq; vigoris adest, habuit quàm fœmina, nã quæ
Fœmina nuper eras, puer es. Date munera templis
Nec timida gaudete fide. dant munera templis:
Addunt & titulum: titulus breue carmẽ habebat.
Vota puer soluit, quæ fœmina vouerat Iphis.
Postera lux radijs totum patefecerat orbem,*
Cùm Venus, & Iuno, sociusq; Hymenæus ad ignes
Conueniunt, potiturq; sua puer Iphis Ianthe.

*Dona.
*latum.
Ad sacrificia, quæ in nuptijs Iunoni, Hymenæoq; ac Veneri fiebant.

SAB.

SAB. IN FAB. XII.

HArpocrates AEgyptiorum deus pingebatur clauſo ore, digito labris admoto, quo ſignificabatur linguam diligenter cuſtodiendam atque cohibendam eſſe: nihilque ſilentio ac taciturnitate tutius. Nã vt dici ſolet. *Nulli tacuiſſe nocet: nocet eſſe locutum.* Silentio nihil tutius.

Fer precor (inquit) opem, &c.

Inſigne exemplum, licet fabuloſum, quo monemur in ſummis etiam difficultatibus nõ deſperandum eſſe: ſed precibus confugiendum ad auxilium diuinum. In ſummis difficultatibus confugiendum ad auxilium diuinum.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER X.

FABVLA I.

De Orphei deſcenſu ad inferos, & Oleno & Lethæa in arbores.

INde per immenſum croceo velatus amictu
Æthera digreditur, Ciconumq́,
Hymenæus ad oras
Tendit, & Orpheïa nequicquam voce vocatur. Infauſtæ Orphei nuptiæ.

Affuit ille quidem, ſed nec ſolennia verba,
Nec lætos vultus, nec felix attulit omen,
Fax quoque, quam tenuit, lacrymoſo ſtridula fumo
Vſq; fuit, nulloſq; inuenit motibus ignes.
Exitus auſpicio grauior. nam nupta per herbas
Dum noua Naïadum turba comitata vagatur,
Occidit, in talum ſerpentis dente recepto.
Quam ſatis ad ſuperas poſt quã Rhodopeïus auras
Orpheus ad inferos. *Defleuit vates, ne non tentaret & vmbras,*
Ad Styga Tænaria eſt auſus deſcendere porta:
Vmbras caſas corporibus. *Perq; leues populos ſimulacraq; functa ſepulcro*
Perſephonem adiit, inamœnaq; regna tenentem
Vmbrarum dominum: pulſiſq; ad carmina neruis
Orphei oratio. *Sic ait, ô poſiti ſub terra numina mundi,*
In quem decidimus quicquid mortale creamur,
Si licet, & falſis poſitis ambagibus oris
Vera loqui ſinitis, non huc, vt opaca viderem
Tartara, deſcendi, nec vti villoſa colubris
Cerberum. *Terna Meduſæi vincirem guttura monſtri.*
Cauſa viæ eſt coniux, in quam calcata venenum
Vipera diffudit, creſcente ſq; abſtulit annos.
Poſſe pati volui, nec me tentaſſe negabo:
Vicit amor. ſupera Deus hic bene notus in ora eſt.
An ſit & hîc, dubito: ſed & hîc tamẽ auguror eſſe:
Famaq; ſi veteris non eſt mentita rapinæ,
Vos quoque iunxit amor. per ego hæc loca plena ti-
Per Chaos hoc ingens, vaſtiq; ſilentia regni, (moris
Eurydices oro properata retexite fata.
Omnia debentur vobis, paulumq; morati
*imam. *Serius, aut citius ſedem properamus ad* vnam.*

Tendimus

Tendimus huc omnes: hæc est domus vltima: vosq́;
Humani generis longissima regna tenetis.
*Hæc quoque cùm * iustos matura peregerit annos,* * iussos.
Iuris erit vestri: pro munere poscimus vsum.
Quòd si fata negant veniam pro coniuge, certũ est
Nolle redire mihi: letho gaudete duorum.
Talia dicentem, neruosq́; ad verba mouentem,
Exangues flebant animæ: nec Tantalus vndam
Captauit refugam: stupuit q́; Ixionis orbis:
Nec carpsere iecur volucres: vrnisq́; vacarunt
Belides: inq́; tuo sedisti Sisyphe saxo.
Tum primùm lacrymis victarũ carmine fama est Obserua quãta fuerit vis orationis Orphei.
Eumenidum maduisse genas: nec regia coniux
Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare:
Eurydicenq́; vocant. vmbras erat illa recentes
Inter, & incessit passu de vulnere tardo.
Hãc simul, & legem Rhodopeïus accipit Orpheus,
Ne flectat retro sua lumina, donec Auernas
Exierit valles, aut irrita dona futura.
Carpitur accliuis per muta silentia trames
Arduus, obscurus, caligine densus opaca:
Nec procul abfuerant telluris margine summæ:
Hic ne deficeret metuens, auiduq́; videndi
Flexit amans oculos, & protinus illa relapsa est:
*Brachiaq́; intendẽs, prendiq́;, & prendere * captans,* * certans.
Nil nisi cedentes infelix arripit auras.
Iamq́; iterũ moriens, non est de coniuge quicquam
Questa suo. quid enim nisi se queretur amatam?
Supremumq́; vale, quod iam vix auribus ille
*Acciperet, dixit, * reuocatáque rursus eôdem est.* * reuolutaq́;

Non aliter ſtupuit gemina nece coniugis Orpheus,
Quàm tria qui timidus medio portante catenas
Colla canis vidit: quem non pauor antè reliquit,
Quàm natura prior ſaxo per corpus oborto:
Quiq́ in ſe traxit crimen, voluit q́ videri
Olenus eſſe nocens: tuq́ ô confiſa figuræ
Olenus & Lethæa in lapides. *Infelix Lethæa tuæ, iunctiſſima quondam*
Corpora, nunc lapides, quos humida ſuſtinet Ide.
Orantem, fruſtraq́ iterum tranſire volentem
* arguerat. *Portitor* arcuerat. ſeptem tamen ille diebus*
Squalidus in ripa Cereris ſine munere ſedit,
Cura, dolor q́ animi, lachrymæ q́, alimenta fuere,
Eſſe Deos Erebi crudeles queſtus, in altam
Montes Thraciæ. *Se recipit Rhodopẽ, pulſumq́ Aquilonibus Aemũ.*
Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat Titan, omnemq́ refugerat Orpheus
Fœmineam Venerem: ſeu quod male ceſſerat illi,
Siue fidem dederat: multas tamen ardor habebat
Iungere ſe vati: multæ doluêre repulſæ.
Ille etiam Thracum populis fuit autor, amorem
In teneros transferre mares, citraq́ iuuentam
Ætatis breue ver, & primos carpere flores.

SAB. IN FAB. I.

In amore cõiugali cauendum, ne conficiamur luctu & deſiderio mortuorum.

AVdiui fabulam Orpheæ ſimilem, ſi modò dicenda eſt fabula, quam multorum teſtimonia affirmant eſſe hiſtoriam. Ferunt in Bauaria virum nobili familia natum extincta vxore tantum animo dolorem cepiſſe, vt nullam admitteret conſolationem, ac vitã ageret in

in ſolitudine. Tandem vbi nullum finem lugendi faceret, vxorem eius comparuiſſe excitatam à mortuis: ac dixiſſe ſe quidem ſemel confeciſſe circulum vitæ à natura datum, ſed importunitate ipſius reuocatam eſſe nunc in vitam, atque à Deo iuſſam vti eius conſuetudine adhuc diutius: hac tamen conditione ac lege, vt matrimonium morte ſolutum denuò per ſacerdotem ſolenni ritu iungeretur: vtque deinceps ipſe abſtineret blaſphemis conuiciandi verbis quibus vti conſueuerat. Se enim horum cauſa ei ademptam fuiſſe, atq; iterum exceſſuram è vita cum primùm eiuſmodi aliquod edidiſſet. His actis, illam curaſſe rem domeſticam, vt antea: & aliquot etiam peperiſſe liberos: ſemper tamen fuiſſe triſtem ac pallidam. Poſt multos verò annos maritum veſperi potum, & ancillæ iratum edidiſſe verba quæ non debebat: interea illum diſparuiſſe è cubiculo vnde allatura erat marito poma, ac reliquiſſe muliebrem veſtitum ſine corpore ſtantem, quaſi phãtaſma, ad ciſtam vbi poma ſeruabantur. Hæc audiui ex multis viris fide dignis, qui affirmabant ducem Bauariæ eadem retuliſſe Duci Saxoniæ pro veris. Sed Orphei fabulam exponamus: Pauſanias ſcribit Orphea magicis artibus ac præſtigijs euocaſſe vmbrã ſuæ vxoris, quæ poſtea ſtatim euanuerit. Hinc equidem opinor cõfictam eſſe fabulam de illius vxore reducta ab inferis. Com-

mendat autem fabula amorem coniugalem: & simul admonet, ne conficiantur luctu & desiderio mortuorum.

Vrnisq; vacarunt Belides, &c.

Belides Danei regis filiæ hoc genus pœnæ apud inferos pendent, vt assiduè aquam in dolium pertusum, vrnis similiter pertusis inferãt. His vrnis & huic dolio Plato in Gorgia assimilat animum incontinentem, qui effusis in omni intemperantia libidinibus agitatur. Eisdem persimiles sunt homines futiles, qui vt ille Terentianus, pleni sunt rimarum & vndiq; effluunt. Potest etiam allegoria lepidè exponi de fisco principis, quem omnes omnium ciuium fortunæ explere nequeant.

Et protinus illa relapsa, &c.

Timidior prospiciente.

Est quoddã saxum specie viri è specu prospicientis, de quo finxerũt eiusmodi fabulam: fuisse hominem natura timidum, qui audita Herculis fama se abdiderat in specum: vnde cùm aliquãdo prospiceret, & fortè Herculem adducto Cerbero prætereuntem conspicaretur, exanimatum immodico metu diriguisse in saxum. Meminit huius fabulę Erasmus in prouerbio, timidior prospiciente.

Infœlix Lethæa tua, &c.

Stultum est alienam culpam in se transferre.

Cum Lethæa dotibus formæ superbiens sese prætulisset dijs, eaque impietate conciuisset diuinam iram & vltionem, Olenus maritus culpam vxoris in se transferens, vna cum illa

la punitus est. Hæc fabula idem docet quod regula iuris: culpam esse immiscere se rei ad se non pertinenti.

FABVLA II.
De Orphei cantu & Aty in pinum.

COllis erat, collemq; super planissima campi
Area, quam viridem faciebant graminis herbæ.
Vmbra loco deerat. qua postquàm parte recedit
Dijs genitus vates, & fila sonantia mouit,
Vmbra loco venit, non Chaonis abfuit arbor,
Non nemus Heliadum, nõ frondibus æsculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus & innuba laurus,
Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis hastis,
Enodisq; abies, curuataq; glandibus ilex,
Et platanus genialis, acerq; coloribus impar,
Amnicolæq; simul salices, & aquatica lotos,
Perpetuoq; virens buxus, tenuesq; myricæ,
Et bicolor myrtus, & baccis cærula ficus.
*Vos quoque * flexibiles hederæ venistis, & vnà*
*Pampineæ vites, & * amictæ vitibus vlmi,*
Orniq;, & piceæ, pomoq; onerata rubenti
Arbutus, & lentæ victoris præmia palmæ,
Et succincta comas, hirsutaq; vertice pinus.
Grata Deûm matri: siquidem Cybeleïus Atys
Exuit hac hominem, truncoq; induruit illo.

Loci descriptio vbi canẽs Orpheus à Bacchis discerptus fuit.

* flexipedes.

* amicæ.

Atys in pinũ.

SAB. IN FAB. II.

SApientissimi homines, vt mitiores artes,

Laus poëtices & musices.

nempe Poëticam & Muſicam, pueris commendarent, finxerunt arbores, feras, volucres Orpheum admiratas, & canentem ſecutas eſſe. fuit enim Orpheus inſignis poëta & muſicus, qui agreſtes & feros Thraciæ populos, cantu & ſuauitate carminum permulcens, ab inhumanitate traduxit ad manſuetudinem: id quod teſtatur Horatius, cum inquit:

Syluestres homines, ſacer interpresq; deorum,
Cœdibus & fœdo victu deterruit Orpheus,
Dictus ob id lenire tigres rabidosq; leones.

Conſtat autem poëticam & muſicam habere ſummam vim ad ciendos & permulcendos hominum animos. nulla enim res ita penetrat in animos, vt harmonia numerorum & vocum, qua qui non mouentur, næ illi rigidiores ſunt feris & arboribus. Monachi, vt commendarent eloquentiam Antonij Patauini, hanc fabulam imitati, finxerunt piſces exertis è mari capitibus audiuiſſe illum in littore Adriatico concionantem. Eraſmus Rotherodamus ioco ſcribit ex earum arborum genere, quæ Orphea ſecutæ ſunt, fuiſſe quercus & fagos, quibus diuus Bernardus vſus eſt pro magiſtris (ſic enim monachi de illo quoq; fabulantur) atque optandum eſſe, vt haberemus aliquos ex ſapientiſſimis illius arboris ſurculos quos inſereremus: Nam ita haberemus (vt Comicus ait) vnde diſceremus.

Exuit hac hominem, &c.

Atys

Atys fingitur exciſis genitalibus in pinum mutatus, propter fructus arboris inutiles: nam Porphyrius philoſophus de ratione naturali Deorum, ſcribit per Atym & Adonim inutiles fructus ſignificari, & flores qui decidunt, antequam ferant fructus. Atys & Adonis pro inutilibus fructibus.

FABVLA III.
De Cypariſſo in Cupreſſum.

AFfuit huic turbæ metas imitata cupreſſus,
Nunc arbor, puer antè Deo dilectus ab illo. Apollinis periphraſis.
Qui citharam neruis, & neruis temperat arcum.
Nanq; ſacer Nymphis Carthæa tenentibus arua
Ingens ceruus erat, lateq; patentibus altas
Ipſe ſuo capiti præbebat cornibus vmbras.
Cornua fulgebant auro: demiſſaq; in armos
*Pendebant tereti * gemmata monilia collo.* * demiſſa.
Bulla ſuper frontem paruis argentea loris
*Vincta mouebatur, * pariles q; ætate nitebant* * pariliq;e.
Auribus è geminis circum cana tempora baccæ.
Iſq; metu vacuus, naturali q; pauore
Depoſito, celebrare domos, mulcendaq; colla
Quamlibet ignotis manibus præbere ſolebat.
Sed tamen ante alios Cææ pulcherrime gentis
Gratus erat Cypariſſe tibi: tu pabula ceruum
Ad noua, tu liquidi ducebas fontis ad vndas:
Tu modò texebas varios per cornua flores:
Nunc eques in tergo reſidens huc lætus, & illuc
Mollia purpureis frænabas ora capiſtris.
Æſtus erat, mediuſq; dies: Soliſq; vapore

Concaua littorei feruebant brachia Cancri:
Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra
Ceruus, & arborea frigus ducebat ab vmbra.
Hunc puer imprudens iaculo Cypariſſus acuto
Fixit, & vt ſæuo morientem vulnere vidit,
Velle mori ſtatuit. quæ non ſolatia Phœbus
Dixit? & vt leuiter, pro materiaq́ doleret,
Admonuit. gemit ille tamen, munuſq́ ſupremum
Cypariſſus in cupreſſum. *Hoc petit à ſuperis, vt tempore lugeat omni.*
Iamq́ per immenſos egeſto ſanguine fletus,
In viridem verti cœperunt membra colorem:
Et modò qui niuea pendebant fronte capilli,
Horrida cæſaries fieri, ſumptoq́ rigore
Sydereum gracili ſpectare cacumine cœlum.
Hoc ex more Rom. qui funebri ſigno cupreſſum ante defunctorum ædes poſuere. *Ingemuit, triſtiſq́ Deus, Lugebere nobis,*
Lugebiſq́ alios, aderiſq́ dolentibus, inquit.

SAB. IN FAB. III.

Cupreſſus cur Apollini & Muſis chara.

GRæci Cypariſſum vocãt cupreſſum: hinc Cypariſſus puer in cupreſſum mutatus, & ab Apolline dilectus fingitur eò, quòd & poëtices fuit ſtudioſus, & Poëtarum ſcriptis celebratus eſt. tales enim Apollini aut Muſis chari habentur. Ac quoniam cupreſſus ſucciſa nunquam regerminat, ideò in exequijs olim adhibita, & ante mortuorum domus funeris ſigno poſita eſt: quo ritu ſignificabatur, hanc vitam eſſe mortalem & ſemel amiſſam non recuperari. Alludit ad eũdem ritum Ouidius his verſibus.

Cupreſſus (vt vita) ſucciſa nunquam regerminat.

Et

Et modò qui niuea pendebant fronte capilli, &c.

FABVLA IIII.

De Ioue in Aquilam, & raptu Ganymedis.

TAle nemus vates attraxerat, inq; ferarum
*Concilio, medius * turba, volucrũq; sedebat.* * turba.
Vt satis impulsas, tentauit pollice chordas,
Et sensit varios, quamuis diuersa sonarent,
Concordare modos, hoc vocem carmine mouit:
Ab Ioue musa parẽs (cedũt Iouis omnia regno)
Carmina nostra moue. Iouis est mihi sæpe potestas
Dicta: prius cecini plectro grauiore Gigantes,
*Sparsaq; Phlegræis victricia * fulmina campis.* * prælia.
Nunc opus est leuiore lyra, puerosq; canamus
Dilectos superis, inconcessisq; puellas
Ignibus attonitas meruisse libidine pœnam.
Rex superûm Phrigij quondam Ganymedis amore Iouis amor, & raptus Ganimedis.
Arsit: & inuentum est aliquid, quod Iupiter esse,
Quàm quod erat, mallet: nulla tamen alite verti
*Dignatur, nisi quæ * posset sua fulmina ferre.* * portat suæ fulm. terræ.
Nec mora, percussor mendacibus aëre pennis
Arripit Iliaden: qui nunc quoque pocula miscet,
Inuitaq; Ioui nectar Iunone ministrat.

SAB. IN FAB. IIII.

HErodianus historicus scribit Ganymedem Trois regis filium in quodam Phrygiæ agro, cui nomen Pessimunti, interemptum à fratre atque amatore, sublatumque à medio. Deinde pro calamitatis solatio fuisse diuinis honoribus affectum, relata ad Iouem Ganymedes quomodo dicatur raptus.

raptorem fabula. Eusebius verò tradit eũdem à Tantalo raptum & in Cretam Ioui missum: & postea bellum inde ortum inter Troem & Tantalum. Erat autem aquila insigne Cretensium: inde sumpta occasione finxerunt Iouem in aquilam conuersum, rapuisse Ganymedem.

FBVLA V.
De Hyacintho in florem.

TE quoq; Amyclide posuisset in æthere Phœbus,
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Quà licet æternus tamen es: quotiesq; repellit
Ver hyemem, pisciq; aries succedit aquoso,
Tu toties oreris, viridiq; in cespite flores.
Te meus ante omnes genitor dilexit, & orbe*
In medio positi caruerunt præside Delphi.
Dum Deus Erotan, immunitamq; frequentat
Spartem, nec citharæ, nec sunt in honore sagittæ:
Immemor ipse sui non retia ferre recusat,
Non tenuisse canes, non per iuga montis iniqui
Ire comes: longaq; alit assuetudine flammas.
Iamq; ferè medius Titan venientis, & actæ
Noctis erat, spatioq; pari distabat vtrinq;:
Corpora veste leuant, & succo pinguis oliuæ
Splendescunt, latiq; ineunt certamina disci.
Quem prius aërias libratum Phœbus in auras
Misit, & oppositas discecit pondere nubes.
Decidit in solidam longo post tempore terram
Pondus, & exhibuit iunctam cum viribus artem.

Hyacinthus in florem.

* alios.

Delphi vrbs in medio terrarum orbe (& velut vmbilicus terræ) esse perhibetur.

Meridies.

Protinus

Protinus imprudens, actuſq; cupidine luſus
Tollere Tænarides orbem properabat: at illum
Dura repercuſſum ſubiecit in aëre tellus
In vultus, Hyacinthe, tuos. expalluit aquè
Quàm puer, ipſe Deus: collapſoſq; excipit artus,
Et modò te refouet, modò triſtia vulnera ſiccat.
Nunc animam admotis fugientem ſuſtinet herbis.
Nil proſunt artes: erat immedicabile vulnus.
Vt ſi quis violas, riguoq; papauera in horto,
Liliaq; infringat fluuis hærentia virgis: *linguis:*
Marcida demittant ſubitò caput illa grauatum,
Nec ſe ſuſtineant, ſpectantq; cacumine terram:
Sic vultus moriens iacet, & defecta vigore Apoſtrophe ad Hiacintum, affectus, doloris, & querelarum
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix, humeroq; recumbit.
Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta,
Phœbus ait, videoq; tuum mea crimina vulnus.
Tu dolor es, facinuſq; meum: mea dextera letho
Inſcribenda tuo eſt: ego ſum tibi funeris autor.
Quæ mea culpa tamen? niſi ſi luſiſſe, vocari
Culpa poteſt: niſi culpa poteſt & amaſſe, vocari?
Aque vtinam pro te vitam, tecumq; liceret
Reddere, quod quoniam fatali lege vetamur,
Semper eris mecum, memoriq; hærebis in ore.
Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt:
Floſq; nouus ſcripto gemitus imitabere noſtros.
Tempus & illud erit, quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem, folioq; legatur eodem. plena.
Talia dum vero memorantur Apollinis ore, * ſic. Aiax Telamonius vt infrà 13. in Hyacinthum cõuerſus fuit.
Ecce, cruor qui fuſus humi ſignauerat herbas,
Deſinit eſſe cruor, Tyrioq; nitentior oſtro

Flos oritur, formamq; capit, quam lilia, si non
Purpureus color his, argenteus esset in illis.
Non satis hoc Phœbo est (is enim fuit autor hono-
*Ipse suos gemitus foliis inscribit, & *hya (ris.)*
Flos habet inscriptum, funestaq; littera ducta est.
Nec genuisse pudet Sparten Hyathinthon: honorq;
Durat in hoc aui, celebrandaq; more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

* aĩ.

SAB. IN FAB. V.

Hyacynthus nusquam reperitur.

LAzarus Bonamicus, cuius in Italia auditor fui, cùm enarraret Georgica Virgilij, referebat de Hyacintho varias opiniones medicorum, inter quos aiebat esse quosdam, qui ita persuasum habeant nusquam terrarum eiusmodi florem nasci, in cuius foliis notæ literarum reperirentur: Se tamen Venetijs semel vidisse florem Alexandria allatũ tali forma, qua Poëtę suum Hyacinthum describunt.

Flores ab Apolline quomodo amentur.

Porrò quod ad fabulam attinet, flores amari ab Apolline finguntur, quòd calore ac virtute Solis euocantur ac vegetantur, sicuti aliquoties iam dictum est.

FABVLA VI.
De Cypri incolis in boues.

Amathuntis incolæ in tauros.

AT si fortè roges fœcundã Amathũta metallis,
An genuisse velit Propœtidas, annuat æquè
Atq; illos gemino quondam quibus aspera cornu
Frons erat: vnde etiam nomen traxere Cerasta.

Ante

Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara Iupiter hoſpitalis.
Lugubris ſceleris: quam ſi quis ſanguine tinctam
Aduena vidiſſet, mactatos crederet illic
Lactentes vitulos, Amathuſiacaſq́ bidentes.
Hoſpes erat cæſus. ſacris offenſa nefandis
Ipſa ſuas vrbes, Ophiuſiaq́ arua parabat
Deſerere alma Venus: ſed quid loca grata, quid vr-
Peccauere meæ? quod, dixit, crimen in illis? (bes
Exilio pœnam potius gens impia pendat,
Vel nece, vel, ſi quid medium eſt mortiſq́, fugæq́.
Idq́ quid eſſe poteſt, niſi verſa pœna figuræ?
Dum dubitat quo mutet eos, ad cornua vultum
Flexit, & admonita eſt hæc illis poſſe relinqui:
Grandiaq́ in toruos transformat mẽbra iuuencos.

SAB. IN FAB. VI.

CYprus à promontorijs olim Ceraſtis dicta eſt, hoc eſt, cornuta. nam promontoria quoq; vocantur cornua, vt apud Ouidium in Epiſtola Phyllidis: Cyprus à promontorijs, cornuta cur dicebatur.

Eſt ſinus adductos modicè falcatus in arcus,
-Vltima prærupta cornua mole rigent.

Hinc & Barbari & agreſtes populi in promontorijs habitantes cornuti finguntur, tùm propter ſitum loci, tùm propter inhoſpitalitatem.

FABVLA VII.
De Propętidibus in ſilicem.

SVnt tamen obſcœnæ Veneri Propœtides auſæ
Eſſe negare Deam: pro qua ſua numinis ira Propœtides in ſilicem.

Corpora cum forma primò vulgasse feruntur.
Vtq; pudor cessit, sanguisq; induruit oris,
In rigidum paruo silicem discrimine versæ.

SAB. IN FAB. VII.

Cypriorum mos in prostituendis virginibus.

IVstinus refert morem fuisse Cyprijs, prostituere virgines ante nuptias, statis diebus ad dotalem pecuniam quærendam: ex qua turpitudine fortassis nata est hæc fabula. propter extinctum vero pudorem Propœtides fingũtur exhausto rubore fuisse, ore ita duro, vt paruo discrimine in silicem verterentur. nam oris vocabulum sæpe vsurpatur pro impudentia: vt apud Ciceronem pro Quintio: Mihi videtur ore durissimo, qui præsente Roscio gestum agere conetur. qua in significatione etiam os ferreum dicitur.

FABVLA VIII.
De pigmalionis statua in eburneam.

Pygmalionis odium in fœminas.

QVas quia Pygmalion æuũ per crimina agentes
Viderat, offensus vitijs, quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit, sine coniuge cœlebs
Viuebat, thalamiq; diu consorte carebat.
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpsit ebur, formamq; dedit, qua fœmina nasci
Nulla potest: operisq; sui concepit amorem.
Virginis est veræ facies, quam viuere credas,
Et si non obstet reuerentia, velle moueri.
Ars adeo latet. arte sua miratur, & haurit

Virgines benè educatæ præpudore in conspectu virorum vix se audent mouere.

Pectore

Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
Sæpe manus operi tentantes admouet, an sit
Corpus, an illud ebur: nec adhuc ebur esse fatetur.
Oscula dat, reddiq́, putat, loquiturq́, tenetq́,
Et credit tactis digitos insidere membris:
Et metuit, pressos veniat ne liuor in artus.
Et modò blanditias adhibet, modò grata puellis
Munera fert illi conchas, teretesq́ lapillos,
Et paruas volucres, & flores mille colorum,
Lilia, perpictasq́ pilas, & ab arbore lapsas
Heliadum lachrymas, ornat quoq́ uestibus artus:
Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo:
Aure leues baccæ, redimicula pectore pendent.
Cuncta decent: nec nuda minus formosa videtur.
Collocat hanc stratis concha Sidonide tinctis,
Appellatq́ tori sociam, acclinataq́ colla
Mollibus in plumis, tanquam sensura, reponit.
Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro
Venerat, & blandis inductæ cornibus aurum
Conciderant ictæ niueæ ceruice iuuencæ,
Thuraq́ fumabant: cum munere functus ad aras
Constitit, & timidè, Si Dij dare cuncta potestis
Sit coniux opto, non ausus eburnea virgo
Dicere Pygmalion, Similis mea dixit eburnæ.
Sensit, vt ipsa suis aderat Venus aurea festis,
Vota quid illa velint: & amici numinis omen
*Flamma ter accensa est, *apicemq́ per aëra duxit.* * scintillam
Vt rediit, simulachra suæ petit ille puellæ;
Incumbensq́ toro dedit oscula: visa tepere est.
Admouet os iterum, manibus quoq́ pectora tẽtat;

Eburnea ſtatua in virginem.
*multas quæ pollice tractat.
Cyprius Pigmalion.

Tentatum molleſcit ebur, poſitoq; rigore
Subſedit digitis, ceditq;: vt Hymettia Sole
*Cera remolleſcit, *tractataq; pollice multas*
Vertitur in facies, ipſoq; fit vtilis vſu.
Dum ſtupet, & dubiè gaudet, falliq; veretur,
Rurſus amans, rurſuſq; manu ſua vota retractat.
Corpus erat: ſaliunt tentatæ pollice venæ.
Tum verò Paphius pleniſſima concipit heros
Verba, quibus Veneri grates agit: oraq; tandem
Ore ſuo non falſa premit, dataq; oſcula virgo
Senſit, & erubuit, timidumq; ad lumina lumen
Attollens, pariter cum cœlo vidit amantem.
Coniugio, quod fecit, adeſt Dea. Iamq; coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem,
Illa Paphum genuit, de quo tenet inſula nomen.

SAB. IN FAB. VIII.

Franciſci vxor.

SImilis fabula narratur de diuo Franciſco, qui cùm eſſet cœlebs & à fæminarum conſuetudine abhorreret, tamen vt deſiderium quo tenebatur leniret, fertur ſibi finxiſſe vxorem & liberos ex niue, quemadmodum Pygmalion Ouidianus ex ebore. Vxor verò Pygmalionis fingitur eburnea fuiſſe, vel propter corporis candorem, (nihil enim eſt ebore candidius) vel propter nominis ſimilitudinem, quia fortaſſis dicta fuit Ebur vel Eburnea. Fabula autem docet caſtam & pudicam vxorem à Deo dari & petendam eſſe.

Pygmalionis vxor cur eburnea.

FABVLA

FABVLA. IX.
De Myrrha in arborem.

EDitus atq; ille est, qui si sine prole fuisset, Nepos sc. Pygmalionis.
Inter felices Cinyras potuisset haberi.
Dira canã: procul hinc natæ, procul este parentes.
Aut mea si vestras mulcebunt carmina mentes,
Desit in hac mihi parte fides, nec credite factum:
Vel si credetis, facti quoq; credite pœnam.
Si tamen admissum sinit hoc natura videri:
Gentibus Ismarijs, & nostro gratulor *orbi, *Thraciæ.
Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis,
Quæ tantum genuêre nefas, sit diues Amomo,
Cinnamaq;, costumq; suam, sudataq; ligno
Thura ferat, floresq; *alios Panchaïa tellus: *suos.
Dum ferat & Myrrhã. Tanti noua nõ fuit arbor. Epiphonema.
Ipse negat nocuisse tibi sua tela Cupido,
Myrrha, facesq; suas à crimine vindicat isto.
Stipite te Stygio, tumidisq; afflauit Echidnis
E tribus vna soror, Scelus est odisse parentem:
Hic amor est odio maius scelus, vndiq; lecti
Te cupiunt proceres, totoq; Oriente iuuentus
Ad thalami certamen adest: ex omnibus vnum
Elige Myrrha virũ, dum non sit in omnibus vnus. Myrrha deperit parentẽ
Illa quidem sentit, fœdoq; repugnat amori:
Et secum, Quò mente feror? quid molior? inquit,
Dij precor, & pietas. sacrataq; iura parentum,
Hoc prohibite nefas, sceleriq; resistite nostro:
Si tamen hoc scelus est. Sed enim damnare negatur
Hanc Venerem pietas: coëunt q; animalia nullo
Cætera delicto: nec habetur turpe iuuenca

Ferre patrem tergo: fit equo sua filia coniux:
Quasq́ vreauit init pecudes caper: ipsaq́, cuius
Semine concepta est, ex illo concipit ales.
Exclamatio, qua & brutorum vitam commendat, & ciuilem deteſtatur.
Felices quibus ista licent: humana malignas
Cura dedit leges, & quod natura remittit,
Inuida iura negant, Gentes tamen esse feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato crescit amore.
Me miseram, quòd non nasci mihi contigit illic,
Fortunaq́ loci lædor. Quid in ista reuoluor?
Spes interdictæ discedite, dignus amari
Ille, sed vt pater est. Ergo si filia magni
Non essem Cinyræ, Cinyræ concumbere possem:
Nunc quia iam meus est, nõ est meus: ipsaq́ damno
Est mihi proximitas: aliena potentior essem.
Ire libet procul hinc, patriæq́ relinquere fines,
Dũ scelus effugiam: retinet malus ardor amãtẽ,
* error.
Vt præsens spectem Cinyram, tangamq́, loquarq́,
Osculaq́ admoueam, si nil conceditur vltrà.
Vltrà autem sperare aliquid potes impia virgo?
*Et quòd
* Nec quot confundas & iura, & nomina sentis?
Tũne eris & matris pellex, & adultera patris?
Tũne soror nati, genitrixq́ vocabere fratris?
Nec metues atro crinitas angue sorores,
* sacro.
Furiarum periphrasis.
Quas facibus sæuis oculos, atq́ ora petentes
Noxia corda vident? at tu dum corpore non es
Passa nefas, animo ne concipe, néue potentis
Concubitu vetito naturæ pollue fœdus.
Velle puta, res ipsa vetat, Pius ille, memorq́ est
Moris: & ô vellem similis furor esset in illo.

Dixerat:

Dixerat: at Cinyras, quem copia digna procorum
Quid faciat dubitare facit, ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis cuius velit eſſe mariti.
Illa ſilet primò, patriſq́ in vultibus hærens
Æſtuat, & tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei Cinyras hæc credens eſſe timoris,
Flere vetat, ſiccatq́ genas, atq́ oſcula iungit.
Myrrha datis nimiũ gaudet: conſultaq́ qualem
Optet habere virum, Similem tibi, dixit. at ille
Non intellectam vocem collaudat: &, Eſto
Tam pia ſemper, ait. Pietatis nomine dicto,
Demiſit vultus, ſceleris ſibi conſcia, virgo.
Noctis erat medium, curaſq́, & corpora ſomnus
Soluerat: at virgo Cinyreïa peruigil igne
Carpitur indomito, furioſaq́ vota retractat.
Et modò deſperat, modò vult tentare, pudetq́, Puellę ardentis amore deſcriptio.
Et cupit, & quid agat, non inuenit. Vtq́ ſecuri
Saucia trabs ingens vbi plaga nouiſſima reſtat, Similitudo.
Quò cadat in dubio eſt, omniq́ à parte timetur:
*Sic animus *vario labefactus vulnere nutat* * dubio.
Huc leuis, atq́ illuc, momentaq́ ſumit vtroque,
Nec modus, & requies, niſi mors, reperitur amoris.
Mors placet: erigitur, laqueoq́ innectere fauces
Deſtinat: & Zona ſummo de poſte reuincta,
Chare vale Cinyra, cauſamq́ intellige mortis.
Dixit: & aptabat pallenti vincula collo. Hypallage.
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Peruenisſe ferunt, limen ſeruantis alumnæ.
Surgit anus, reſeratq́ fores: mortiſq́ parata
Inſtrumenta videns, ſpatio conclamat eodem,

Seque ferit, ſcinditq3 ſinus, ereptaq3 collo
Vincula dilaniat. tum deniq3 flere *vacauit,
Tum dare complexus, laqueiq3 requirere cauſam.
Muta ſilet virgo, terramq3 immota tuetur,
Et deprenſa dolet tardæ conamina mortis.
Inſtat anus, canoſq3 ſuos, & inania nudans
Vbera, per cunas, alimentaq3 prima precatur,
Vt ſibi committat quicquid dolet. Illa rogantem
Auerſata gemit, certa eſt exquirere nutrix,
Nec ſolam ſpondere fidem, Dic, inquit, opemq3
Me ſine ferre tibi: non eſt mea pigra ſenectus.
Seu furor eſt, habeo quod carmine ſanet, & herbis:
Siue aliquis nocuit, magico luſtrabere ritu:
Ira Deûm ſiue eſt, ſacris placabimus iram.
Quid rear vlterius? certè fortuna, domuſq3
Soſpes ab incurſu eſt, viuunt genitrixq3, paterq3,
Myrrha patre audito, ſuſpiria duxit ab imo
Pectore. nec nutrix etiamnum concipit vllum
Mente nefas: aliquemq3 tamẽ præſentit amorem:
Propoſitiq3 tenax, quodcunq3 eſt, orat, vt ipſi
Indicet, & gremio lachrymantem tollit anili.
Atq3 ita complectens infirmis membra lacertis,
Senſimus (inquit) amas: & in hoc mea (pone timo-
Sedulitas erit apta tibi: nec ſentiet vnquam (rem)
Hoc pater. Exilijt gremio furibunda, torumq3
Orepremens, Diſcede precor, miſeroq3 pudori
Parce, ait. inſtanti diſcede, aut deſine, dixit,
Quærere quid doleã. ſcelus eſt, quod ſcire laboras
Horret anus, tremulaſq3 manus annîſq3, metuq3
Tendit, & ante pedes ſupplex procumbit alumna:

Et

*vetauit.

Virginis amantis decorum pulchrè ſeruatur.

Et modò blanditur, modò ſi non conſcia fiat,
Terret, & indicium laquei, cæptæq; minatur
Mortis, & officium commiſſo ſpondet amori.
Extulit illa caput, lachrymiſq; impleuit obortis
Pectora nutricis: conatáq; ſæpe fateri,
Sæpe tenet vocem: pudibundáq; veſtibus ora
Texit, &, O, dixit, falicem coniuge matrem. Emphaſis.
Hactenus: & gemuit. gelidos nutricis in artus,
Oſſaq; (ſenſit enim) penetrat tremor, albaq; toto
Vertice canities rigidis ſtetit hirta capillis:
Multaq; vt excuteret diros, ſi poſſet, amores,
Addidit. at virgo ſcit ſe non falſa moneri:
Certa mori tamen eſt, ſi non potiatur amore.
Viue, ait hæc, potiere tuo, non auſa parente
Dicere, conticuit: promiſſaq; numine firmat.
Feſta pia Cereris celebrabant annua matres Theſmophoria Græci vocant.
Illa, quibus niuea velatæ corpora veſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum,
*Perq; nouem noctes Venerem, tactuſq; *viriles*
Inuetitis numerant. turba Cinyreïs in illa
Regis adeſt coniux, arcanaq; ſacra frequentat.
Ergo legitima vacuus dum coniuge lectus,
Nacta grauem vino Cinyram male ſedula nutrix
Nomine mentito veros exponit amores,
Et faciem laudat. Quæſitis virginis annis,
Par, ait, eſt Myrrhæ. quā poſt qua adducere iuſſa eſt
Vtq; domum rediit, Gaude mea, dixit, alumna:
Vicimus. infelix non toto pectore ſenſit
Lætitiam virgo, præſagaq; pectora mœrent:
Sed tamen & gaudet: tanta eſt diſcordia mentis.

* virorum.

Epiphonema in Myrrhæ leuitatem.

Tempus erat, quo cuncta silent: interq; Triones
Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.
Ad facinus venit illa suum, fugit aurea cœlo
Luna: tegunt nigræ latitantia sydera nubes:
Nox caret igne suo. primus tegis Icare vultus,
Erigoneq; pio sacrata parentis amore.
Terpedis offensi signo est reuocata: ter omen

Auis pessimi ominis.

Funereus bubo lethali carmine fecit.
It tamen: & tenebræ minuunt, noxq; atra pudorē:

Ambulantium in tenebris mos.

Nutriciq; manum læua tenet, altera motu
Cæcum iter explorat. thalami iam limina tangit,
Iamq; fores aperit, iam ducitur intus. at illi
Poplite succiduo genua intremuere: fugitq;
Et color, & sanguis, animusq; reliquit euntem.

Hypotyposis aliquid sceleris aggressura.

Quoq; suo propior sceleri est, magis horret, & ausi
Pœnitet, & vellet non cognita posse reuerti.
Cunctantem longæua manu deducit, & alto
Admotam lecto cùm traderet, Accipe, dixit,
Ista tua est Cinyra: deuotaq; pectora iunxit.
Accipit obscœno genitor sua viscera lecto,
Virgineosq; metus leuat, hortaturq; timentem.
Forsitan ætatis quoque nomine, filia, dixit:
Dixit, & illa, Pater: sceleri ne nomina desint.
Plena patris thalamis excedit, & impia diro
Semina fert vtero, conceptaq; crimina portat.
Postera nox facinus geminat: nec finis in illa est:
Cum tandem Cinyras auidus cognoscere amantem
Post tot concubitus, illato lumine, vidit
Et scelus, & natam: verbisq; dolore retentis
Pendenti nitidum vagina diripit ensem.

Myrrha

Myrrha fugit, tenebriſq́, & cæca munere noctis
Interceptaneci eſt, latoſq́ vagata per agros
Palmiferos Arabas, Panchæaq́ rura reliquit.
Perq́ nouem errauit redeuntis cornua Lunæ,
Cùm tandem terra requieuit feſſa Sabæa:
Vixq́ uteri portabat onus, tum neſcia uoti,
Atq́ inter mortiſq́ metus, & tædia uitæ,
Eſt tales complexa preces: O ſiqua patetis
Numina confeſſis, merui, nec triſte recuſo
Supplicium: ſed ne violem, uiuoſq́ ſupereſtes,
Mortuaq́ extinctos, ambobus pellite regnis:
Mutatæq́ mihi, uitamq́, necemq́, negate.
Numen confeſſis aliquod patet: ultima certè
Vota ſuos habuere Deos. nam crura loquentis Myrrha in arborem.
Terra ſuperuenit: ruptoſq́ obliqua per ungues
Porrigitur radix, longi firmamina trunci:
Oſſaq́ robur agunt: mediaq́ manente medulla
Sanguis it in ſuccos, in magnos brachia ramos,
In paruos digiti: duratur cortice pellis.
Iamq́ grauem creſcens uterũ præcinxerat arbor,
Pectoraq́ obruerat, collumq́ operire parabat.
Non tulit illa moram, uenientiq́ obuia ligno
Subſedit, merſitq́ ſuos in cortice uultus.
Quæ quanquã amiſit ueteres cum corpore ſenſus, Hoc ad arboris naturã refertur: ſponte namque ſudat, vt ſcribit Pli. li. 12. ca. 15. 16.
Flet tamen, & tepidæ manant ex arbore guttæ.
Eſt honor & lachrymis: ſtillataq́ cortice Myrrha
Nomen herile tenet, nulloq́ tacebitur æuo.

SAB. IN FAB. IX.

MYrrha nefando patris amore capta, nutricis opera cum eo inſcio concubuit. Myrrhæ facinus, & quomodo exag. geretur.

Ad exaggerandam huius ſceleris magnitudinem, initio Poëta lectorem tum attentum reddit, tum præmonet ne eiuſmodi ſcelus in exemplum rapiat, ſed deteſtari ac vitare diſcat, ſic enim inquit:

Dira canam. procul hinc natæ, &c.

Deinde quò oſtendat non libidinem, ſed Diabolum eiuſmodi amoris autorem eſſe, excuſat Cupidinem, ac transfert culpam in ipſas furias, cum ait:

Ipſe negat nocuiſſe tibi, &c.

Nihil deteſtabilius Myrrhæ ſcelere.

Præterea duo inſignes loci ſunt in hac fabula: alter de ſtellis ita perhorreſcentibus inceſtum, vt ſeſe abſcondant: qua quidem Proſopopœia ſignificatur nihil in rerum natura eſſe hoc nefario ſcelere deteſtabilius. Alter de improbitate vetularum, quæ plerunque ſunt ſcelerum & flagitiorum adminiſtrę: ac inprimis ingenioſæ in illis perficiendis, iuxta tritos ſermone verſiculos AEneæ Syluij:

Vetulæ plerumque ſcelerum adminiſtræ.

Non audet ſtygius Pluto tentare, quod audent
Effranis Monachus, plenaq́, fraudis anus.

Narratur fabula, hoc loco nõ aliena de vetula, cui diabolus erat pollicitus par calceorũ, ſi diſcordiam concitaret inter coniuges, quorũ ipſe animos diſtrahere fruſtra tentauerat: id cũ illa perfeciſſet, iamq; ex pacto mercedem poſtularet, dæmon ei calceos vltra fluuium porrexit ſuſpenſas longæ haſtæ, tãquàm ipſe eam metueret, ac dæmonibus peiorem indicaret.

FABVLA

FABVLA X.
De Adoni à Venere amato.

AT *malè cõceptus ſub robore creuerat infans, * inauſpicatò & impiè.
Quærebatq́ viam, qua ſe genitrice relicta
Exereret. media grauidus tumet arbore venter.
Tendit onus matrẽ: neq́ habent ſua verba dolores,
Nec Lucina poteſt parientis voce vocari.
Nitenti tamen eſt ſimilis, curuataq́ crebros
Dat gemitus arbor, lachrymiſq́ cadẽtibus humet.
Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes,
Admouitq́ manus, & verba *puerpera dixit. * quæ puerperis prodeſſe ſolent.
Arbor agit rimas, & *ſciſſo cortice viuum * fiſſo.
Reddit onus, vagitq́ puer: quem mollibus herbis Periphraſis Myrrhæ.
Naiades impoſitum lachrymis vnxere parentis.
Laudaret faciem liuor quoq́: qualia namq́ Ex inceſto Cyniræ & Myrrhæ concubitu naſcitur Adonis.
Corpora nudorum tabulà pinguntur Amorum,
Talis erat: ſed ne faciat diſcrimina cultus,
Aut huic adde leues, aut illis deme pharetras.
Labitur occultè, fallitq́ volatilis ætas:
Et nihil eſt annis velocius. ille ſorore
Natus, auoq́ ſuo, qui conditus arbore nuper,
Nuper erat genitus, modò formoſiſſimus infans,
Iam iuuenis, iam vir, iam ſe formoſior ipſo eſt.
Iam placet & Veneri, matriſq́ vlciſcitur ignes.
Namq́ pharetratus dum dat puer oſcula matri,
Inſcius, extanti diſtrinxit arundine pectus.
Læſa manu natum Dea repulit, altius actum
Vulnus erat ſpecie, primoq́ fefellerat ipſam.
Capta viri forma non iam Cythereïa curat
Littora, non altò repetit Paphon æquore cinctam,

Emphasis qua quàm formosus, fuerit Adonis colligitur.

Piscosãq; Cnidon. grauidãq; Amathũta metallis.
Abstinet & cœlo: cœlo præfertur Adonis.
Hũc tenet, huic comes est: assuetaq; semper in vm-
Indulgere sibi, formamq; augere colendo. (bra est
Per iuga, per syluas, dumos, & saxa vagatur
Nuda genu, vestem ritu succincta Dianæ:

Venatio Veneris.

Hortaturq; canes, tutaq; animalia prædæ
Aut pronos lepores, aut celsum in cornua cerum,
Aut agitat damas, aut fortibus abstinet apris:
Raptoresq; lupos, armatosq; vnguibus vrsos
Vitat, & armenti saturatos cæde leones.
Te quoq; vt hos timeas, si quid prodesse monendo
Posset, Adoni monet: Fortisq; fugacibus esto,
Inquit: in audaces non est audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius esse periclo:
Néue feras, quibus arma dedit natura, lacesse,
*Stet * tibi ne magno tua gloria. non mouet ætas,*
Nec facies, nec quæ Venerem mouêre, leones,
Setigerosq; sues, oculosq;, animosq; ferarum.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri:
Impetus est fuluis, & vasta leonibus ira:
Inuisumq; mihi genus est: quæ causa roganti
Dicam, ait, & veteris monstrum mirabile culpæ.
Sed labor insolitus iam me lassauit: & ecce
Opportuna sua blanditur populus vmbra:
Datq; torum cæspes. libet hac requiescere tecum,
Et requieuit humo: pressitq; & gramen, & ipsum,
Inq; sinu iuuenis, posita ceruice, recliuis
Sic ait, ac mediis interserit oscula verbis.

* mihi.

FABV-

FABVLA XI.

De Hippomene in leonem & Atalanta in leænam.

FOrsitan audieras aliquam certamine cursus
Veloces superâsse viros. non fabula rumor
Ille fuit: superabat enim: nec dicere possis
Laude pedum, formæne bono præstantior esset.
Scitanti Deus huic de coniuge, Coniuge, dixit,
Nil opus est Atalanta tibi, fuge coniugis vsum.
Nec tamen effugies, teq́ ipsa viua carebis.
Territa sorte Dei per opacas innuba syluas
Viuit, & instantem turbam violenta procorum
Conditione fugat, Nec sum potienda, nisi, inquit,
Victa prius cursu: pedibus contendite mecum.
Præmia veloci coniux, thalamiq́ dabuntur:
Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto.
Illa quidem immitis: sed tanta potentia formæ est, Epiphonema quo procorũ temeritas excusatur.
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes cursus spectator iniqui:
Et, petitur cuiquam per tanta pericula coniux?
Dixerat, ac nimios iuuenum damnarat amores.
Vt faciem, & posito corpus velamine vidit,
Quale meum, vel quale tuum, si fœmina fias,
Obstupuit: tollensq́ manus, Ignoscite, dixit,
Quos modo culpaui: nondum mihi præmia nota,
Quæ peteretis, erant. laudando concipit ignem:
Et ne quis iuuenum currat velocius, optat,
** Inuidiamq́ timet. Sed cur certaminis huius* *Inuidiaque.
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit:
Audentes Deus ipse iuuat. dum talia secum
Exigit Hippomenes, passu volat alite virgo.

Velociſſima: nam Scythæ plurimum ſagittando valent.

Quæ quanquàm Scythica non ſegnius ire ſagitta
Aonio viſa eſt iuueni: tamen ille decoris
Mirator magis eſt: curſus facit ipſe decorem.
Aura refert ablata citis talaria plantis:
Tergaq; iactantur crines per eburnea, quæq;
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo:
Inq; puellari corpus candore ruborem
Traxerat: haud aliter, quàm cùm ſuper atria velũ
Candida purpureum ſimilem dat, & inficit vmbrã.
Dum notat hæc hoſpes, decurſa nouiſſima meta eſt:
Et tegitur feſta victrix Atalanta corona.
Dant gemitum victi, pendunt q; ex fœdere pœnas.
Non tamen euentu iuuenis deterritus horum
Conſtitit in medio: vultuq; in virgine fixo,
Quid facilem titulum ſuperando quæris inertes?
Mecum confer, ait, ſeu me fortuna potentem
Fecerit, à tanto non indignabere vinci.
*Nãq; mihi genitor Megareus, * Onchęſtus at illi*
Eſt Neptunus auus, pronepos ego regis aquarum.
Nec virtus citra genus eſt: ſeu vincar, habebis
Hippomene victo, magnum, & memorabile nomẽ.
Talia dicentem molli Schœneïa vultu
Aſpicit, & dubitat ſuperari, an vincere malit.
Atq; ita, quis Deus hunc formoſis, dixit, iniquus
Perdere vult? charaq; iubet diſcrimine vitæ
Coniugium petere hoc? non ſum me iudice tanti.
Nec forma tangor (poterã tamen hac quoq; tangi)
Sed quod adhuc puer eſt, nõ me mouet ipſe, ſed ætas.
Quid? quod ineſt virtus, & mens interrita lethi?
Quid? q; ab æquorea numeratur origine quartus?
Quid?

* Onchęſtius illi.

Dilemmate colligit Hippomenes Atalantam ſecum certare debere.

Quid? quod amat, tantiq; putat connubia nostra,
Vt pereat, si me sors illi dura negârit?* * dira.
Dũ licet, hospes abi, thalamoſq; relinque cruentos. Apostrophe ad Hippomenen.
Coniugium crudele meum est. tibi nubere nulla
Nollet, & optari potes à sapiente puella.
Cur tamen est mihi cura tui tot iam antè perẽptis?
Viderit. Intereat, quoniam tot cæde procorum
Admonitus non est, agiturq; in tædia vitæ.
Occidet hic igitur, voluit quia viuere mecum?
Indignamq; necem pretium patietur amoris?
Non erit inuidiæ victoria nostra ferenda.* * fetendæ meliùs.
Sed non culpa mea est. vtinam desistere velles:
Aut quoniam es demens, vtinam velocior esses.
Ah quàm virgineus puerili vultus in ore est.
Ah miser Hippomene, nollem tibi visa fuissem.
Viuere dignus eras, quod si felicior essem,
Nec mihi coniugium fata importuna negarent,
Vnus eras, cum quo sociare cubilia vellem,
Dixerat: vtq; rudis, primoq; Cupidine tacta,
Quod facit ignorans, amat, & non sentit amorem.
Iam solitos poscunt cursus, populusq;, paterq;,
Cùm me sollicita proles Neptunia voce
Inuocat Hippomenes, Cythereaq; cõprecor, ausis* Hippomenis ad Venerem oratio.
Adsit, ait, nostris, &, quos dedit, adiuuet ignes.
Detulit aura preces ad me non inuida blandas, *Cytheream.
Motaq; sum (fateor) nec opis mora longa dabatur.
Est ager, indigenæ Damasenum nomine dicunt,* Damaseni agri descriptio.
Telluris Cypriæ pars optima, quam mihi prisci
Sacrauêre senes, templisq; accedere dotem *Damasæum.
Hanc iussere meis. medio nitet arbor in arvo

Fulua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria fortè mea veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu, nulliq3 videnda, niſi ipſi,
Hippomenen adij, docuiq3 quis vſus in illis.
Habitus velociter currentis expreſſio. *Signa tuba dederant, cùm carcere pronus vterq3*
Emicat, & ſummam celeri pede libat arenam.
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu,
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adijciunt animos iuueni clamor q3, fauor q3,
Verbaq3 dicẽtum, Nunc, nunc incumbere tempus:
Hippomene propera, nunc viribus vtere totis.
Pelle moram, vinces: dubium Megareïus heros
Gaudeat, an virgo magis his Schœneïa dictis.
O quoties, cùm iam poſſet tranſire, morata eſt,
Spectatoſq3 diu vultus inuita reliquit!
Aridus à laſſo veniebat anhelitus ore,
Periphraſis pomorum. *Metaq3 erat longè: tum denique de tribus vnum*
Fœtibus arboreis proles Neptunia miſit.
Obſtupuit virgo, nitidiq3 cupidine pomi
Declinat curſus, aurumq3 volubile tollit.
Prætерit Hippomenes: reſonant ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri, ceſſataq3 tempora curſu
Corrigit, atq3 iterum iuuenem poſt terga relinquit.
Et rurſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequitur, tranſitq3 virum. pars vltima curſus
Reſtabat, Nunc, inquit, ades Dea muneris autor:
Inq3 latus campi quo tardius illa rediret,
* ſplendens. *Iecit ab obliquo * liquidum iuueniliter aurum.*
Fortiter vt iuuenem decebat, id eſt, longiſſimè. *An peteret virgo viſa eſt dubitare: coëgi*
Tollere & adieci ſublato pondera malo,

Impediq2

Impediq; oneris pariter grauitate, moraq;.
Neue meus sermo cursu sit tardior ipso,
Praterita est virgo: ducit sua præmia victor.
Dignáne, cui grates ageret, cui thuris honorem
Ferret, Adoni, fui? nec grates immemor egit,
Nec mihi thura dedit. subitam conuertor in iram,
Contemptuq; dolens, ne sim spernenda futuris,
Exemplo caueo, meq; ipsam exhortor in ambos. Topographia.
Templa Deûm matri, quæ quõdam clarus Echion
Fecerat ex voto, nemorosis abdita syluis
Transibant: & iter longum requiescere suasit.
Illic concubitus intempestiua cupido
Occupat Hippomenen, à numine concita nostro.
Luminis exigui fuerat prope templa recessus
Speluncæ similis, natiuo pumice tectus,
Religione sacer prisca, quo multa sacerdos
Lignea contulerat veterum simulachra Deorum.
Hunc init, & vetito temerat sacraria probro.
Sacra retorserunt oculos: turritaq; mater
An Stygia sontes dubitauit mergeret vnda.
Pœna leuis visa est: ergo modo lauia fulua Hippomenes in leonem, & Atalenta in leænam.
Colla iubæ velant: digiti curuantur in vngues:
Ex humeris armi fiunt: in pectora totum
Pondus abit: summæ cauda verruntur arenæ.
Iram vultus habet: pro verbis murmura reddunt:
Prothalamis celebrant syluas: aliisq; timendis
Dente premunt domito Cybeleïa frana leone. Alludit ad Coronam Cybeles.
Hos tu chare mihi, cumq; his genus omne ferarũ,
Quod non terga fugæ, sed pugnæ pectora præbet,
Effuge, ne virtus tua sit damnosa duobus.

SAB. IN FAB. XI.

ATalãtę pernicitas aureis malis eluſa & ſuperata, facetè referri poterit ad mobilitatem ſeu inconſtantiã animi: ad hanc enim vincendã nihil eſt auro efficacius. Magnus eſt autem iſtorũ pomorũ vſus hodie in negotijs non ſolum amatorijs, ſed etiã bellicis. Omnis enim ſpes victoriæ in illis præcipuè conſiſtit: neque vlla eſt belli celeritas tanta, quę non poſſit illis proiectis vinci. Proinde reges ac principes inter ſe bello certantes, illis potius, quàm ferreis globis nũc cõtendunt. Exẽplum verò Hippomenis docet, ne ſimus ingrati pro beneficijs, præſertim diuinis. Deus enim maximè offenditur ingratitudine, ac punit ſuorũ beneficiorum immemores. Deinde & veriſſimum eſt, quod Xenophon ait: ingratitudinẽ ſequi impudentiã, & impudentiã eſſe ducem ad omnẽ turpitudinẽ. Ergo & Hippomenes, cùm eſſet ingratiſſimus, tandẽ factus eſt adeò impudens & impudicus, vt ne in locis quidẽ ſacris effrenatam libidinẽ ſuam cohibere poſſet. Poſtremò, quia homines venereo impetu fiunt immanes, rectè etiam finguntur Hippomenes & Atalanta tranſire in leones, quibus nullum genus ferarum eſt truculentius.

Auro ad vincendum nihil efficacius.

Ingratitudo Deo exoſa.

Ingratitudinem ſequitur impudẽtia & immanitas.

FABVLA XII. ET XIII.

De Adoni in Anemonẽ, & Menthe nympha in menthã herbã.

ILla quidem monuit, iunctiſq; per aëra cygnis
Carpit iter: ſed ſtat monitis contraria virtus.

Fortè

Fortè ſuem latebris veſtigia certa ſecuti
Exciuêre canes, ſyluiſq́ exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cinyreïus ictu.
Protinus excuſſit pando venabula roſtro
Sanguine tincta ſuo, trepidumq́, & tuta petentem
Trux aper inſequitur, totoſq́ ſub inguine dentes
Abdidit, & fulua moribundum ſtrauit arena.
Vecta leui curru, medias Cytherea per auras
Cypron olorinis nondum peruenerat alis.*
Agnouit longè gemitum morientis, & albas
Flexit aues illuc. Vtq́ æthere vidit ab alto,
Exanimem, inq́ ſuo iactantem ſanguine corpus,
Deſilijt, pariterq́ ſinum, pariterq́ capillos
Rupit, & indignis percuſſit pectora palmis:
Queſtaq́ cum fatis, Et non tamen omnia veſtri
Iuris erunt, dixit: luctus monimenta manebunt
Semper Adoni mei: repetitaq́ mortis imago
Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.
At cruor in florem mutabitur. An tibi quondam
Fœmineos artus in olentes vertere menthas
Perſephone licuit? nobis Cinyreïus heros
Inuidiæ mutatus erit? ſic fata, cruorem
Nectare odorato ſparſit: qui tactus ab illo
Intumuit, ſicut fuluo perlucida cœlo*
Surgere bulla ſolet. nec plena longior hora
Facta mora eſt, cùm flos de ſanguine cõcolor ortus.
Qualem, quæ lento celant ſub cortice granum
Punica ferre ſolent, breuis eſt tamen vſus in illo.
Namq́ malè hærentem, & nimia leuitate caducũ
Excutiunt iidem, qui perflant omnia, venti.

Sues & Apri Veneri inuiſi, ob Adonis cædem.

* penetrauerat.

Menthe nympha in herbã.

* pluuio.

Adonis transformatio.

SAB. IN FAB. XII. ET XIII.

Venatio decet viros fortes non molles.

ADonidis casus docet venationem esse studium seu exercitium virorũ fortium, non mollium ac delicatorum, quales plerunque sunt amatores. Nec sine causa fingitur puer formosissimus mutari in Anemonen florem maximè caducum, nempe vt admoneamur, nihil esse minus diuturnum pulchritudine ac forma iuxta illud:

Forma bonũ fragile.

Forma bonũ fragile est, quãtumq; accedit ad annos
Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.

Adonis fabula ad Physiologiã relata.

Pontanus ad Physiologiam transfert fabulam, per Adonim intelligens solem, quo nihil formosius: per virilia, radios solares, quibus omnia humi nascentia generantur: per aprum signum Zodiaci capricornum: is enim radios solares amputat, vbi dies in bruma fiunt cõtractiores: per Venerem, ipsam tellurem, quæ solem amat, eoque carens squallet. Sic autem ait Pontanus primo de stellis:

Terra etenim solem queritur deserta cadentem
Inuidit quem tristis hyems, cui sæuior apri
Horret cana gelu facies, cui plurimus imber
Crine madet, geminos & cum male cõtudit armos,
Ac veluti virgo absenti cum sola marito
Suspirat sterilem lecto traducere vitam,
Illius expectans complexus anxia caros,
Cum grauidos aperit q; sinus & terra relaxat
Spiramenta, nouas veniat quo succus in herbas,
Diglomerat q; niues & grandine verberat auras.

Nam

Nam cum sol rebus præsit pater ipse creandis
Vt sese ad manes bruma sub frigore transfert,
Tum tellus vidua sulcos oblimat in aluo,
Et tandem complexa suum lætatur Adonim.

Porrò id hemistichion, *Cœlo præfertur Adonis*, vsurpari poterit loco prouerbij, vbi significabimus voluptatem anteferri pietati. Voluptatem pietati anteferre.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER XI.

FABVLA I.

De Orpheo à Bacchis discerpto, & de serpente in lapidem.

CArmine dum tali syluas, animósque ferarum
Threïcius vates, & saxa sequẽtia traxit:*
Ecce nurus Ciconum tecta lymphata ferinis
Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
Orphea percussis sociantem carmina neruis.

* ducit. Repentinus Baccharum in Orpheum impetus.

Conduplicatio indignationi conueniens.

E quibus vna, leues iactato crine per auras,
En, ait, en hic est nostri contemptor: & hastam
Vatis Apollinei vocalia misit in ora:
Quæ foliys præsuta, notam sine vulnere fecit.
Alterius telum lapis est: qui missus in ipso
Aëre, concentu victus vocisq́, lyræq́, est.
Ac veluti supplex pro tam furialibus ausis,
Ante pedes iacuit: sed enim temeraria crescunt
Bella, moduſq́, abijt, insanaq́, regnat Erinnys.
Cunctaq́, tela forent cantu mollita, sed ingens
Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu,

Orpheus discerpitur à Bacchis.

Tympanaq́, & plausus, & Bacchæi vlulatus
Obstrepuere sono citharæ. tum denique saxa
Non exauditi rubuerunt sanguine vatis.
Ac primum attonitas etiamnum voce canentis
Innumeras volucres, anguesq́, agmenq́, ferarum

* triumphi.

*Mænades Orpheititulum rapuere *theatri:*
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris,
Et coëunt, vt aues, si quando luce vagantem

Periphrasis amphitheatri.

Noctis auem cernunt: structoq́, vtrinq́, theatro
Vt matutina ceruus periturus arena
Præda canum est: vatẽq́, petunt, & fronde virentes
Conijciunt thyrsos, non hæc in munera factos.
Hæ glebas, illæ direptos arbore ramos,
Pars torquent silices; nec desint tela furori,
Fortè boues presso subigebant vomere terram,
Nec procul hinc multo fructum sudore parantes
Dura lacerto si fodiebant arua coloni;
Agmine qui viso fugiunt, operisq́, relinquunt
Arma sati: vacuoq́, iacent dispersa per agros

Sarcu-

Sarculaq́, rastriq́ graues, longiq́ ligones.
Quæ postquam rapuere feræ, cornuq́ minaces
Diuulsere boues, ad vatis fata recurrunt,
Tendentemq́ manus, atque illo tempore primùm
Irrita dicentem, nec quicquam voce mouentem
Sacrilegæ perimunt: perq́ os (pro Iupiter) illud Exclamatio, querimoniæ & commiserationis plena.
Auditum saxis, intellectumq́ ferarum
Sensibus, in ventos anima exhalata recessit.
Te mœstæ volucres Orpheũ, te turba ferarum,
Te rigidi silices, tua carmina sæpe secutæ Apostrophe ad Orpheum.
Fleuerunt syluæ: positis te frondibus arbos
Tonsa comas luxit, lacrymis quoq́ flumina dicunt
Increuisse suis: obscuraq́ carbasa pullo
Naiades, & Dryades, passoq́ habuere capillos.
Membra iacent diuersa locis: caput Hebre, lyrãq́ Lyra Orphei.
Excipis (& mirum) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis, respondent flebile * *ripæ.* *syluæ.
Iamq́ mare inuectæ flumen populare relinquunt:
Et Methymnæa potiuntur littore Lesbi.
Hic ferus exposito peregrinis anguis arenis
**Os petit, & sparsos stillanti rore capillos* *Obstitit.
Lambit, & hymniferos inhiat diuellere vultus.
Tandem Phœbus adest, morsuq́ inferre parãtem Serpens in lapidem.
Arcet, & in lapidem rictus serpentis apertos
Congelat, & patulos (vt erant) indurat hiatus.
Vmbra subit terras, & quæ loca viderat antè,
Cuncta recognoscit: quærensq́ per arua piorum
Inuenit Eurydicen, cupidisq́ amplectitur vlnis.
Hic modò coniunctis spatiantur passibus ambo.

Nunc præcedentem ſequitur, nunc præuius anteit,
Eurydicenq; ſuam iam tutò reſpicit Orpheus.

SAB. IN FAB. I.

Nihil ita implacabile ac mulier.

ORphei à mulieribus trucidati ac diſcerpti exemplum docet, nullas feras tam implacabiles ſe præſtare, quàm mulieres ira & odio incenſas. hæ nulla ſermonis ſuauitate leniuntur: neminem audiunt: nullis precibus exorantur: eſtque ita, quemadmodum apud Euripidem dicitur de malis mulieribus.

Intolerabilis marinarum vndarum æſtus eſt,
Intolerabiles torrentes, & ignis flamma feruida:
At nihil æquè intolerabile, ac mulier mala.

Caput Hebre, lyramq;, &c.

Orphea Lyra pro ſtudio poëtices.

Orphea Lyra ſignificat ſtudium Poëtices: id apud Lesbios floruit, Orpheo in Thracia extincto: atque ideo fingitur ea peruenisſe ex Thracia in Lesbum inſulã, ſicuti teſtis eſt Phanocles vetus Poëta, qui ait:

Ex eo cantus & dulcis citharista profecti
Hãc incolũt regionẽ, omniũ autẽ eſt hæc dulciſſima

Loquitur enim de Lesbo inſula & de Lyra Orphei iſtuc delata.

Neanthus dũ Orpheum in permulcẽdis feris imitatur à canibus dilaceratur.

Lucianus narrat de eadem Lyra rem memorabilem & riſu dignam. ſcribit Neanthum Pyttaci tyranni filium in Lesbo affectaſſe gloriam Orpheæ ſimilem: & furtim abſtuliſſe diuinam illam Lyram, in templo Apollinis ſuſpenſam, qua in permulcendis feris Orpheum imitare-

imitaretur: ſed hanc imitationem ei infœliciter eueniſſe. Noctu enim eum obambulãtem in ſuburbio, & imperitè canentem Lyra, exciuiſſe omnes canes, ijſque coeuntibus fuiſſe dilaceratum.

Arcet, & in lapidem rictus ſerpentis, &c.

Anguis in ſilicem mutatus, qui Orphei caput laceraſſe morſu, fuit Lesbius (vt opinor) obtrectator, qui mortuum inſectatus eſt. Tales enim ſunt & angue crudeliores, & duriores ſilice, qui famam bonorum hominum, præſertim mortuorum, lacerant. Obtrectatores ſimiles angui.

FABVLA II.
De Thraciæ mulieribus in arbores.

NOn impunè tamẽ ſcelus hoc ſinit eſſe Lyæus:
Amiſſoq́ dolens ſacrorum vate ſuorum, Thraciæ mulieres in arbores.
Protinus in ſyluis matres Ædonidas omnes,
Quæ vidêre nefas, torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos, in quantũ eſt quæq́ ſecuta,
Traxit, & in ſolidam detruſit acumine terram.
Vtq́ ſuum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
Crus vbi commiſit volucris, ſenſitq́ teneri,
Plangitur, ac trepidans aſtringit vincula motu: Pereutitur à ſeipſa.
Sic quæcunque ſolo defixa cohæſerat harum,
Externata fugam fruſtra tentabat. at illam
Lenta tenet radix, exultantemq́ coërcet.
Dũq́ vbi ſint digiti, dũ pes vbi, quærit, & vngues,
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras. Hyppallage.
Et conata femur mœrenti plangere dextra,

Robora perçussit, pectus quoque robora fiunt,
*Robora sunt humeri: * porrectaq; brachia veros*
Esse putes ramos, & non fallêre putando.

* longos quoque.

FABVLA III.

De tactis à Mida in aurum, & de aurea Pactoli fluminis arena.

NEc satis hoc Baccho est: ipsos quoque deserit agros,
*Cumq; choro meliore, sui * vineta Timoli,*
Pactolonq; petit: quamuis non aureus illo
Tempore, nec charis erat inuidiosus arenis.
Hunc assueta cohors Satyri, Bacchæq; frequentãt.
At Silenus abest. titubantem annisq;, meroq;
Ruricolæ cepêre Phrygès, vinctumq; coronis
Adregem duxêre Midam: cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Qui simul agnouit socium, comitemq; sacrorum:
Hospitis aduentu festum genialiter egit
Per bis quinque dies, & iunctas ordine noctes.
Et iam stellarum sublime coëgerat agmen
Lucifer vndecimus, Lydos cum lætus in agros
Rex venit, & iuueni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optanti, gratum, sed inutile, fecit
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Ille malè vsurus donis, ait, Effice, quicquid
Corpore contigero, fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis, nocituraq; munera soluit
Liber, & indoluit, quòd non meliora petisset.
Lætus abit, gaudetq; malo Berecynthius heros,
Pollicitiq; fidem tangendo singula tentat,

* pincta.

Huius rei meminit Iustinus lib. 11.

Temporis descriptio.

Midæ regis votum.

Midas Phrygius à Berecyntho oppido.

Vixq;

Vixq́ sibi credens, non alta fronde virentem
Ilice detraxit virgam: virga aurea facta est. Tacta à Mida in aurum.
Tollit humò saxum: saxum quoque palluit auro.
Contigit & glebam: contactu gleba potenti
Massa fit. arentes Cereris decerpsit aristas:
Aurea messis erat. demptum tenet arbore pomum,
Hesperides donasse putes. si postibus altis
Admouit digitos, postes radiare videntur.
Ille etiam liquidis palmas vbi lauerat vndis,
Vnda fluens palmis Danaën eludere possit.
Vix spes ipse suas animo capit. aurea fingens
Omnia gaudenti mensas posuêre ministri
Extructas dapibus. nec tostæ frugis egentes.
Tum verò, siue ille sua Cerealia dextra
Munera contigerat, Cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat,
Lamina fulua dapes, admoto dente, premebat. Bacchum per metonymiam pro vino.
Miscuerat puris autorem muneris vndis:
Fusile perrictus aurum fluitare videres.
Attonitus nouitate mali, diuesq́, miserq́,
Effugere optat opes, & quæ modò vouerat, odit.
Copia nulla famem releuat: sitis arida guttur
Vrit, & inuiso merito torquetur ab auro.* * meritus.
Ad cœlumq́ manus, & splendida brachia tollens,
Da veniam Lenæe pater: peccauimus, inquit:
Sed miserere precor, speciosoq́ eripe damno.
Mite Deûm numen Bacchus peccasse fatentem
Restituit, factiq́ fide data munera soluit.
Néue malè optato maneat circumlitus auro,
Vade ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem,

* vndis.

*Perq; iugum ripæ labentibus obuius * vlnis*
Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus:
Spumigeroq; tuum fonti, qua plurimus exit,
Subde caput, corpusq; simul, simul elue crimen.

Cur aureæ Pactoli fluminis arenæ.

Rex iussa succedit aquæ. vis aurea tinxit
Flumen, & humano de corpore cessit in amnem.
Nunc quoque iam veteris percepto semine venæ
Arua rigent, auro madidis pallentia glebis.

SAB. IN FAB. III.

Infinita auri cupiditas lõgè deterior paupertate.

MIdæ fabula docet infinitam cupiditatem auri longè deteriorem esse paupertate: idque significat Poëta cum inquit:

Copia nulla famem releuat, sitis ardua guttur
Vrit, & inuiso meritò torquetur ab auro.

Apud Plutarchum extat historia huic fabulæ propè similis, de Pythio principe auaro, qui inuentis auri fodinis, cum omnes ciues eruendo & conflando auro ita fatigaret, vt aliud nihil agere possent: multique ob laboris magnitudinem perirent: Vxor eius prudentia & probitate insignis, clam adhibitis auri fabris auream mensam, aureos panes & varia ciborum fercula ex auro fabrefieri curauit: quibus diligenter studioseque confectis, Pythio, qui dies aliquot ab vrbe abfuerat, domum reuertenti, & parari cœnam postulanti, mulier auream mẽsam afferri iussit, in qua nihil quidem quod edi posset appositum erat, sed omnia ex auro fabrefacta. At primo quidem aspectu gauisus

est

eſt Pythius mira arte conſpiciens ſingula elaborata: inde auri contemplatione iam abundè ſaciatus, ſibi cibum afferri præcepit: Verum vxor cuncta quæ poſtulaſſet, ex auro confecta iubebat apponi: cumque ille iracundia percitus eſurire ſe vociferaretur, neque ſe aurum id temporis amplius expoſcere: ibi illa: tu verò (inquit) nullius rei præter hanc habendæ facultatem præbes. Omnis enim ciuium cura, omniſque ars tuo iuſſu in parando auro verſatur, vt nemo iam agros colat, nemo hortos conſerat, dum in his fodiendis ac perquirendis, quæ minimè vſui eſſe poſſunt, tuo iuſſu omnes ſunt occupati, nec pauci etiam eiuſdē rei cauſa moriantur. Hac oratione non mediocriter commotus Pythius, auarum ſuum animum commutauit: & quintam duntaxat ciuium partem in opere continuit: ceteros tum agriculturæ, tum alijs artibus operam dare iuſſit. Hæc Plutarchus in lib. de claris mulieribus.

Salamon & Vbaldus Feretrius ſapientiam diuitijs prætulerunt.

Cæterum Midæ diſſimillimus fuit rex Salomon, qui delata ſibi optione, non immenſas opes nec totius orbis imperium, ſed ſapientiam elegit. Diſſimillimus item fuit Vbaldus Feretrius Vrbini Dux, qui ſe ſapientia commutaturum (ſi fieri poſſet) omnes ſuas fortunas teſtatus eſt, cùm dixit, ſe ad paupertatem deuenturum, ſi ſapientia veneat. Vt igitur huius Principis & Salomonis votum ab omni-

* vndis.

*Perq; iugum ripæ labentibus obuius * vlnis*
Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus:
Spumigeroq; tuum fonti, qua plurimus exit,
Subde caput, corpusq; simul, simul eluе crimen.

Cur aureæ Pactoli fluminis arenæ.

Rex iussa succedit aquæ. vis aurea tinxit
Flumen, & humano de corpore cessit in amnem.
Nunc quoque iam veteris percepto semine venæ
Arua rigent, auro madidis pallentia glebis.

SAB. IN FAB. III.

Infinita auri cupiditas lõgè deterior paupertate.

MIdæ fabula docet infinitam cupiditatem auri longè deteriorem esse paupertate: idque significat Poëta cum inquit:

Copia nulla famem releuat, sitis ardua guttur
Vrit, & inuiso meritò torquetur ab auro.

Apud Plutarchum extat historia huic fabulæ propè similis, de Pythio principe auaro, qui inuentis auri fodinis, cum omnes ciues eruendo & conflando auro ita fatigaret, vt aliud nihil agere possent: multique ob laboris magnitudinem perirent: Vxor eius prudentia & probitate insignis, clam adhibitis auri fabris auream mensam, aureos panes & varia ciborum fercula ex auro fabrefieri curauit: quibus diligenter studioseque confectis, Pythio, qui dies aliquot ab vrbe abfuerat, domum reuertenti, & parari cœnam postulanti, mulier auream mẽsam afferri iussit, in qua nihil quidem quod edi posset appositum erat, sed omnia ex auro fabrefacta. At primo quidem aspectu gauisus

est

eſt Pythius mira arte conſpiciens ſingula elaborata: inde auri contemplatione iam abundè ſaciatus, ſibi cibum afferri præcepit: Verum vxor cuncta quæ poſtulaſſet, ex auro confecta iubebat apponi: cumque ille iracundia percitus eſurire ſe vociferaretur, neque ſe aurum id temporis amplius expoſcere: ibi illa: tu verò (inquit) nullius rei præter hanc habendæ facultatem præbes. Omnis enim ciuium cura, omniſque ars tuo iuſſu in parando auro verſatur, vt nemo iam agros colat, nemo hortos conſerat, dum in his fodiendis ac perquirendis, quæ minimè vſui eſſe poſſunt, tuo iuſſu omnes ſunt occupati, nec pauci etiam eiuſdē rei cauſa moriantur. Hac oratione non mediocriter commotus Pythius, auarum ſuum animum commutauit: & quintam duntaxat ciuium partem in opere continuit: ceteros tum agriculturæ, tum alijs artibus operam dare iuſſit. Hæc Plutarchus in lib. de claris mulieribus.

Salamon & Vbaldus Feretrius ſapientiam diuitijs prætulerunt.

Cæterum Midæ diſſimillimus fuit rex Salomon, qui delata ſibi optione, non immenſas opes nec totius orbis imperium, ſed ſapientiam elegit. Diſſimillimus item fuit Vbaldus Feretrius Vrbini Dux, qui ſe ſapientia commutaturum (ſi fieri poſſet) omnes ſuas fortunas teſtatus eſt, cùm dixit, ſe ad paupertatem deuenturum, ſi ſapientia veneat. Vt igitur huius Principis & Salomonis votum ab omni-

bus laudatur, ita econtra vituperatur cupiditas auri, quam Midas habuit.

FABVLA IIII.
De Midæ auribus in asininas.

Ille perosus opes, syluas & rura colebat.
Panaq; montanis habitantem semper in antris.
Pingue sed ingenium mansit: nociturag;, vt antè,
Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis.
Nam freta prospiciens latè riget arduus alta
Tmolus in ascensu, cliuoq; extensus vtroq;
Sardibus hinc illinc, paruis finitur Hypæpis.
Pan ibi dum teneris iactat sua carmina Nymphis,
Et leue cerata modulatur arundine carmen,
Ausus Apollineos præ se contemnere cantus,
Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte suo senior iudex consedit, & aures
Liberat arboribus. Quercu coma cærula tantùm
Cingitur, & pendent circum caua tempora glãdes.
Isq; Deum pecoris spectans, In iudice, dixit,
Nulla mora est, calamis agrestibus insonat ille:
Barbaricoq; Midan (aderat nam fortè canenti)
Carmine delinijt. post hunc sacer ora retorsit. *resoluit*
Tmolus ad os Phœbi: vultum sua sylua secuta est.
Ille caput flauum lauro Parnasside vinctus,
Verrit humum Tyrio saturata murice Palla:
Distinctamq; lyram gemmis, & dentibus Indis
Sustinet à læua: tenuit manus altera plectrum.
Artificis status ipse fuit. tum stamina docto
Pollice sollicitat: quorum dulcedine captus

Hypæpa vrbs Lydiæ, vt supra in Arachne.

Pan Apollinẽ in certamen vocat.

Pana iubet Tmolus citharæ ſummittere cannas.
Iudicium, ſanctiq; placet ſententia montis
Omnibus: arguitur tamen, atq; iniuſta vocatur
Vnius ſermone Midæ. nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram:
Sed trahit in ſpatium, villiſq; albentibus implet,
Inſtabileſq; illas facit, & dat poſſe moueri.
Cætera ſunt hominis: partem damnatur in vnam: Midæ aures in aſininas.
Induiturq; aures lentè gradientis aſelli.

SAB. IN FAB. IIII.

QVoniam pleriq; regum ac principum ſunt aut prorſus illiterati aut indoctiores, quàm vt de muſica, hoc eſt, de literis & honeſtis artibus rectè iudicare poſſint (nam in aulis, vt videmus plerumq; ſemiliterati doctiſſimis præferuntur) ideò Poëtæ finxerunt Midam quoque admirari agreſtiorem muſicam: nec fauere Apollini. tales enim Midæ rarò fauent ſtudijs, quibus ipſi non ſunt exculti: ac melius dijudicare poſſunt vt clangat tuba, quàm vt numerus in oratione vel in verſu aptè cadat. Antæus Scytharum rex fertur dictitaſſe, ſe magis delectari hinnitu equorum, quam cantu & ſymphonia. Huius aures à Muſis tam alienas, & abhorrentes, quis non aſininas dixerit? Ergo non dubium eſt hanc fabulam eſſe confictam in principes auaros & indoctos, quibus pluris eſt aurum, quàm ſapientia: infantia quàm eloquentia: barbaries, In aulis principum ſemiliterati doctiſſimis præferuntur.

quàm eruditio. neque aliud ſunt aures aſininæ, quæ Midæ affinguntur, niſi aures inerditæ: tametſi earundem allegoria poſſit etiam ad alia referri.

Aures aſini pro delatoribus & exploratoribus.

Iuſtinus refert ad delatores & exploratores, quorum ſunt multi in aulis regum: ſic enim ſcribit: ſunt quibus placet hac allegoria ſignificatum Midam vtpote tyrannum coryceos & ſubauſcultatores dimittere ſolitũ, per quos quæcunq; per omnem regionem vel fierent vel dicerentur, cognoſceret: nimirum illis vtens aurium vice. Proinde cum vulgus admiraretur ab illo reſciri etiam ea quæ clam ac procul fierent, occaſionem fabulæ dederunt, vt Midas diceretur auriculas aſini habere, vel quod nullum animal excepto mure acutius audiat quam aſinus.

Alij fabulam exponunt de loco: & aiunt Midam habuiſſe oppidum cui nomen aſini aures, & ideò incidiſſe in fabulam, quòd haberet aſini aures.

FABVLA V.
De Cannis vocalibus.

Ille quidem celare cupit, turpiq; pudore
Tempora purpureis tentat velare tiaris:
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos,
Viderat hoc famulus: qui cùm nec prodere viſum
Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras,
Nec poſſet reticere tamen: ſecedit, humumq;
Effodit,

Effodit, & domini qualis conſpexerit aures,
Voce refert parua, terraq; immurmurat hauſta,
Indiciumq; ſuæ vocis tellure regeſta
Obruit, & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus Cannę vocales.
Cœpit, & vt primùm pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam. leni nam motus ab auſtro
Obruta verba refert, dominiq; coarguit aures.

SAB. IN FAB. V.

REgum ac principum vitia teguntur tiara, hoc eſt, dignitate, qua ipſi ſunt ornati: eo enim tegmine reges ac principes ſuam deformitatem occultant, neue manifeſta fiant eorum vitia, obruuntur illa quidem ſcrobibus, ſed ad tempus, donec è ſcrobibus enaſcantur cannæ ſeu arundines vocales, hoc eſt, donec ipſis ſepultis exiſtant ſcriptores, qui poſteris prodant turpia illorum facta. vocales enim arundines nihil aliud ſignificant, niſi ſcriptorum calamos, qui literarum monimenta conficiunt. Hi enim calami vocem edunt, hi loquuntur, hi efferunt arcana ſcrobibus obruta. Regum vitia tiara teguntur donec ipſis ſepultis exiſtunt ſcriptores qui ea detegunt.

FABVLA VI.

De Apolline & Neptuno in homines, & de Laomedontis perfidia.

VLtus abit Tmolo, liquidumq; per aëra vectus
Auguſtum citra Pontũ Nepheleïdos Helles
Laomedonteis Latoïus aſtitit armis.
Dextera Sigæi, Rhœtëi læua profundi

Vel quòd omnium voces exaudiat, vel quòd omnium voce colatur.
*rectore.

*Ara *Panomphæo vetus est sacrata Tonanti.*
Inde nouæ primùm moliri mœnia Troiæ
Laomedonta videt, susceptaq; magna labore
Crescere difficili, nec opes exposcere paruas.
Cumq; Tridentigero tumidi genitore profundi*
Mortalem induitur formam, Phrygiæq; tyranno
Ædificat muros, pacto pro mœnibus auro.
Stabat opus: pretium rex inficiatur, & addit
Perfidiæ cumulum falsis periuria verbis.
Non impunè feres rector maris, inquit: & omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ.
Inq; freti formam terras conuertit, opesq;
Abstulit agricolis, & fluctibus obruit agros.
Pœna neq; hæc satis est: regis quoq; filia monstro
Poscitur æquoreo: quam dura ad saxa reuinctam
Vindicat Alcides, promissaq; munera dictos
Poscit equos: tantiq; operis mercede negata,
*Bis *periura capit superatæ mœnia Troiæ.*
Nec pars militiæ Telamon sine honore recessit.
*Hesioneq; data potitur. nam coniuge *Peleus,*
*Clarus erat *Diua: nec aui magis ille superbit*
Nomine, quàm soceri: siquidem Iouis esse nepotem
Contigit haud vni, coniux Dea contigit vni.

Apollo & Neptunus in homines.
* peritura.
*Telamonis frater.
*Thetide.

SAB. IN FAB. VI.

Resp. numine diuino constituuntur.

MAgna respublica non tam hominum opera & industria, quam numine diuino constituitur. in Repub. verò benè constituta inprimis contractuum & rerum pactarum fides præstanda est: quorum vtrunque vt Poëtæ signifi-

In Rep. rerum pactarum fides præstãda.

significarent, finxerunt deos ad ædificandam vrbem Troianorum accessisse vt architectos. Deinde eosdem propter neglectam fidem iurisque iurandi religionem, Troianis maximam calamitatem attulisse. nam perfidiosi ac periuri nunquàm manent impuniti. Extat etiã apud Bocatium non inuenusta huius fabulæ expositio, ad historiam accommodata. Refert enim Bocatius Laomedonta in ædificandis muris adiutum esse auro è templo Apollinis & Neptuni ablato. Deinde secuta inundatione causam publicæ calamitatis in illũ collatam esse. Similis fabula posset confingi de quibusdam Germaniæ ciuitatibus, quòd videlicet in extruendis mœnibus opera mortuorum sint adiuti: quia in multis locis Germaniæ, hoc tempore muri construuntur monimentis sepulcrorum è cœmiterijs ablatis.

Pœna perfidiæ & periurij.

FABVLA VII.
De Thetidi in varias figuras.

Namq; senex Thetidi Proteus prædixerat vdæ*
Concipe, mater eris iuuenis, qui fortib. armis
Acta patris vincet, maiorq; vocabitur illo.
Ergo ne quicquam mundus Ioue maius haberet,
Quamuis haud tepidos sub pectore senserat ignes,
Iupiter æquoreæ Thetidis connubia vitat,
Inq; sua Æacidem succedere vota nepotem*
Iussit, & amplexus in virginis ire marinæ.
Est sinus Hæmoniæ, curuos falcatus in arcus,

* Dea dixerat vndæ.

* Peleum.

Topographia.

Brachia procurrunt: vbi si foret altior vnda,
Portus erat: summis inductum est æquor arenis.
Littus habet solidum, quod nec vestigia seruet,
Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga.
Myrtea sylua, subest bicoloribus obsita baccis,
Et specus in medio natura factus, an arte
Ambiguum, magis arte tamen: quò sæpe venire
Frænato delphine sedens Theti nuda solebas.
Illic te Peleus, vt somno victa iacebas,
Occupat, & quoniam precibus tentata repugnas,
Thetis in varias figuras. *Vim parat, innectens ambobus colla lacertis.*
Quòd nisi venisses variatis sæpe figuris
Ad solitas artes, auso foret ille *potitus.*
Sed modò tu volucris: volucrem tamẽ ille tenebat:
Nunc grauis arbor eras: hærebat in arbore Peleus,
Tertia forma fuit maculosa tigridis: illa
Territus Æacides à corpore brachia soluit.
Isq; Deos pelagi vino super æquor a fuso,
Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat:
*Protheus. *Donec* Carpathius medio de gurgite vates,*
Æacide, dixit, thalamis potiere petitis:
Tu modò, cùm gelido sopita quiescit in antro,
Ignaram laquijs, vinclo q; innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras: (met.
forma repre sentet. *Sed preme quicquid erit, dũ, quod fuit antè, refor-*
Dixerat hæc Proteus, & condidit æquore vultum,
Admisit q; suos in verba nouissima fluctus,
Atlanticum mare, in quod condi videtur. *Pronus erat Titan, inclinato q; petebat*
Hesperium temone fretum, cum pulchra relicto
Nereïs ingreditur consueta cubilia fluctu.
ponto.

Vix

Vix bene virgineos Peleus innaſerat artus,
Illa nouat formas: donec ſua membra teneri
Senſit, & in partes diuerſas brachia tendit.
Tũ demũ ingemuit: Neq; ait, ſine numine vincis.
Exhibita eſtq; Thetis. confeſſã amplectitur heros,
Et potitur votis, ingentiq; implet Achille. Peleus.

SAB. IN FAB. VII.

CErtum eſt matrem Achillis fuiſſe præſtantem fœminam & maritimarum vrbium vel inſularum dominam, hancque ob cauſam fingi deam marinam. Quantum verò ex fabula intelligitur, non facile perſuaderi potuit, vt Peleo regi Theſſaliæ nuberet. Itaque formæ in quas ſe mutauit, ſignificant quandam animi varietatem qua nuptias illius recuſauit. Euripides in Iphigenia ſcribit inſignia Achillis fuiſſe aureas Nereidas: ac fieri poteſt, vt propterea eius mater dicta & habita ſit vna ex Nereidibus. Mater Achillis qualis, & cur habita ſit Dea marina.

FABVLA VIII.

De Chione ab Apolline & Mercurio compreſſa & de Dædalone in accipitrem.

FElix & nato, felix & coniuge Peleus,
Et cui, ſi demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant. fraterno ſanguine ſontem,
Expulſum q; domo patria Trachinia tellus
Accipit, hic regnum ſine vi, ſine cade regebat
Lucifero genitore ſatus, patriumq; nitorem
Ore ferens Ceyx, illo qui tempore mœſtus,

Dissimiliſq; ſui, fratrem lugebat ademptum.
Quo poſtquàm Æacides feſſus curaq;, viaq;,
Venit, & intrauit paucis comitantibus vrbem,
Quoſq; greges pecorũ, quæ ſecũ armẽta trahebat,
Haud procul à muris ſub opaca valle reliquit:
Copia cùm facta eſt adeundi tecta tyranni,
Velamenta manu prætendens ſupplice, qui ſit,
Quoq; ſatus memorat: tãtùm ſua crimina celat,
Mentiturq; fugæ cauſam: petit vrbe, vel agro
Se iuuet. Hunc contrà placido Trachinius ore
Talibus alloquitur, Mediæ quoque commoda plebi
Noſtra patẽt Peleu, nec inhoſpita regna tenemus.
Adijcis huic animo monimenta potentia, clarum
Nomen, auumq; Iouẽ: nec tẽpora perde precando.
* notato. *Quod petis omne feres: tuaq; hæc pro parte* voca-*
Qualiacunq; vides: vtinam meliora videres: (to,
Et flebat. Moueat tantos quæ cauſa dolores,
* Peleuſq;. ** Et Peleus comite eſq; rogant: quibus ille profatur,*
Forſitã hanc volucrẽ, rapto quæ viuit, & omnes
Terret aues, ſemper pennas habuiſſe putatis.
Vir fuit: & tanta eſt animi conſtantia, quantum
Acer erat, belloq; ferox, ad vimq; paratus;
Dædalion in accipitrem. *Nomine Dædalion, illo genitore creatus*
Luciferi periphraſis. *Qui vocat Auroram, cœloq; nouiſſimus exit.*
Culta mihi pax eſt, pacis mihi cura tuendæ
Coniugijq; fuit fratri fera bella placebant.
Illius virtus gentes, regeſq; ſubegit,
Quæ nunc Thisbaas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma
* procos habuit. *Mille * procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.*

Fortè

Fortè reuertentes Phœbus, Maiaq; creatus,
Ille ſuis Delphis, hic vertice Cyllenæo,
Vidêre hanc pariter, pariter traxêre calorem.
Spem Veneris differt in tempora noctis Apollo.
Non fert ille moras, virgaq; mouente ſoporem
Virginis os tangit, tactu iacet illa potenti,
Vimq; Dei patitur. Nox cœlum ſparſerat aſtris:
Phœbus anum ſimulat, præreptaq; gaudia ſumit.
Vt ſua maturus compleuit tempora uenter,
Alipedis de ſtirpe Dei verſuta propago
Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus ad omne,
Qui facere aſſuêrat patriæ non degener artis
Candida de nigris, & de cadentibus atra.
Naſcitur è Phœbo (Namq; eſt enixa gemellos)
*Carmine vocali clarus, citharaq; *Philamon.*
Quid peperiſſe duos, & Dijs placuiſſe duobus,
Et forti genitore, & progenitore Tonante
Eſſe ſatam prodeſt? an obeſt quoq; gloria multis?
Obfuit huic certè, quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit, faciemq; Deæ culpauit at illi
Ira ferox mota eſt, Factiſq; placebimus, inquit.
Nec mora, curuauit cornu, neruoq; ſagittam
Impulit, & meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet, nec vox, tentataq; verba ſequũtur:
Conantemq; loqui, cum ſanguine vita reliquit.
*Quam miſer *amplexans ego tunc patrioq; dolorẽ*
Corde tuli, fratriq; pio ſolatia dixi.
Quæ pater haud aliter, quã cautes murmura Põti
Accipit & natam delamentatur ademptam.
Vt verò ardentem vidit, quater impetus illi

Mercurius & Phœbus vitiant Chionem

Mercurij talaria alata pedibus geſtantis. Autolycus fur maximus.

*Philemon. Chione Dædalionis F. Luciferi N. Iouis pronceptis.

Chione à Diana interfecta.

*(ô pietas) eſt que exclamatio affectui ſeruiens.

In medios fuit ire rogos: quater inde repulsus
Concita membra fugæ mandat, similiq; iuuenco
Spicula crabronum pressa ceruice gerenti,
*Qua via nulla *fuit, iam tum mihi currere visus* *ruit.
Plus homine est, alasq; pedes sumpsisse putares.
Effugit ergo omnes, veloxq; cupidine lethi
Vertice Parnassi potitur. Miseratus Apollo,
Cùm se Dedalion saxo misisset ab alto,
Fecit auem, & subitis pendentem sustulit alis,
Oraq; adunca dedit, curuos dedit vnguibus hamos,
Virtutem antiquam, maiores corpore vires.
Et nunc accipiter nulli satis æquus, in omnes
Sæuit aues: aliisq; dolens fit causa dolendi.

SAB. IN FAB. VIII.

Cur fures finguntur Mercurij filij.

AVtolicus homo dolosus & furax ideò fingitur Mercurij filius, quia Mercurius in genitura infeliciter positus, plerunque tales format mores. Eadem ratio est de Philammone Poëta Apollinis filio: Nam Sol ad honesta & liberalia studia excitat natos, in quorum genitura bono loco constitutus est. multi autem reperiuntur hoc tempore similes illius Autolyci,

Qui facere assuêrat, &c.

Furto nihil vsitatius in aulis & iudicijs forensibus.

Eo siquidem artificio nihil est vsitatius, præsertim in aulis & in iudicijs forensibus: quiq; id artificium optimè norunt, illi maximo in honore & precio habentur.

Cùm se Dedalion saxo, &c.

Deda-

Dedalionis in accipitrem fabula detestatur ferociam principum, qui pacis & quietis inimici, tanquam accipitres bello & cæde grassantur,

Dædalion imago ferocium principũ.

FABVLA. IX.
De Lupo in lapidem.

Quæ dum lucifero genitus, myracula narrat
De consorte suo, cursu festinus anhelo
Aduolat, armenti custos Phocæus Anetor,
Et Peleu, Peleu, magnæ tibi nuntius adsum
Cladis, ait, quodcunque ferat, iubet edere Peleus.
Pendet & ipse metu trepidus Trachinius heros.*
Ille refert: Fessos ad littora curua iuuencos
Appuleram, medio cùm Sol altissimus orbe
Tantum respiceret: quantum superesse videret:
Parsq; boum fuluis genua inclinârat arenis,
Latarumq; iacens campos spectabat aquarum.
Pars gradibus tardis illuc errabat, & illuc.
Nant alij, celsoq; extant super æquora collo.
Tẽpla mari subsunt, nec marmore clara, nec auro,*
Sed trabibus densis, lucoq; vmbrosa vetusto.
Nereîdes, Nereusq; tenent: hos nauita templi
Edidit esse Deos, dum retia littore siccat.
Iuncta palus huic est densis obsessa salictis,
Quam restagnantis fecit maris vnda paludem.
Inde fragore graui strepitus, loca proxima terret
Bellua vasta lupus, syluisq; palustribus exit,
*Oblitus & spumis, & crasso sanguine, *rictus*
Fulmineus, rubra suffusus lumina flamma.
Qui quanquàm sæuit passim rabieq;, fameq;,

Hypallage

* trepidi Trachinius oris.

Periphrasis meridiei.

* adiacent.

* rictu.

Lupi rabies.

Acrior est rabie. Neq; enim ieiunia curat
Cæde boum, diramq; famem finire: sed omne
Vulnerat armentum, sternit q; hostiliter omnes.
Pars quoq; de nobis funesto saucia morsu
Mugitu boum repletæ. *Dum defensamus, letho est data. sanguine littus,*
Vndaq; prima rubet, demugit & q; paludes.
Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit.
Anadiplosis exhortationi accommodata. *Dum superest aliquid, cuncti coeamus ad arma,*
Arma capessamus, coniunctaq; tela feramus.
Dixerat agrestis: nec Pelea damna mouebant:
Sed memor admissi Nereïda colligit orbam
Damna suo inferias extincto mittere Phoco.
Induere arma viros, violentaq; sumere tela
Rex iubet Oetæus: cum queis simul ipse parabat
Ire: sed Alcyone coniux excita tumultu
* tortos. *Prosilit, & nondum *totos ornata capillos,*
* infusa. *Disycit hos ipsos, collo q; *infixa mariti,*
Mittat vt auxilium sine se, verbisq; precatur,
Et lachrymis, animas q; duas vt seruet in vna.
Æacides illi, pulchros Regina, pios q;
Pone metus: plena est promissi gratia vestri.
Non placet arma mihi cõtra noua mõstra mouere:
Topographia * loci, & magis placet. *Numen adorandum pelagi est. Erat ardua turris,*
*Arce *locus summa, fessis loca grata carinis,*
Ascendunt illuc, stratos q; in littore tauros
Cum gemitu aspiciunt, vastatorem q; cruento
Ore ferum, longos infectum sanguine villos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti,
Cæruleam Peleus Psamathen, vt finiat iram,
Orat, opem q; ferat: nec vocibus illa rogantis

Flecti-

Flectitur Æacidæ. Thetis hãc pro cõiuge ſupplex
Accepit veniam. Sed enim irreuocatus ab acri
Cæde, lupus perſtat dulcedine ſanguinis aſper:
Donec inhærentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore mutauit corpus, praterq; colorem,
** Omnia ſeruauit: lapidis color indicat illum*
Iam non eſſe lupum, iam non debere timeri.
Nec tamen hac profugum conſiſtere Pelea terra
Fata ſinunt: Magnetas adit vagus exul, & illic
Sumit ob Æmonio purgamina cædis Acaſto.

Lupus in lapidem.

* Nomina.

SAB. IN FAB. IX.

LVpus hic fuit Pelei hoſtis, qui ad vlciſcẽdam Phoci necem incubuit, & illum exulem perſecutus eſt, multiſque damnis affecit: Strages verò diuinitus per hunc facta, docet Deum & eſſe humani ſanguinis vindicem & homicidis iraſci, eoſque odiſſe ac grauiter punire, id quod agnoſcit ipſe cum.

-tendens manus in aperti littora Ponti.

Magnetas adit vagus exul, &c.

Deus humani ſanguinis vindex.

Homicidæ olim erant cunctis inuiſi, adeò, vt ſi quis vel imprudens aliquem interfeciſſet, exilio mulctaretur, atq; à ciuili excõmunicaretur conſortio. Erat tamen cædes per imprudentiam facta expiabilis. Quibus vero ritibus & cæremonijs expiatio fieri ſolita ſit, intelligi poteſt ex libro ſecundo Herodoti, vbi Adraſtus à Crœſo expiatur: ſeruantur & hodie in Eccleſia certæ expiationis ceremoniæ.

Homicidij per imprudentiam facti pæna & expiatio.

FABVLA X.

De Ceyce & halcyone in halcedones.

Ceyx it consultum Apollinem.

* secutus.

Ad oracula Clarij Apollinis

Apostrophe ad Alcionem

*INtereà fratriſq́ ſui fratremq́ *ſecutis*
Anxia prodigijs turbatus pectora Ceyx
Conſulat vt ſacras hominum oblectamina ſortes:
Ad Clarium parat ire Deum, nam tẽpla profanus
Inuia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas.
Conſilij tamen ante ſui fidiſſima certam
Te facit Alcyone: cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt, buxoq́ ſimillimus ora
Pallor obit, lachrymiſq́ genæ maduere profuſis.
Ter conata loqui, ter fletibus ora rigauit:
Singultuq́ pias interrumpente querelas,
Quæ mea culpa, tuam, dixit, chariſſime mentem
Vertit? vbi eſt, quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes Alcyone ſecurus abeſſe relicta?
Iam via longa placet? iam ſum tibi charior abſens?
At puto per terras iter eſt, tantumq́ dolebo,
Non etiam metuam, curæq́ timore carebunt?
Æquora me terrent, & Ponti triſtis imago.
Et laceras nuper tabulas in littore vidi:
Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.
Néue tuum fallax animum fiducia tangat,
Quòd ſocer Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes

AEolus Hippotæ Troiani filius.

Contineat ventos, & cùm velit æquora placet:
Cùm ſemel emiſſi tenuerunt æquora venti,
Nil illis vetitum eſt: incommendataq́ tellus

Fulmina ex nubium concurſu generari ſcribunt Phyſici.

Omnis, & omne freti eſt: cœli quoq́ nubila vexãt,
Excutiunt q́ feris rutilos concurſibus ignes.
Quòmagis hos noui (nam noui, & ſæpe paterna

Parua

Parua domo vidi) magis hos reor esse timendos.
Quòd tua si flecti precibus sententia nullis
Chare potest coniux, nimiumq́ es certus eundi,
Me quoque tolle simul: certè iactabimur vnà:
Nec, nisi qua patiar, metuam, pariterq́ feremus
Quicquid erit, pariter super æquora lata feremur.
Talibus Æolidis dictis lachrymisq́ mouetur Alcyones AEoli filia.
Sydereus coniux. nec enim minor ignis in ipso est.
Sed neque propositos pelagi dimittere cursus,
Nec vult Alcyonen in partem adhibere pericli:
Multaq́ respondit timidum solantia pectus.
Non tamen idcirco causam probat. addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem:
Longa quidem est nobis omnis mora: sed tibi iuro
Per patrios ignes (si me modo fata remittant)
Antè reuersurum, quàm Luna bis impleat orbem. Ceycis nauigatio ad Clarium oraculum.
His vbi promissis spes est admota recursus,
Protinus eductam naualibus æquore tingi,
Aptariq́ suis pinum iubet armamentis.
Qua rursus visa veluti præsaga futuri
Horruit Alcyone lacrymasq́ emisit obortas,
Amplexusq́ dedit, tristiq́ miserrima tandem
Ore, vale, dixit, collapsaq́ corpore toto est.
At iuuenes, quærente moras Ceyce, reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos, Remigantiũ hypotyposis.
Æqualiq́ ictu scindunt freta. sustulit illa
Humentes oculos, stantemq́ in puppe recurua
Concussaq́ manu dantem sibi signa maritum
Prima videt, redditq́ notas. vbi terra recessit
Longius, atque oculi nequeunt cognoscere vultus.

Nauem ex pinu arbore factam.

Dum licet, insequitur fugientem lumine pinum.
Hæc quoq; vt haud poterat spatio summota videri,
Vela tamen spectat summo fluitantia malo.
Vt nec vela videt, vacuum petit anxia lectum,
Seque toro ponit: renouat lectusq; locusq;
Alcyones lacrymas, & quæ pars admonet absit.
Portubus exierant, & mouerat aura rudentes:
Obuertit lateri pendentes nauita remos,
Cornuaq; in summa locat arbore, totaq; malo
Carbasa deducit, venientes excipit auras.
Aut minus, aut certè medium non amplius æquor
Puppe secabatur, longeq; erat vtraq; tellus,
Cùm mare sub noctem tumidis albescere cœpit
Fluctibus, & præceps spirare valentius Eurus.
Ardua iamdudum demittite cornua, rector
Clamat, & antennis totum subnectite velum.
Hîc iubet: impediunt aduersa iussa procellæ:
Nec sinit audiri vocem fragor æquoris vllam.
Sponte tamen properant, alij subducere remos,
Pars munire latus, pars ventis vela negare.
Egerit hic fluctus, æquor q; refundit in æquor.
Hîc rapit antennas: quæ dum sine lege geruntur,
Aspera crescit hyems, omniq; à parte feroces
Bella gerunt venti, fretaq; indignantia miscent.
Ipse pauet, nec se, quis sis status, ipse fatetur
Scire ratis rector, nec quid iubeatue, velitue.
Tanta mali moles, tantoq; potentior arte est.
Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes,
Vndarum incursu grauis vnda, tonitribus æther.
Fluctibus erigitur, cœlumq; æquare videtur
Pontus,

* sentit.

Signum maximæ tempestatis futuræ.

* subducite.

Tempestatis elegans descriptio.

Epiphonema, quo tempestatis vis declaratur.

Pontus, & inductas aſpergine tangere nubes:
Et modò, cum fluuas ex imo vertit arenas,
Concolor eſt illis, Stygia modò nigrior vnda:
Sternitur interdum, ſpumiſq; ſonantibus albet.
Ipſa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis.
Et nunc ſublimis veluti de vertice montis
Deſpicere in valles, imumq; Acheronta videtur.
Nunc vbi demiſſam curuum circumſtetit æquor,
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cœlum. Synecdoche poëtica.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec leuius pulſata ſonat, quàm ferreus olim
Cùm lacer as aries, baliſtáue concutit arces.
Vtq; ſolent, ſumptis in curſu viribus, ire
Pectore in arma feri, potentaq; tela leones:
Sic vbi ſe ventis commiſerat vnda coortis,
Ibat in arma ratis, multoq; erat altior illis.
Iamq; labant cunei, ſpoliataq; tegmine cera
Rima patet, præbetq; viam lethalibus vndis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres:
Inq; fretum credas totum deſcendere cœlum,
Inq; plagas cœli tumefactum ſcandere pontum.
Vela madent nimbis, & cum cœleſtibus vndis
Æquoreæ miſcentur aquæ. caret ignibus æther,
Cæcaq; nox premitur tenebris hyemiſq;, ſuiſq;.
Diſcutiunt tamen has, præbentq; micantia lumen *minantia.
Fulmina: fulmineis ardeſcunt ignibus vndæ.
Dat quoque iam ſaltus intra caua tecta carinæ
Fluctus: & vt miles numero præſtantior omni
Cùm ſæpe aſſiliit defenſæ mœnibus vrbis, *aſſiluit ex Priſciani teſtim. lib. 10.
Spe potitur tandem, laudiſq; accenſus amore

Inter mille viros murum tamen occupat vnus:
Sic vbi pulsarum celsi latera ardua fluctus,
Decimæ, id est, maximæ, Nam decima quæque vnda fieri maxima dicitur. Vide Pol. in misc.
Vastiùs insurgens decimæ ruit impetus vndæ:
Nec prius absistit fessam oppugnare carinam,
Quàm velut in captæ descendat mœnia nauis.
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum,
Pars maris intus erat. Trepidãt haud segnius oẽs,
Quàm solet vrbs, alijs murum fodientibus extrà,
Atque alijs murum, trepidare, tenentibus intus.
Deficit ars, animiq; cadunt: totidemq; videntur,
Quot veniũt fluctus, ruere atque irrũpere mortes.
Nõ tenet hic lacrymas: stupet hic: vocat ille beatos
Funera quos maneant: hic votis numen adorat,
Brachiaq; ad cœlum, quod non videt, irrita tollens
* fraterque. *Poscit opem: subeunt illi * materq; parensq;,*
Huic cũ pignoribus domus, & quod cuiq; relictum
Alcyone Ceyca mouet: Ceycis in ore (est.
Nulla nisi Alcyone est: & cùm desideret vnam,
Gaudet abesse tamen, patriæ quoque vellet ad oras
Respicere, inq; domum supremos vertere vultus:
Acclamatio. *Verùm vbi sit nescit: tanta vertigine pontus*
Feruet, & inducta piceis è nubibus vmbra
Omne latet cœlum, duplicataq; noctis imago est.
Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor,
* superbit. *Frangitur & regimen: spoliisq; animosa * superstes*
Vnda velut victrix, sinuataq; despicit vndas:
Nec leuius, quàm si quis Athon, Pindũq; reuulsos
Sede sua totos in apertum verteret æquor;
Naufragium Ceycis. *Præcipitata cadit: pariterq; & pondere, & ictu,*
Mergit in ima ratẽ: cum qua pars magna virorũ

Gurgite

Gurgite pressa graui, neque in aëra reddita, fato
Functa suo est. alij partes & membra carinæ
Trunca tenẽt, tenet ipse manu, qua sceptra solebat,
Fragmina nauigij Ceyx: socerumq; patremq;
Inuocat (heu) frustra: sed plurima nantis in ore
Alcyone coniux: illam meminitq;, refertq;:
Illius ante oculos, vt agant sua corpora fluctus
Optat, & exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat, absentem, quoties sinit hiscere fluctus,
Nominat Alcyonem, ipsisq; immurmurat vndis.
Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta mersum caput obruit vnda.
Lucifer obscurus, nec quem cognoscere posses,
Illa nocte fuit: quoniamq; excedere cœlo
Non licuit, densis texit sua nubibus ora.
Æolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes: & iam quas induat ille
Festinat vestes: iam quas, vbi venerit ille
Ipsa gerat: reditusq; sibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat: Alcyones vota pro Ceyce.
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat,
Proq; viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.
Vtq; foret sospes coniux suus, vtq; rediret
Optabat, nullamq; sibi præferret. at illi
Hoc de tot votis poterat contingere solum.
At Dea non vltrà profuncto morte rogari
Sustinet: vtq; manus funestas arceat aris,
Iri meæ, dixit, fidissima nuntia vocis,
Vise soporiferam Somni velociter aulam,
Extinctiq; iube Ceycis imagine mittat

Somnia ad Alcyonem veros narrantia casus.
Dixerat: induitur velamina mille colorum
Iris. *Iris, & aquato cœlum curuamine signans*
Tecta petit iussi sub nube latentia regis.
Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Somni eiusq; regiæ descriptio, de qua Hesiodus in Theogo. *Mons cauus, ignaui domus & penetralia Somni:*
Quo nunquàm radijs oriens, mediúsue cadénsue
Phœbus adire potest. nebulæ caligine mistæ
Galli periphrasis. *Exhalantur humo, dubiæq; crepuscula lucis.*
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Euocat Auroram, nec voce silentia rumpunt
Ob defensum Capitolium. Liuius.lib.5. *Sollicitiue canes, canibusq; sagacior anser.*
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæue sonum reddunt conuitia linguæ.
Muta quies habitat. saxo tamen exit ab imo
Riuus æque Lethes: per quẽ cum murmure labens
Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræq; herbæ, quarum de lacte soporem
Nox legit, & spargit per opacas humida terras.
Ianua ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota est, custos in limine nullus:
* In. Pullus namq; color somnũ allicit. * *At medio torus est hebeno sublimis in antro*
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus;
Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis.
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent totidem, quot messis aristas,
Sylua gerit frondes, eiectas littus arenas.
Quo simul intrauit, manibusq; obstantia virgo
Somnia dimouit, vestis fulgore reluxit

Sacra

Sacra domus, tardaq́ Deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens, iterumq́ iterumq́ relabens,
Summaq́ percutiens nutanti pectora mento,
Excussit tandem sibi se, cubitoq́ leuatus
Quid veniat (cognouit enim) scitatur. at illa, Prosopopeia.
Somne quies rerum, placidissime somne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Scitè, qui enim curis premuntur, dormire possunt.
Fessa ministerijs mulces, reparasq́ labori:
Somnia, quæ veras æquant imitamine formas,
Herculeam Trachina iube sub imagine regis
Alcyonen adeant, simulacraq́ naufraga fingant.
Imperat hoc Iuno. postquam mandata peregit,
Iris abit: neque enim vlterius tolerare soporis
Vim poterat: labiq́ vt somnum sensit in artus,
Effugit, & remeat, per quos modò venerat, arcus.
At pater è populo natorum mille suorum
Excitat artificem, simulatoremq́ figuræ
Morphea. non illo iussos solertius alter
Exprimit incessus, vultumq́, sonumq́ loquendi,
Adijcit & vestes, & consuetissima quæque
Verba. sed hic solos homines imitatur: at alter
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens,
Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat. est etiam diuersæ tertius artis
Phantasos. ille in humũ, saxumq́, vndãq́, trabẽq́
Quæque vacant animæ, fallaciter omnia transit.
Regibus hi ducibusq́ suos ostendere vultus
Nocte solent, populos alij, plebemq́ pererrant.
Præterit hos senior, cunctisq́ è fratribus vnum
Morphea, qui peragat Thaumãtidos edita, Sõnus

Eligit: & rursus molli languore solutus,
Deposuit q̃ caput, strato q̃ recondidit alto.
Ille volat, nullos strepitus facientibus alis,
Per tenebras, intra q̃ moræ breue tẽpus in vrbem
Peruenit Æmoniam: positis q̃ è corpore pennis
In faciem Ceycis abit: sumpta q̃ figura
Luridus, exanimi similis, sine vestibus vllis
Coniugis ante torum miser æstetit. vda videtur
Barba viri, madidis q̃ grauis fluere vnda capillis,
Tum lecto incumbens fletu super ora profuso
Ceyx Alcyonæ apparet in somnis. *Hæc ait, Agnoscis Ceyca miserrima coniux?*
An mea mutata est facies nece? respice, nosces:
Inuenies q̃ tuo pro coniuge coniugis vmbram.
Nil opis Alcyone nobis tua vota tulerunt:
Alcyone. *Occidimus: falso tibi me promittere noli.*
Nubilus Ægæo deprendit in æquore nauem
Auster, & ingenti iactatum flamine soluit:
Oraque nostra tuum frustra clamantia nomen
Implerunt fluctus. Non hæc tibi nuntiat autor
Ambiguus, non ista vagis rumoribus audis:
Ipse ego fata tibi præsens mea naufragus edo.
Surge age, da lacrymas, lugubria q̃ indue: nec me
Indeploratum sub inania tartara mitte.
Adijcit his vocem Morpheus, quam coniugis illa
Crederet esse sui: fletus quoque fundere veros
Visus erat: gestum q̃ manus Ceycis habebat.
Ingemit Alcyone: lacrymas mouet, atque lacertos
Per somnum, corpus q̃ petens, amplectitur auras:
Exclamat q̃, Mane: quò te rapis? ibimus vnà.
Voce sua speciem q̃ viri turbata soporem

Excutit:

Excutit: & primo si sit circunspicit illic,
Qui modo visus erat. (nam moti voce ministri
Intulerant lumen) postquam non inuenit vsquam,
Percutit ora manu, laniatq; à pectore vestes,
Pectoraq; ipsa ferit, nec crines soluere curans
Scindit: & altrici quæ luctus causa roganti,
Nulla est Alcyone, nulla est, ait: occidit vnà Conduplicatio mulieri, grauissimo dolore affectæ cóucniés.
Cum Ceyce suo. solantia tollite verba:
Naufragus interijt: vidi, agnouiq;, manusq;
Ad discedentem, cupiens retinere, tetendi.
Vmbra fuit: sed & vmbra tamen manifesta, viriq;
Vera mei. non ille quidem, si quæris, habebat
Assuetos vultus, nec, quo prius, ore nitebat:
Pallentem, nudumq;, & adhuc humente capillo
Infelix vidi: stetit hoc miserabilis ipso
Ecce loco: & quærit vestigia siqua supersint.
Hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam,
Et ne me fugiens ventos sequerere rogabam.
At certè vellem, quoniam periturus abibas, Apostrophe ad Alcyonē.
Me quoque duxisses. fuit ah, fuit vtile, tecum Anadiplosis.
Ire mihi. neque enim vitæ de tempore quicquam
Non simul egissem, nec mors discreta fuisset.
Nunc absens perij, iactor quoq; fluctibus absens:
Et sine me te Pontus habet: crudelior ipso
Sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar
Longius, & tanto pugnem superesse dolori.
Sed neque pugnabo, nec te miserande relinquam:
Et tibi nunc saltem veniam comes: inq; sepulcro
Si non vrna, tamen iunget nos littera: si non
Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.

Plura dolor prohibet: verboq́ interuenit omni
Plangor, & attonito gemitus à corde trahuntur.
Manè erat, egreditur tectis ad littus, & illum
Mœsta locum repetit, de quo spectârat euntem.
Dumq́ moratur ibi, dumq́ hinc retinacula soluit,
Hoc mihi discedens dedit oscula littore, dicit.
Dumq́ notata oculis reminiscitur acta, fretumq́
Prospicit: in liquida spatio distante tuetur
Nescio quid, quasi corpus, aqua: primoq́, quid illud
Esset, erat dubiũ. Post quam paulùm appulit vnda,
Et quãuis aberat, corpus tamen esse liquebat: (est
Quis foret ignorans, quia naufragus, omine mota
Et tãquã ignoto lacrymas daret, heu, miser, inquit,
Quisquis es, & siqua est coniux tibi. fluctibus actũ
Fit propius corpus: quod quo magis illa tuetur,
Hoc minus, & minus est mẽtis. iã iãq́ propinquat
Admotum terræ, iam quod congnoscere posset,
Cernit, erat coniux. Ille est, exclamat, & vnà
Ora, comas, vestem lacerat: tendensq́ trementes
Ad Ceyca manus, Sic ô charissime coniux,
Sic ad me miserande redis? ait: Adiacet vndis
Facta manu moles, quæ primas æquoris vndas
Frangit, & incursus quæ prædelassat aquarum,
Insilit huc, mirumq́ fuit potuisse, volabat:
Percutiensq́ leuem modò natis aëra pennis,
Stringebat summas ales miserabilis vndas.
Dumq́ volat, mœsto similem, plenumq́ querelæ
Ora dedere sonum, tenui crepitantia rostro.
Vt verò tetigit mutum, & sine sanguine corpus,
Dilectos artus amplexa recentibus alis,

* dixit.

Ceyx & Alcyones in aues.

Frigida

Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro,
Senserit hoc Ceyx, an vultum motibus vndæ
Tollere sit visus, populus dubitabat. at ille
Senserat: & tandem, superis miserantibus, ambo
Alite mutantur. fatis obnoxius ijsdem
Tunc quoq; mansit amor: nec coniugiale solutũ est
Fœdus in alitibus: coëunt, fiuntq; parentes:
Perq; dies placidos hyberno tempore septem
Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis.
Tum via tuta maris: ventos custodit, & arcet
Æolus egressu, præstatq; nepotibus æquor,

SAB. IN FAB. X.

IN hac fabula primùm obseruãda est descriptio tẽpestatis ac naufragij, quia vix extat alia illustrior. Initiũ descriptionis sumptũ est à prognostico futuræ tempestatis, videlicet à præcedente motu aquarum. Id enim certum est signum surgentis venti, quando aquæ incipiunt albescere ac moueri. Hinc omnia quæ in tempestate accidunt graphicè depinguntur: impetus ventorum: clamor, trepidatio virorum: stridor rudentium: fremitus maris assurgentis & dehiscentis: fragor nauis quassatæ & fatiscentis. adhæc assimilantur fluctus & venti hostibus machinisque bellicis: nauis verò vrbi obsessæ: & decumanus fluctus militi. Descriptio tempestatis ac naufragij.

Ad extremum depingitur naufragium, quomodo nimirum fractis malo & guber-

naculo nauis sit oppressa: quomodo ex hominibus alij statim in imum dimersi; alij arreptis tabulis inter fluctus natarint, donec omnia simul perirent. Deinde obseruandum est exemplum amoris coniugalis: nam Alcyone quàm charum habeat maritum, quàm difficile ferat desideriũ absentis, declarat gemitu, lacrymis, alijsque euidentibus signis. dissuadet nauigationem, cumque impedire hanc nequeat, collabitur præ dolore exanimis. Diu item prospectat nauem è portu discedentem: quæ quidem omnia habẽt mirificã declarationem amoris. Similiter & Ceyx quàm charam habeat vxorem, testatur in extremo vitæ periculo,

Exemplum amoris coniugalis.

Inuocat (heu) frustra, &c.

Cæterum tota fabula aptissimè accommodata est ad naturam auiculę, in quam Alcyone fingitur propter similitudinẽ nominis mutata. Est enim Alcyon auis, ita amans coniugis, vt nullo anni tempore à suo compare discedat, nisi quando excludit oua: sed quemadmodum nuptam decet, eum semper comitetur: eundemq; senem & ægrè volãtem humeris ferat, ac foueat. Adhæc oua excludit in mari: ac tanquàm naufragij memor cõstruit nidum instar nauis, ea forma, vt neque mergi neque euerti fluctibus queat. Componit enim spinas aciculæ piscis, ac rectis alis ceu stamini, transuersas, alias veluti subtegmen implicat: mox consertum recuruat, & in orbem reducit: & sic denique

Alcyonis natura.

deniq; coaptat, vt opus nauigij ſpeciẽ fiat turbinatum, perfectum littori, quo fluctus extremi pertingunt, applicat hîc vnda molliter feriens, nondum firma ſatis hiantiaque procellarum verbere deprenſa, ſarcire docet: ſolida verò & iam cohærentia conſtringit, figitque adeò, vt nec ſaxo nec ferro diſſolui queãt. Qua quidem in re magna cum primis admiratione dignum oſtiolum eſt, ita factum, vt hãc vnam ſubeũtem recipiat, cæcum cęteris & abditum: nec aliud quic quam admittẽs, ne vndam quidem: vt Plutarchus tradit in libro de induſtria animalium.

Eſt prope Cimmerios longo, &c.

Cimmerios quorum meminit Homerus, conſtat temporibus belli Troiani habitaſſe in Italia propè Neapolim, Cumas, & Puteolos. Apud hos perpetuam eſſe caliginem ac noctem, ideò Poëtæ finxerunt, quia ſpecus magis quam domos incolebant: deductiſque cuniculis ſub terra diuerſabantur, homines furtis ac latrocinjs aſſueti. Orpheus in Argonauticis etiam meminit Cimmeriorũ: ſed eos ad ſeptentrionem collocat, in locis ad Boſphorum ſitis, inter Riphæum & Calphium altiſſimos montes vmbris & nebulis tectos. Conſtat autem verè Cimmerias tenebras eſſe in Iſlandia & Pilappia, vbi brumales dies adeò ſunt contracti, vix vt lux compareat. Nam in Liuonia dies circa brumã eſt non multò longior tribus

Apud Cimmerios perpetua caligo.

Apud Cimmerios dies valde contracti.

Cimmerij pro furibus & ebriosis.

horis. Sunt alij quoque Cimmerij qui nullam vnquam lucem conspiciunt: nempe homines ebriosi, quorum hic ad septentrionem infinitus est numerus. Hi noctu in cellis vinarijs perpotant, & interdiu dormiunt. Rectè igitur Ouidius somni domicilium ædificat apud eiusmodi homines crapulæ & somno deditos.

Mons cauus, ignaui domus, &c.

Somniũ quid sit.

Somnia sunt imagines quæ fiunt in somno per spiritus variè discurrentes in cerebro. Sunt enim spiritus instrumenta cogitationum ac plerunque somnia de ijs offeruntur, quæ vigilantes sæpe cogitamus. Fingit autem Ouidius triplex somniorum genus: vnum quod rationis gestus imitatur, vt sermonem ac vultum: huic nomem Morpheo. Aliud quod representat animata quidem, sed ratione carentia: huic nomen Acelos, quia simulet formam animantis. Tertium genus est planè phantasticum, quo inanimata representantur. Verù quia cogitationes magnorum hominũ alijs in rebus versantur, quàm cogitationes vulgi, diuersis quoq; somnijs & non vulgaribus ipsi reges ac Principes luduntur.

Triplex somniorũ genus.

Vulgi & principum somnia diuersa.

FABVLA. XI.
De AEsaco in Mergum.

HOs aliquis senior circum freta lata volantes
Spectat, & ad finem seruatos laudat amores.
Proximus, aut idem, si fors tulit, hic quoque dixit

Quem

Quem mare carpentem ſubſtrictaq́ curagerẽtem
Aſpicis (oſtendens ſpatioſum in gutturà mergum)
Regia progenies: & ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quæris: ſunt huius origo
Ilus, & Aſſaracus, raptuſq́ Ioui Ganymedes,
Laomedonq́ ſenex, Priamuſq́ nouiſſima Troiæ
Tempora ſortitus. frater fuit Hectoris iſte:
Quiniſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta,
Forſitan inferius non Hectore nomen haberet:
Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis:
Æſacon vmbroſa furtim peperiſſe ſub Ida
Fertur Alixithoë gracili conata bicorni.
Oderat hic vrbes, nitidaq́ remotus ab aula
Secretos montes & inambitioſa colebat
Rura: nec Iliacos cœtus, niſi rarus adibat.
Non agreſte tamen, nec inexpugnabile amori
Pectus habens, ſyluas captatam ſæpe per omnes
*Aſpicit * Eperien patria Cebrenida ripa*
Iniectos humeris ſiccantem Sole capillos.
Viſa fugit Nymphe, veluti perterrita fuluum
Cerua lupum, longeq́ lacu deprenſa relicto
Accipitrem fluuialis anas. quam Troïus heros
Inſequitur, celeremq́ metu celer vrget amore.
Ecce latens herba coluber, fugientis adunco
Dente pedum ſtrinxit, viruſq́ in corpore liquit.
Cum vita ſuppreſſa fuga eſt. amplectitur amens
*Exanimem, clamatq́, piget, * piget eſſe ſecutum.*
Sed non hoc timui: nec erat mihi vincere tanti.
Perdidimus miſeram nos te duo. vulnus ab angue,
A me cauſa data eſt. ego ſum ſceleratior illo.

Nympha ex qua Priamus Æſacon ſuſcepit.

*Heſperien.

* me te.

Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam.
Dixit, & è ſcopulo, quem rauca ſubederat vnda,
Decidit in pontum. Tethys miſerata cadentem
Molliter excepit, nantemq; per æquora pennis
Texit: & optatæ non eſt data copia mortis.
Indignatur amans ſe inuitum viuere cogi,
Obſtariq; animæ miſera de ſede volenti
Exire: vtq; nouas humeris aſſumpſerat alas
Subuolat, atq; iterum corpus ſuper æquora mittit.
AEſacus in mergum. *Pluma leuat caſus: furit Æſacus, inq; profundum*
Pronus abit, lethiq; viam ſine fine retentat.
Fecit amor maciem: longa internodia crurum,
Longa manet ceruix: caput eſt à corpore longè.
Æquor amat, nomenq; manet, quia mergitur illo.

SAB. IN FAB. XI.

Mergus cur ſe demittat in fundum.

DE Mergo, cur ſubinde ſe demittat in fundum etiam alia narratur cauſa, quàm Ouidius hîc fingit. Nam in Apologis traditur fuiſſe negotiator, & naufragio amiſiſſe merces. ideoque nunc obſidere littora ac ſe mergere in fundum, ſicubi inueniat merces ſuas, vel in littus eiectas, vel in fundo hærentes.

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER XII.

FABVLA I. ET II.

De Serpente in ſaxum & cerua pro Iphygenia ſuppoſita.

Escius aſſumptis Priamus pater Æſacon alis
Viuere, lugebat: tumulo quoque nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
Defuit officio Paridis præſentia trîſti,
Poſt modò qui rapta longum cum coniuge bellum
Attulit in patriam: coniuratæq; ſequuntur
*Mille rates, gentiſq; ſimul *commune Pelaſgæ.*
Nec dilata foret vindicta, niſi æquora ſæui
Inuia feciſſent venti, Bœotaq; tellus
Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.
Hîc patrio de more Ioui cùm ſacra parâſſent,
Vt vetus accenſis incanduit ignibus ara,
Serpere cæruleum Danaï videre Draconem
*In platanum, cœptis quæ ſtabat proxima *ſacris.*
Nidus erat volucrũ bis quattuor arbore ſumma:

Græcorum expeditio contra Troianos.
*concilium.
*caſtris.

Pignora quorum deuorationem maximo sibi damno ducebat. Calchas.

Quas simul, & matrem circum sua dãna volãtem
Corripuit serpens, auidaq; recondidit aluo.
Obstupuêre omnes. at veri prouidus augur
Thestorides, Vincemus, ait: gaudete Pelasgi.
Troia cadet: sed erit nostri mora longa laboris.

Serpens in lapidem.

At q; nouem volucres in belli degerit annos,
Ille vt erat virides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis, & seruat serpentis imagine saxum.

Cerua pro Iphigenia supposita.

Permanet Aonijs Nereus violentus in vndis,
Bellaq; non transfert: & sunt qui parcere Troiæ
Neptunum credant, quia mœnia fecerat vrbis.
At non Thestorides: neq; enim nescítue tacétue
Sanguine virgineo placandam virginis iram
Esse Deæ. postquàm pietatem publica causa,

* Officium regis patris pietatem.

** Rex q; patrem vicit, castumq; datura cruorem*
Flentibus ante aram stetit Iphigenía ministris:
Victa Dea est, nubémque oculis obiecit: & inter
Officium, turbamq; sacri, voceſq; precantum,
Supposita fertur mutasse Mycenida cerua.
Ergo vbi, quà decuit, lenita est cæde Diana,
Et pariter Phœbes, pariter maris ira recessit,
Accipiunt ventos a tergo mille carinæ,
Multáq; perpessæ Phrygia potiuntur arena.

Famæ domus descriptio.

Orbe locus medio est inter terráſq; fretumq;,
Cœlesteſq; plagas triplicis confinia mundi,
Vnde quod est vsquam, quamuis regionibus absit,
Inspicitur, penetrat q; cauas vox omnis ad aures.

* locum.

*Fama tenet, summaq; * domum sibi legit in arce:*
Innumeroſq; aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit lumina portis.

Nocte

Nocte dieq; patet: tota est ex ære sonanti:
Tota fremit, voces q; refert, iterat q; quod audit.
Nulla quies intus, nullaq; silentia parte.
Nec tamen est clamor, sed paruæ murmura vocis:
Qualia de pelagi (si quis procul audiat) vndis
Esse solent: qualémue sonum, cùm Iupiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet: veniunt leue vulgus, eunt q;:
Mistaq; cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum, confusaq; verba volutant.
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures:
Hi narrata ferunt alio, mensuraq; ficti
Crescit, & auditis aliquid nouus adijcit autor.
Illic Credulitas, illic temerarius Error,
Vanaq; Lætitia est, consternatiq; Timores,
Seditioq; recens, dubioq; autore Susurri.
Ipsa quid in cœlo rerum, pelagoq; geratur
Et tellure videt, totumq; inquirit in orbem.

Virgil. 4. Aen. Tam ficti pra-uiq; tenax quam nuncia veri. Famæ Comites.

SAB. IN FAB. I. ET II.

PEr Occasionem narrantur transformationes & conuersiones rerum tempore belli Troiani factæ: quæ quoniam ex Homero pleræque ad verbum translatæ sunt, id quoq; vtilitatis adferunt, quod docent rationem transferendi Græca in latinum. At fabula de serpẽte in Aulide passeres deuorante, narratur ab Agamemnone apud Homerum secundo Iliados. Extat etiam latinis versibus elegãtissimè translata à M. T. Ciceronе de diuinatione.

Flentibus ante aram ſtetit, &c.

Rex communem ſalutem ſuæ anteponat.

Iphigènia pro exercitu Græcorum à patre mactata, docet Rempublicam ita charam eſſe regibus debere, vt ſi neceſſitas poſtulet, ipſi communem populi ſalutem ſuæ ſuorumque vitæ anteponant. Extat fabula apud Euripidem quæ inſcribitur Iphigenia in Aulide. Ipſa verò Iphigenia in ceruam mutata fingitur eò, quòd cerua in locum illius ſuppoſita, fuit Dianæ immolata.

Orbe locus medio eſt inter, &c.

Nullum bellum tam occulte paratur quin hoſti innoteſcat.

De expeditione in Troianos haud dubiè magna fuit fama, tàm in Phrygia & in omnibus finitimis regionibus, quàm in Græcia. nullum enim bellum tam occultè parari poteſt, quin præcedat fama. in bellis autem multæ ſunt ſuſpitiones: multa accidũt ſtratagemata: quod vt ſignificet Ouidius, fingit domicilium famæ inter cœlum & terram, vbi omnia audiantur, omnia diuulgentur. alluditque ad prouerbium, Multa belli inania, cum ait:

Illic credulitas, &c.

FABVLA III.

De Cygni & Achillis certamine: & de Cygno in auem.

FEcerat hæc notum, Graias cum milite forti
Aduentare rates: neque inexpectatus in armis
*Hoſtis adeſt, *prohibent aditus, littuſq; tuentur*
Troës: & Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilaë cadis: commiſſaq; prælia magno

* prohibentque.

Proteſilai cædes.

Stant

Stãt Danais, forteſq; animæ, nec cognitus Hector.
Nec Phryges exiguo, quid Acaica dextera poſſit,
Sanguine ſenſerunt. & iam Sigæa rubebant
Littora, iam letho, proles Neptunia, Cygnus
Mille viros dederat: iam curru ſtabat Achilles, Ex Pelio monte exciſa.
Totaq; Peliacæ ſternebat cuſpidis ictu (rens,
Agmina, perq; acies, aut Cygnũ, aut Hectora quæ- Cygni & Achillis certamen.
Congreditur Cygno (decimum dilatus in annum
Hector erat) tum colla iugo canentia preſſos
Exhortatus equos, currum direxit in hoſtem.
Concutiensq; ſuis vibrantia tela lacertis,
Quiſquis es, ô iuuenis, dixit, ſolamen habeto
Mortis, ab Æmonio quòd ſis iugulatus Achille.
Hactenus Æacides. vocẽ grauis haſta ſecuta eſt.
Sed quanquam certa nullus fuit error in haſta,
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri:
Vtq; hebeti pectus tantummodo contulit ictu;
Nate Dea (nam te fama prænouimus) inquit Salutatio, cui ſubeſt tacita ironia: fruſtra iactas parentes tuos Deos, cùm & ego Dijs genitus ſim.
Ille, quid à nobis vulnus miraris abeſſe?
(Mirabatur enim) non hæc, quam cernis equinis
Fulua in ubis caſſis, nec onus caua parma ſiniſtræ
Auxilio mihi ſunt. decor eſt quæſitus ab iſtis.
Mars quoq; ob hoc capere arma ſolet. remouebitur omne
Tegminis officium: tamen indiſtrictus abibo.
Eſt aliquid non eſſe ſatum Nereïde, ſed qui
Nereaq;, & natas, & totum temperat æquor.
Dixit: & hæſurum clypei curuamine telum
Miſit in Æacidem, quod & æs, & proxima rupit
Terga nouena boũ, decimo tamen orbe moratũ eſt,

Excipit hoc heros, rursúsq; trementia forti
Tela manu torsit, rursus sine vulnere corpus,
Syncerumq; fuit. nec tertia cuspis apertum,
Et se præbentem valuit distringere Cygnum.
Haud secus exarsit, quàm circo taurus aperto,
Indignatur Achilles quòd Cygnus acuta hastæ cuspide vulnerari non possit.
Cùm sua terribili petit irritamina cornu
Phœniceas vestes, elusáque vulnera sentit.
Num tamen exciderit ferrum considerat hastæ,
Hærebat ligno, Manus est mea debilis ergo?
Quasq;, ait, antè habuit vires effudit in vno?
Nam certè valuit, vel cùm Lyrnesia primùm
Mœnia deieci, vel cùm Tenedonq;, suoq;
* Solus Echionias.
** Eëtioneas impleui sanguine Thebas:*
Vel cùm purpureus populari cæde Caïcus
Fluxit: opusq; meæ bis sensit Telephus hastæ.
Hîc quoque tot cæsis quorum per littus aceruos
Et feci, & video, valuit mea dextra, valétq;.
Dixit: & antè actis veluti malè crederet hastam
Misit in aduersum Lycia de plebe Menœten,
Loricamq; simul, subiectaq; pectora rupit.
Quo plangente grauem moribũdo pectore terram,
Extrahit illud idem calido de vulnere telũ: (hasta:
Atq; ait, Hæc manus est, hæc, qua modò vicimus,
*idem.
*Vtar in hoc *ijsdem, sit in hoc precor exitus idem.*
Sic fatur, Cygnumq; petit nec fraxinus errat,
Inq; humero sonuit non euitata sinistro.
Inde velut muro, solidaq; à cute, repulsa est.
Quàtamen ictus erat signatum sanguine Cygnum
Viderat, & frustra fuerat gauisus Achilles.
Vulnus erat nullum: sanguis fuit ille Menœtæ.

Tum

Tum verò præceps curru fremebundus ab alto
Deſilit, & nitido ſecurum comminus hoſtem
Enſe petens, parmam gladio, galeamq; cauari
Cernit, & in duro lædi quoq; corpore ferrum.
*Haud tulit vlterius: gladioq; * aduerſa reducto*
Ter, quater ora viri capulo, & caua tẽpora pulſat:
Cedentemq; ſequens inſtat, turbatq;, ruitq;,
Attonitoq; negat requiem: pauor occupat illum,
Ante oculoſq; natant tenebræ retroq; ferenti
Auerſos paſſus, medio lapis obſtitit aruo.
Quem ſuper impulſum reſupino corpore Cygnum
Vi multa vertit, terræq; afflixit Achilles.
Tum clypeo, genibuſq; premens præcordia duris,
Vincla trahit galeæ: quæ preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces, & reſpiramen, iterq;
Eripiunt animæ. victum ſpoliare parabat:
Arma relicta videt: corpus Deus æquoris albam
Contulit in volucrem, cuius modò nomen habebat.

Cygnum nihil timẽtem: quia vulnerari non poterat.

* auerſa.

Anaſtrophe.

Cygnus in auem ſui nominis.

SAB. IN FAB. III.

CYgnus cum interfuiſſet multis prælijs, nec vllum vnquàm vulnus accepiſſet, deniq́ue & in bello Troiano citra vulnus eſſet extinctus, fabulis Poëtarum celebratus eſt, non modò vt fortis ac ſtrenuus, ſed etiam vt in omni vita inuulnerabilis.

Cygnus inuulnerabilis.

-opuſq; meæ bis ſenſit Telephus, &c.

Telephus Achillis haſta vulneratus & ſanatus eſt, vt Ouidius alibi teſtatur his verſibus:

Telephus vulneratus & ſanatus Achillis haſta.

Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti

Vulneris auxilium Pelius haſta tulit.

Hanc ob cauſam ita gloriatur hic Achilles de ſua haſta, quòd eam Telephus bis ſenſerit. Plinius ſcribit Achillem à Chirone doctum, curaſſe Telephi vulnus per decuſſionem ferri. naturam enim ferri ſtipticam eſſe, ideoque eius limaturam emplaſtris plagarum adhiberi.

FABVLA IIII ET V.

De Cæni in virum inuulnerabilem & deinde in volucrem.

Hic labor, hæc requiem multorum pugnà dierũ
Attulit, & poſitis pars vtraq; ſubſtitit armis
Dumq; vigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros,
Et vigil Argolicas ſeruat cuſtodia foſſas,
Feſta dies aderat, qua Cygni victor Achilles
Pallada mactatæ placabat ſanguine vaccæ.
Cuius vt impoſuit proſecta calentibus aris,
Et Dijs acceptus penetrauit in æthera nidor,
Sacra tulere ſuam, pars eſt data cætera menſis.
Diſcubuere toris proceres, & corpora toſta
Heroës elixis carnibus non veſcebantur.
Carne replent, vinoq; leuant, curaſq; ſitimq;.
Non illos citharæ, non illos carmina vocum,
Longaq; multifori delectat tibia buxi.
Sed noctem ſermone trahunt: virtuſq; loquendi
Materia eſt: pugnas referunt hoſtiſq;, ſuaſq;:
Inq; vices adita, atq; exhauſtæ pericula ſæpe
Comemorare iuuat. Quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnũ potius loquerentur Achillẽ?
Proxima præcipuè domito victoria Cygno
* miſerabile. *In ſermone fuit viſum *mirabile cunctis,*

Quòd

Quòd inuenis corpus nullo penetrabile telo,
Inuictumq́ à vulnere erat, ferrumq́ terebat.
*Hoc *ipſe Æacides, hoc mirabantur Achiui:* *ipſum.
Cùm ſic Neſtor ait: Veſtro fuit vnicus æuo
Contemptor ferri, nulloq́ forabilis ictu
Cygnus: at ipſe olim patientem vulnera mille
Corpore non læſo Perrhæbum Cænea vidi:
Cænea Perrhæbum, qui factis inclytus, Othryn Cæneus inuulnerabilis.
Incoluit, quoq́ id mirum magis eſſet in illo,
Fœmina natus erat. monſtri nouitate mouentur,
Quiſquis adeſt, narretq́ rogãt: quos inter Achilles
Dic age (nam cunctis eadem eſt audire voluntas)
O facunde ſenex æui prudentia noſtri,
Quis fuerit Cæneus: cur in contraria verſus:
Qua tibi militia, cuius certamine pugnæ
Cognitus: à quo ſit victus, ſi victus ab vllo eſt.
*Tum ſenior, Quãuis obſtet mihi *tarda vetuſtas,* *longa.
Multaq́ me fugiant primis ſpectata ſub annis, Ineffecta ſenis iactantia: laborat enim hoc vitio ea ætas.
Plura tamen memini, nec quæ magis hæreat vlla
Pectore res noſtro eſt inter belliq́, domuſq́
Acta tot: ac ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus Neſtoris ætas
Spectatorem operum multorum reddere: vixi
Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.
Clara decore fuit proles Elateïa Canis
Theſſalidum virgo pulcherrima, perq́ propinquas,
Perq́ tuas vrbes (tibi enim popularis Achille)
Multorum fruſtra votis optata procorum.
Tentaſſet Peleas thalamos quoq́ forſitan illos:
Sed iam aut contigerant illi connubia matris,
Aut fuerant promiſſa tua. nec Canis in vllos

Cænis fœmina in virum, qui Cæneus dictus est.

Denupsit thalamos: secretaq́ littora carpens
Æquorei vim passa Dei est: ita fama ferebat.
Vtq́ nouæ Veneris Neptunus gaudia cepit,
Sint tua vota licet, dixit, secura repulsæ:
Elige quid voueas: eadem quoq́ fama ferebat.
Magnum, Cænis ait, facit hæc iniuria votum,
Tale pati iam posse nihil: da fœmina ne sim:
Omnia præstiteris. Grauiore nouissima dixit
Verba sono, poterat q́, viri vox illa videri,
Neptunus.
Sicut erat. nam iam voto Deus æquoris alti
Annuerat: dederat q́ super, ne saucius vllis
Vulneribus fieri, ferroue occumbere posset.
Munere lætus abit, studijsq́ virilibus, æuum
Exigit Atracides, Peneïaq́ arua pererrat.

Pyrithoi nuptiæ.

Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus,
Nubigenasq́ feros, positis ex ordine mensis,
Arboribus tecto discumbere iusserat antro.
Æmonij proceres aderant, aderamus & ipsi:
Festaq́ confusa resonabat regia turba.
Ecce canunt Hymenæon, & ignibus atria fumãt:
Cinctaq́ adest virgo, matrũq́, nurumq́ caterua,
Præsignis facie. felicem dicimus illa
Coniuge Pirithoum: quod penè fefellimus omen.
Nam tibi sæuorum sæuissime Centaurorum
Euryte quàm vino pectus tam virgine visa
Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat.

Centauri nuptias Pyrithoi interturbant.

Protinus euersæ turbant conuiuia mensæ:
Raptatur q́ comis per vim noua nupta prehensis.
Eurytus Hippodamen, alij, quã quisque probabat,
Aut poterat, rapiunt, captæq́ erat vrbis imago.

Fœmineo

Fœmineo clamore ſonat domus. ocyus omnes
Surgimus, & primus, Quæ te vecordia Theſeus
Eurite pulſat? ait, qui me viuente laceſſas
Pirithoum, violaſq; duos ignarus in vno?
Néue ea magnanimus fruſtra memorauerit heros,
Summouet inſtantes, raptamq; furẽtibus aufert:
Ille nihil contrà: neq; enim defendere verbis
Talia facta poteſt: ſed vindicis ora proteruis
Inſequitur manibus, generoſaq; pectora pulſat.
Fortè fuit iuxtà ſignis extantibus aſper
Antiquus crater: quem vaſtum vaſtior ipſe
Suſtulit Ægides aduerſaq; miſit in ora.
Sanguinis ille globos pariter, cerebrumq;, merumq;
Vulnere, & ore vomens madida reſupinus arena
Calcitrat: ardeſcunt germani cæde bimembres,
Certatimq; omnes vno ore, arma, arma loquũtur.
Vina dabant animos: & prima pocula pugna
Miſſa volant, fragileſq; cadi, curuiq; lebetes,
Res epulis quondam, tum bello & cædibus aptæ.
Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud timuit ſpoliare ſuis, & primus ab æde
Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis:
Elatumq; altè, veluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri,
Illiſit fronti Lapithæ Celadontis, & oſſa
Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore.
Exiliere oculi, diſiectiſq; oſſibus oris
Act a retro naris, medioq; eſt fixa palato.
Hunc pede conuulſa menſæ Pellæus acernæ
Strauit humi Pelates, deiecto in pectora mento:

* legendum potius, violeſque vt conueniant tempore.

Theſei & ſocii orũ cũ Centauris pugna.

Imitatio clamoris centaurorum.

Cumq; atro mistos spumantem sanguine dentes,
Vulnere tartareas geminato misit ad vmbras.
Proximus vt steterat, spectans altaria vultu
Fumida terribili, Cur non, ait, vtimur istis?
Cumq; suis Gryneus immanem sustulit aram
Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen:
Oppressit q; duos Brotean & Orion: Orio
Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Thessalæ mulieres eo nomine infames fuerunt quòd essent veneficæ & incantatrices
Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ.
Non impunè feres, teli modò copia detur,
Dixerat Exadius: teliq; habet instar, in alta
Quæ fuerant pinu votiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo,
Eruitur q; oculos: quorum pars cornibus hæret,
Pars fluit in barbam, concretaq; sanguine pendet.
Ecce rapit medijs flagrantem Rhœtus ab aris
Primitium torrem, dextraq; à parte Charaxi
Tempora perfringit fuluo protecta capillo.
Correpti rapida, veluti seges arida, flamma,
Arserunt crines, & vulnere sanguis inustus
Terribilem stridore sonum dedit: vt dare ferrum
Igne rubens plerumq; solet, quod forcipe curua
Stridor candentis ferri in aqua.
Cùm faber eduxit, lacubus demittit: at illud
Stridet, & in tepida submersum sibilat vnda.
Saucius hirsutis auidum de crinibus ignem
Excutit: inq; humeros limen tellure reuulsum
Tollit onus plaustri, quod ne permittat in hostem,
Ipsa facit grauitas: socium quoq; saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometen.
Gaudia nec retinet Rhœtus, Sic comprecor, inquit,

Catera

*Antiquior lectio, Prunitium à pruna.

Cætera ſit fortis caſtrorum turba tuorum.
Semicremoq́3 nouat repetitum ſtipite vulnus:
Terq́3, quaterq́3, graui iunctura as verticis, ictu
Rupit: & in liquido ſederunt oſſa cerebro. Synecdoche.
Victor ad Euagrum, Coritumq́3, Dryantaq́3 trãſit.
Equibus vt prima tectus lanugine malas
Procubuit Coritus, Puero qua gloria fuſo
Parta tibi eſt? Euagrus ait. nec dicere Rhœtus Rhetiſtrenuitas & mors.
Plura ſinit, rutilaſq́3 ferox in aperta loquentis
Condidit ora viri, perq́3 os in pectora flammas.
Te quoq3 ſæue Drya circum caput igne rotato Dryantis virtus.
Inſequitur: ſed non in te quoq3 conſtitit idem
Exitus aſſiduæ ſucceſſu cædis ouantem,
Quà iuncta eſt humero ceruix, ſude figis obuſta.
Ingemuit, duroq́3 ſudem vix oſſe reuellit
Rhœtus, & ipſe ſuo madefactus ſanguine fugit. * Arneus.
*Fugit & * Orneus, Lycidaſq́3, & ſaucius armo*
*Dexteriore Medon, & cum Piſenore * Thaumas.* * Caumas.
Quiq́3 pedum nuper certamine vicerat omnes Mermerontis celeritas.
Mermeros, accepto tum vulnere tardius ibat.
*Et Pholus, & * Menaleus, & Abas prædator apro-* * Menelas.
*Quiq́3 * ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur (rum* * Centauris.
Aſtylos ille etiam metuenti vulnera Neſſo,
Ne fuge: ad Herculeos, inquit, ſeruaberis arcus.
At non Eurynomus, Lycidaſq́3, & Araeus, & Im-
Effugêre necẽ: quos omnes dextra Dryantis (breuis
Perculit aduerſos. aduerſum tu quoq3 quamuis
Terga fugæ dederas, vulnus Caenee tuliſti: Alludit ad Cæſaris lepidum apothegma, qui Pomponio oſtentanti
Nam graue reſpiciens inter duo lumina ferrum,
Quà naris fronti committitur, accipis, imæ.

vulnus, quod in ore acceperat: dixit, Ne vnquam fugiens respexeris.

In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat
Sopitus venis, & inexperrectus Aphypnas,
Languentiq; manu carchesia mista tenebat,
Fusus in Ossæa villosis pellibus vrsæ.
Quem procul vt vidit frustra nulla arma mouẽtẽ,
Inserit amento digitos, Miscendaq;, dixit,
Cum Styge vina bibes, Phorbas. nec plura locutus
In iuuenem torsit iaculum: ferrataq; collo
Fraxinus, vt casu iacuit resupinus, adacta est.
Mors caruit sensu, plenoq; è gutture fluxit,
Inq; toros, inq; ipsa niger carchesia sanguis.
Vidi ego Petræum conantem euellere terra
Glandiferã quercum: quã dum cõplexibus ambit,
Et quatit huc illuc labefactaq; robora pulsat,
Lancea Pirithoi costis immissa Petræi
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoï cecidisse Lycum virtute ferebant,
Pirithoï virtute Chromin: sed vterq; minorem
Victori titulum, quàm Dictys, Helopsq; dederunt.
Fixus Helops iaculo est, quod tẽpora peruia fecit,
Et missum à dextra lævam penetrauit ad aurem.
Dictys ab ancipiti dilapsus acumine montis,
Dum fugit instantem trepidans Ixione natum,
Decidit in præceps, & pondere corporis ornum
Ingentem fregit, suaq; induit ilia fracta.
Vltor adest Phareus, *saxumq; è monte reuulsum*
Mittere conatur. mittentem stipite querno
Occupat Ægides, cubitiq; ingentia fregit
Ossa: nec vlterius dare corpus inutile letho
Aut vacat, aut curat: tergoq; Bianoris alti
Insilit,

* iactat.

Perithoi virtus.

Helops.

Dictys mira mors.

* Phereus.

Insilit, haud solito quenquam portare nisi ipsum:
Opposuit q3 genu costis: prensamq3 sinistra
Cæsariem retinens, vultum, minitantiaq3 ora
Robore nodoso, praduraq3 tempora fregit.
*Robore Nedymnum, iaculatoremq3 *Lycespen* *Lyceten.
Sternit, & immissa protectum pectora barba
Hippason, & summis extantem Riphea syluis,
Tereaq3, Hæmonijs qui prensos montibus vrsos
Ferre domum viuos, indignantesq3 solebat.
Haud tulit vtentem pugnæ successibus vltrà
Thesea Demoleon: solidoq3 reuellere dumo
Annosam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit, præfractam misit in hostem.
Sed procul à telo Theseus veniente recessit
Pallados admonitu (credi sic ipse volebat)
Non tamẽ arbor iners cecidit: nam Crantoris alti
Abscidit à iugulo pectúsque, humerumq3 sinistrũ.
Armiger ille tui fuerat genitoris Achille,
Quem Dolopum rector bello superatus Amyntor
Æacidæ dederat pacis pignusq3, fidemq3. Crantor Peleo obses ab Amyntore datus.
Hunc procul vt fœdo disiectum vulnere Peleus
Viderat, Inferias iuuenum gratissime Crantor *Vidit &c.
Accipe, ait: validoq3 in Demoleonta lacerto
Franxineam misit mentis quoque viribus hastam: Cum mentis indignatione Pelei fortitudo.
Quæ laterum cratem perrupit, & ossibus hærens
Intremuit. trahit ille manu sine cuspide lignum.
Id quoque vix sequitur: cuspis pulmone retẽta est.
Ipse dolor vires animo dabat: æger in hostem
*Erigitur, pedibusq3 virum *conculcat equinis.* *proculcat.
Excipit ille ictus galea, clypeóque sonantes.

Defensatq; humeros, prætentaq; sustinet arma:
*perfodit. *Perq; armos vno duo pectora *perforat ictu.*
Ante tamen letho dederat Phlegræon, & Hylen
*Danimq;. *Eminus, Hiphinoum collato Marte, *Clanimq;.*
Additur his Dorylas, qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi, sæuiq; vicem præstantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.
*Accipe. *Huic ego (nam vires animus dabat) *Aspice, dixi,*
Quantum concedant nostro tua cornua ferro:
Et iaculum torsi: quod cùm vitare nequiret,
Opposuit dextram passuræ vulneri fronti.
Affixa est cum fronte manus: fit clamor at illum
Hærentem Peleus, & acerbo vulnere victum
(Stabat enim propior) mediã ferit ense sub aluum.
Prosilijt, terraq; ferox sua viscera traxit,
Tractaq; calcauit, calcataq; rupit, & illis
Crura quoq; impedijt, & inani concidit aluo.
Cyllarus adolescens. *Nec te pugnantem tua Cyllare forma redemit,*
*biformi, nẽpe Centaurorum. *Si modò naturæ formam concedimus *illi.*
Barba erat incipiens, barbæ color aureus, aurea
Ex humeris medios coma dependebat in armos.
Gratus in ore vigor: ceruix, humeriq;, manusq;
*cygnis. *Pectoraq; artificum laudatis proxima *signis:*
Ex qua parte vir est. neq; equi mendosa sub illo
Deterior q; viro facies. da colla, caput q;,
Alludit ad equum Pollucis Georg. 3. cui & Cyllaro nomen erat. *Castore dignus erit: sic tergum sessile, sic sunt*
Pectora celsa toris: totus pice nigrior atra:
Cãdida cauda tamẽ, color est quoq; cruribus albus.
Multæ illum petiere sua de gente, sed vna
Abstulit Hylonome: qua nulla decentior inter

Semiferas

Semiferas altis habitauit fœmina ſyluis.
*Hæc & blanditijs, & * amando, & amare fatendo* * amans.
Cyllaron vna tenet. cultus quoque, quantus in illis
Eſſe poteſt membris: vt ſit coma pectine leuis:
Vt modò rore maris, modò ſe violáue, roſáue
Implicet interdum canentia lilia geſtet.
Biſq́ die lapſis Pagaſeæ vertice ſyluæ
Fontibus ora lauet, bis flumine corpora tingat,
Nec niſi quæ deceant, electarumq́ ferarum
Aut humero, aut lateri prætendat vellera læuo.
Par amor eſt illis: errant in montibus vnà:
Antra ſimul ſubeunt: & tum Lapitheïa tecta
Intrarant pariter, pariter fera bella gerebant.
Autor in incerto eſt: iaculum de parte ſiniſtra
Venit & inferius quà collo pectora ſubſunt
Cyllare te fixit. paruo cor vulnere læſum Nam, ex Phyſicorum ſententia, cor ne minimũ quidem vulnus pati poteſt.
Corpore cum toto poſt tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus,
Impoſitaq́ manu vulnus fouet, oraq́ ad ora
Admouet, atque animæ fugienti obſiſtere tentat. Cyllarus cum vxore occubuit.
*Vt videt extinctum, * dictis, Quæ clamor ad aures* * dixit.
Arcuit ire meas, telo, quod inhæſerat illi,
Incubuit: morienſq́ ſuum complexa maritum eſt.
Ante oculos ſtat & ille meos, qui ſæua leonum
Vinxerat inter ſe connexis vellera nodis
Phæocomes, hominemq́ ſimul protectus, equumq́:
Codice qui miſſo, quem vix iuga bina mouerent
Iuncta, Phonoleniden ſummo de vertice fregit.
Fracta volubilitas capitis latiſſima: perq́ os,
Perq́ cauas nares, oculoſq́, aureſq́ cerebrum

Molle fluit, veluti concretum vimine querno
Lac solet: vtue liquor rari sub pondere cribri
Manat, & exprimitur per densa foramina succus.
Ast ego, dum parat hic armis nudare iacentem,
(Scit tuus hoc genitor) gladium spoliantis in ima
Ilia demisi. Chtonius quoque, Teleboasq;
Ense iacent nostro. ramum prior ille bifurcum
Gesserat, hic iaculum: iaculo mihi vulnera fecit:
(Signa vides) apparet adhuc vetus inde cicatrix.
Senum mores obserua. *Tunc ego debueram capienda ad pergama mittti:*
Tunc poteram magni, si non superare, morari
Hectoris arma meis. illo sed tempore nullus,
Aut puer Hector erat: nunc me mea deficit aetas.
Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti?
*quatuor pedibus currentis. *Amphyca quid refera? qui* quadrupedantis Oëcli*
Fixit in aduerso cornium sine cuspide vultu.
Vecte Phelethronius Macareus in pectus adacto
Strauit Erigdupum. memini & venabula condi
Inguine Nessei manibus coniecta Cymeli.
Nec tu credideris tantum cecinisse futura
Mopsus. *Amphyciden Mopsum: Mopso iaculante biformis*
Occubuit, frustraq; loqui tentauit Odites,
Ad mentum lingua, mentoq; ad guttura fixo.
Quinque neci Caeneus dederat, Stiphelumq; Bromumq;,
Antimachumq;, Helimumq;, securiferumq; Pyracmon.
Vulnera non memini, numerum, nomenq; notaui.
Prouolat Emathijs spolijs armatus Alesi,
Quem dederat letho membris & corpore Latreus Maximus.

Maximus. huic ætas inter iuuenemq́, ſenemq́,
Vis iuuenilis erat: variabant tempora cani.
Qui clypeo, gladioq́, Macedoniaq́ ſariſſa
Conſpicuus, faciemq́ obuerſus in agmen vtrumq́.
Armaq́ concuſſit, certumq́ equitauit in orbem.
Verbaq́ tot fudit vacuas animoſus ad auras.
Et te Cæni feram? nam tu mihi fœmina ſemper,
Tu mihi Cænis eris: nec te natalis origo
Commouit, mentemq́ ſubit quo præmia facto,
Quaq́ viri falſam ſpeciem mercede pararis?
Quid ſis nata vide, vel quid ſis paſſa: columq́
I; cape cum calathis: & ſtamina pollice torque:
Bella relinque viris. iactanti talia Cæneus
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta,
Qua vir equo commiſſus erat. furit ille dolore:
Nudaq́ Phylei iuuenis ferit ora ſariſſa.
Non ſecus hæc reſilit, quàm tecti à culmine grãdo:
Aut ſi quis paruo feriat caua tympana ſaxo:
Comminus aggreditur: lateriq́ recondere duro
Luctatur gladium: gladio loca peruia non ſunt.
Haud tamen effugies: medio iugulaberis enſe:
Quãdoquidem mucro eſt hebes, inquit; & in latus
Obliquat: longaq́ amplectitur ilia dextra. (enſem
Plaga facit gemitus in corpore marmoris icti:
Fractaq́ diſſiliit percuſſo lamina collo:
Vt ſatis illæſos miranti præbuit artus;
Nunc age, ait Cæneus, noſtro tua corpora ferro
Tentemus: capuloq́ tenus demiſit in armos
Enſem fatiferum: cæcamq́ in viſcera mouit,
Verſauitq́ manum: vulnuſq́ in vulnere fecit.

* annoſus.
* Te Cæni feriam. Concubitus cum Neptuno exprobratio.

Ecce ruunt vasto rapidi clamore bimembres:
Telaq́ in hunc omnes vnum mittunt q́, ferunt q́.
Tela retusa cadunt: manet imperfossus ab omni,
Inq́ cruentatus Cæneus Elateius ictu.
Fecerat attonitos noua res. Heu dedecus ingens,
Monychus exclamat: populus superamur ab vno,
Vixq́ viro. quãquam ille vir est: nos segnibus actis
Quod fuit ille sumus. quid mẽbra immania prosũt?
Quid geminæ vires? & quod fortissima rerum
In nobis duplex natura animalia iunxit?
Nec nos matre Dea, nec nos Ixione natos
Esse reor; qui tantus erat, Iunonis vt altæ
Spem caperet: nos semimari superamur ab hoste.
Saxa, trabesq́ super, totosq́ inuoluite montes:
Viuacemq́ animam missis elidite syluis:
Sylua premat fauces: & erit pro vulnere pondus.
Dixit: & insanis deiectam viribus Austri
Fortè trabem nactus, validum coniecit in hostem:
Exemplumq́ fuit: paruoq́ in tempore nudus
Arboris Othrys erat: nec habebat Pelion vmbras.
Obrutus immani cumulo sub pondere Cæneus
Æstuat arboreo: congestaq́ robora duris
Fert humeris, sed enim postquã super ora, caputq́
Creuit onus; nec habet quas ducat spiritus auras;
Deficit interdum: modò se super aëra frustrà
Tollere conatur; iactaq́ euoluere syluas:
Interdumq́ mouet: veluti quam cernimus, ecce
Ardua, si terræ quatiatur motibus, Idæ.
Exitus in dubio est: alij sub inania corpus
Tartara detrusum syluarum mole ferebant.

Cæneus in auem.

Abnuit

Abnuit Amphycides: medioq; exaggere fluuis
Vidit auem pennis liquidas exire ſub auras:
Quæ mihi tunc primũ, tunc eſt conſpecta ſupremũ.
Hanc vbi luſtrantem leni ſua caſtra volatu
Mopſus, & ingenti circum clamore ſonantem
Adſpexit; pariterq; animo eſt, oculiſq; ſecutus:
O ſalue, dixit, Lapithææ gloria gentis
Maxime vir quondã, ſed auis nunc vnica; Cæneu.
Credita res auctore ſuo eſt: dolor addidit iram.
Oppreſſumq; ægrè tulimus tot ab hoſtibus vnum.
Nec prius abſtitimus ferro exercere dolorem:
Quam data pars leto: partem fuga, noxq; remouit.

SAB. IN FAB. IIII. ET V.

MAgnorũ Principum ac fortium virorum colloquia eſſe debent de rebus honeſtis & grauibus. ſunt autẽ honeſtiſſima colloquia de virtute. itaq; finguntur heroës apud Achillem in cõuiuio non habere alios ſermones niſi de memorabilibus factis, cum ait:

Colloquia in conuiuijs qualia debẽt eſſe.

Non illos citharæ, non illos carmina, &c.

Noſtri verò proceres, quando ineunt conuiuia, plerunq; colloquuntur de helluatione, ſcortatione, morbo Gallico, alijſq; rebus turpiſſimis. Hi ſunt enim ſermones, quibus hodie in conuiuijs potiſſimum ſeſe exhilarant.

Annos bis centum, &c.

De lõgæuitate Neſtoris variæ ſunt opiniones: quidam putant illum fuiſſe tantum nonagenarium, definientes ætatem, ſpatium tri-

Neſtor an trecentos annos vixerit.

ginta annorum. Ego verò arbitror Neſtorem reuera tam longæuum fuiſſe: idq; celebratum eſſe a Poëtis, vt rem inprimis memorabilem. non eſt enim rarum fieri nonagenarium, cùm adhuc non pauci reperiantur, qui proſpera valetudine vſque ad centum viginti annos vitam producant. neque eſt incredibile, illis temporibus hominem temperantem, qualis fuit Neſtor, peruenire ad tantam vitæ longitudinem potuiſſe, cùm ex annalibus cõſtet, Ioannẽ Caroli Magni armigerum, Neſtori parem, vixiſſe annos trecentos, cuius longæui hominis meminit Baptiſta Mantuanus libro ſecundo de patientia: meminerunt & multi Annalium ſcriptores, qui eum nominant Iohannem de temporibus.

Da fœmina ne ſim, &c.

Cæneus & alij dicũtur ex fœminis conuerti in mares, cum ex mollibus & ignauis fiant acres & bellicoſi.

Cum ex molli & ignauo adoleſcente Cæneus acer & bellicoſus vir extitiſſet, dedit occaſionem fabulæ, quòd ex fœmina conuerſus eſſet in marẽ. Eſt enim vſitatum vulgò appellare eos fœminas, qui ſunt viris opprobrio. Sic Numanus ille Virgilianus, Troianos vocat fœminas:

O verè Phrygiæ, neq; enim Phryges: ite per alta
Dyndima, vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxuſq; vocat Berecynthia matris
Ideæ: ſinite arma viris & cædite ferro.

Neque alia ratione niſi per opprobrium Cæneus vocatur fœmina, id quod patet ex his verbis,

verbis, quibus Latretus Centaurus eum ita compellat.

Et te Cæni feram, &c.

Inuulnerabilis verò eadē de cauſa fingitur qua Cygnus. Nam aiunt Cæneum fuiſſe rei bellicæ peritum adeò vt cùm plurima prælia feciſſet, nunquam tamen vulneratus ſit.

Nubigenaſq; feros, &c.

Theſſaliæ equites finguntur nubigenæ, propter arces in altiſſimis montibus ſitas, vbi fuerunt geniti: eſt enim Theſſalia regio montoſa. Eodem modò nubigenæ fingi poſſunt apud Germanos equites Franci & Tirolenſes: nam hi quoque in altiſſimis montium iugis gignuntur. Theſſaliæ equites cur fingantur nubiginæ.

Ardet, & ebrietas geminata, &c.

Conuiuium Lapitharum & Centaurorum deteſtatur ebrietatem & cædes quæ ex ebrietate proueniunt. nam ebrietas impellit homines ad quoduis facinus: vt ait Horatius, Ex ebrietate cædes.

In prælia trudit inermem.

Allegatur huius fabulæ exemplum ab eodem Horatio in Odis contra ebrietatem his verſibus:

At ne quis modici, tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper
Debellata mero.

Non diſſimile conuiuium meo tempore actum eſt in finibus Turingiæ & Franciæ, vbi equites ad nuptias inuitati Centauricè à

Conuiuia turbulenta.

à poculis descenderunt ad arma, ipsumq̃ sponsum cum præcipuis affinibus & cognatis trucidarunt. Lucianus describit simile conuiuium, in quo philosophi diuersarũ professionum ad nuptias inuitati, non syllogismis, sed pugnis more Cẽtaurorum & Lapitharum inter se contenderunt.

FABVLA VI.

De Periclymeno in Aquilam, & ab Hercule interfecto.

Hæc inter Lapithas & semihomines Cẽtauros
Prælia Tlepolemus, Pylio referente, dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore:
Atque ait, Herculeæ mirum est obliuia laudis
Acta tibi senior: certè mihi sæpe referre
Nubigenas domitos à se pater ipse solebat.
Tristis ad hæc Pylius, Quid me meminisse malorũ
*Cogis, & obductos animis * rescindere luctus?*
Inq̃ tuum genitorem odium, offensasq̃ fateri?
Ille quidem maiora fide quoque gessit, & orbem
Impleuit meritis, quod vellem posse negare.
Sed neq̃ Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipsum
Hectora laudamus. Quis enim laudauerit hostẽ?
Ille tuus genitor Messenia mœnia quondam
Strauit, & immeritas vrbes Elinq̃, Pylumq̃
Diruit, inq̃ meos ferrum, flammasq̃ penates
Impulit, vtq̃ alios taceam, quos ille peremit.
Bis sex Neleidæ fuimus conspecta iuuentus:
Bis sex Herculeis ceciderunt, ne minus vno,
Viribus, atque alios vinci potuisse ferendum est:
Mira

* restringere, alias rescisscere.

Herculis facinora.

Mira Periclymeni mors est, cui posse figuras
Sumere quas vellet, rursusq; reponere sumptas
Neptunus dederat, Neleï sanguinis autor.
Hic vbi nequicquã est formas variatus in omnes,
Vertitur in faciem volucris, quæ fulmina curuis
Ferre solet pedibus Diuûm gratissima Regi.
*Viribus vsus auis, pennis, rostroq; * redunco,*
Hamatisq; viri laniauerat vnguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos Tirynthius arcus,
Atque inter nubes sublimia membra ferentem,
Pendentemq; ferit, lateri quà iungitur ala.
Nec graue vulnus erat: sed rupti vulnere nerui
Deficiunt, motumq; negant, viresq; volandi.
Decidit in terram non concipientibus auras
*Infirmis pennis: & * quæ leuis hæserat alæ*
Corporis affixi pressa est grauitate sagitta,
Perq; latus summum iugulo est exacta sinistro.
*Num videor debere * tui præconia rebus*
*Herculis, ô Rhodiæ * ductor pulcherrime classis?*
Ne tamen vlterius, quàm fortia facta silendo,
Vlciscar fratres, solida est mihi gratia tecum.
Hæc postquàm dulci Neleïus edidit ore,
A sermone senis repetito munere Bacchi
Surrexêre toris: nox est data cætera somno.

Periclymenus in varias figuras.

Periphrasis aquilæ.

* reducto.

* qua.

* tuis.

* rector.

FABVLA VII.
De morte Achillis.

AT Deus, æquoreas qui cuspide tẽperat vndas,
In volucrẽ corpus nati Scheneleïda versum
Mente dolet patria, sæuumq; perosus Achillem,

Exercet memores plus quàm ciuiliter iras.
Iamq́ ferè tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonsum compellat Smynthea dictis:
A beneuolẽtia exordiũ. *O mihi de fratris longè charissime natis,*
Irrita qui mecum posuisti mœnia Troiæ;
Ecquid, vbi Asiacas casuras aspicis arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cæsa dolet? ecquid (ne persequar omnes)
Hectoris vmbra subit circũ sua Pergama tracti?
*Cur. *Cùm tamen ille ferox, belloq́ cruentior ipso*
Viuit adhuc operis nostri populator Achilles.
Det mihi se, faxo triplici quid cuspide possim
Sentiat. at quoniam concurrere comminus hosti
Non datur, occulta, nec opinum perde sagitta.
Annuit, atque animo pariter patruiq́, suoq́
Delius indulgens, nebula velatus in agmen
Peruenit Iliacum, mediaq́ in cæde virorum
Rara per ignotos spargentem cernit Achiuos
Tela Parin: fassusq́ Deum, Quid spicula perdis
Sanguine plebis? ait: si qua est tibi cura tuorum,
*læsosque. *Vertere in Æaciden, *cæsosq́ vlciscere fratres.*
Dixit, & ostendens sternentem Troïca ferro
Corpora Peliden, arcus obuertit in illum,
Certaq́ letifera direxit spicula dextra.
Quo Priamus gaudere senex post Hectora posset,
Apostrophe ad Achillem. *Hoc fuit. Ille igitur tantorum victor Achille*
Victus es à timido Graiæ raptore maritæ.
At si fœmineo fuerat tibi Marte cadendum,
Thermodoontiaca malles cecidisse bipenni.
Achillis mors. *Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi*

Nominis

Nominis Æacides, caput insuperabile bello
Arserat: armârat Deus idem, idemq; cremârat.
Iam cinis est, & de tam magno restat Achille
Nescio quid, paruũ quod non bene compleat vrnã.
At viuit, totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi mensura viro respondet, & hæc est
Par tibi Pelide, nec inania Tartara sentit.
Ipse etiam, vt cuius fuerit cognoscere posses,
Bella mouet clypeus, deq; armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oileus Aiax,
Nonminor Atrides, non bello maior, & æuo,
Poscere, non alij. soli Telamone creato
Laërteq; fuit tantæ fiducia laudis.
A se Tantalides, onus, inuidiamq; remouit.
Argolicosq; duces medijs considere castris
Iussit, & arbitrium litis traiecit in omnes.

SAB. IN FAB. VII.

HAEc carmina vsurpari possunt vice prouerbij in admonitione ad principes, qui bellicam gloriam expetunt, vt intermissis bellis ciuilibus & plebeis, acquirant victoriam non ex cęde miserorum ciuium & rusticorum, sed ex bello aduersus Turcam pro gloria Dei & defensione Ecclesiæ susceptо. Hoc nimirũ est verti in AEaciden.

Principes acquirant gloriam ex hostibus, non ex ciuibus.

Ille igitur tantorum victor, &c.

Locus communis de vsitato heroum interitu: sæpissimè enim accidit vt fortissimi quique ab ignauissimis fraude interficiantur. Sic

Sæpe fortissimi heroes ab ignauis dolo interficiũtur.

Scipio Africanus, sic Pompeius Magnus, sic Iulius Cæsar, multique alij perempti sunt. Fertur autem Achilles insidiosè occisus à Paride in templo Apollinis: nam cum illuc veniisset in colloquium cum Andromache Hectoris vxore, de Polixena in matrimonium ducenda, ex insidijs interfectus est telo Paridis, qui se in templo occultauerat. Et hinc conficta est fabula de Apolline exhortante Paridem, ac telum dirigente in Achillem.

Iam cinis est, & de tam magno restat, &c.

Omnia præter gloriam sunt caduca.

Alius locus communis de gloria, præter quam omnia in hoc mundo sunt caduca. Hæc enim sola est immortalis: cætera verò omnia, quantumuis magna, intereunt. Sunt igitur digni obseruatione illi versus.

Iussit, & arbitrium litis, &c.

In grauibus & odiosis cõtrouersijs quomodo se gerere debeant principes.

Exemplum quo admonentur principes, quomodo in grauibus & odiosis controuersijs se gerere debeant, vt inuidiam & offensiones declinent: nempe ita, vt legitimo iudicio controuersias dijudicandas permittant: nec arbitrium litis sibi vendicent.

P. OVI.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER XIII.

FABVLA I.

De contentione inter Aiacem & Vlyssem: & de Aiacis cruore in hyacynthum.

Consedere duces, & vulgi stante corona
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Aiax:
Vtq; erat impatiens iræ, Sigeïa toruo
Littora conspexit, classemq; in littore, vultu:
Intendensq; manus, Agimus, prô Iupiter, inquit,
Ante rates causam, & mecum confertur Vlysses?
At non Hectoreis dubitauit cedere flammis,
Quas ego sustinui, quas hac à classe fugaui.
Tutius est igitur fictis contendere verbis,
Quã pugnare manu, sed nec mihi dicere promptũ,
Nec facere est isti: quantumq; ego marte feroci,
Inq; acie valeo, tantum valet iste loquendo.
Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,
Esse reor (vidistis enim) sua narret Vlysses,
Quæ sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.

Aiacis in cõcione Græcorũ oratio.

Præmia magna peti fateor: sed demit honorem
Æmulus Aiaci. non est tenuisse superbum,
Sit licet hoc ingens, quicquid sperauit Vlysses.
Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius;
Quòd cum victus erit, mecum certasse feretur.
Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem, Telamone creatus,
Mœnia qui forti Troiana sub Hercule cepit,
Littoraq; intrauit Pagasæa Calcha carina.
AEacus iudex inferorum. *Æacus huic pater est, qui iura silentibus illic*
Reddit, vbi Æoliden saxũ graue Sisyphon vrget.
Æacon agnouit summus, prolemq; fatetur
Iupiter esse suam. Sic à Ioue tertius Aiax.
Nec tamen hæc series in causam profit Achiui,
Si mihi cum magno non sit communis Achille.
Originis turpitudinem apertè Vlysſi obijcit. *Frater erat, fraterna peto. Quid sanguine cretus*
Sisyphio, furtisq;, & fraude simillimus illi
Inseris Æacidis aliena nomina gentis?
An quod in arma prior, nulloq; sub indice veni,
Arma neganda mihi? potiorq; videbitur illis,
Vltima qui cepit, detrectauitq; furore
Militiam ficto: donec solertior isto,
Et sibi inutilior, timidi commenta retexit
Palamedes Nauplij filius. *Naupliades animi, vitataq; traxit ad arma?*
Optima nunc sumat, qui sumere noluit vlla:
Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi,
Ironia indignationis plena. *Obtulimus, quia nos ad prima pericula simus?*
Amplificatio miseriarum Philoctetæ. *Atq; vtinã aut verus furor ille, aut creditus esset,*
Nec comes hic Phrygias vnquã venisset ad aroes
Hortator scelerum. non te Pœantia proles

Exposi-

Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet:
Qui nũc (vt memorãt) sylvestribus abditus antris
Saxa moues gemitu, Laertiadą precaris
Qua meruit: quæ (si Dij sunt) non vana precaris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma,
Et pars una ducum, quo successore sagittæ
Herculis vtuntur, fractus morboą, fameą
Venaturą, aliturą auibus, volucresą petendo
Debita Troianis exercet spicula fatis.
Ille tamen viuit, quia non comitatur Vlyssem.
Vellet & infelix Palamedes esse relictus:
Viueret, aut certè lethum sine crimine haberet.
Quem malè conuicti nimium memor iste furoris
Prodere rem Danaũm finxit, fictumą probauit Palamedis cædes. Virg. 2. AEneid. Homerus. 8. Iliad.
Crimen, & ostendit, quod iam præfoderat, aurum.
Ergo ant exilio vires subduxit Achiuis,
Aut nece: sic pugnat, sic est metuendus Vlysses.
Quilicet eloquio fidum quoque Nestora vincat,
Haud tamen efficiet desertum vt Nestora crimen
Esse reor nullum, qui cum implor aret Vlyssem
Vulnere tardus equi, fessusą senilibus annis,
Proditus à socio est. Non hæc mihi crimina fingi,
Scit benè Tydides, qui nomine sæpe vocatum
Corripuit, trepidoą fugam exprobrauit amico.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.
En eget auxilio, qui non tulit: vtą reliquit,
Sic linquendus erat. Legem sibi dixerat ipse.
Conclamat socios: adsum, videoą trementem
Pallentemą metu, & trepidantem morte futura,
Oppositi molem clypei, texiąiacentem,

Seruauiq; animã (minimũ est hoc laudis) inertem.
Si perstas certare, locum redeamus ad illum.
Redde hostes, vulnusq; tuum, solitumq; timorem,
Post clypeumq; late, & mecum contende sub illo.
At postquam eripui, cui standi vulnera vires
Epiphonema. *Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.*
Hector adest, secumq; Deos in prælia ducit:
Quaq; ruit, non tu tantùm terreris Vlysse,
Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
Hunc ego sanguineæ successu cædis ouantem
Eminus ingenti resupinum pondere fudi.
Hunc ego poscentem, cum quo concurreret, vnus
Sustinui, sortemq; meam vouistis Achiui:
Et vestræ valuêre preces. Si quæritis huius
Fortunam pugnæ, non sum superatus ab illo.
Ecce ferunt Troës, ferrumq;, igneq;, Iouemq;
Solus Aiax classem Græcorum ab hostium ignibus protexit. Homer. 15. Iliad. circa finem. *In Danaas classes: vbi tunc facundus Vlysses?*
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem vestri reditus. Date pro tot nauibus arma.
Quòd si vera licet mihi dicere, quæritur istis
Quam mihi, maior honos: coniũctaq; gloria nostra
Atq; Aiax armis, non Aiaci arma petuntur. (est.
Palladium, quod cum Diomede rapuit, cæsis summę custodibus arcis. Virg. 2. AEneid. *Conferat his Ithachus Rhesum, imbellẽq; Dolona,*
Priamidenq; Helenũ rapta cum Pallade captum.
Luce nihil gestum est, nihil est Diomede remoto.
Si semel ista datis meritis tam vilibus arma,
Diuidite & pars sit maior Diomedis in illis.
Arma Achillis incommodo futura Vlissi ostendit. *Quòd tamẽ hæc Ithaco, qui clã, qui semper inermis*
Rem gerit, & furtis incautum decipit hostem?
Ipse nitor galeæ claro radiantis ab auro

Insidias

Insidias prodet, manifestabitque latentem.
Sed neque Dulichius sub Achillis casside vertex
Pondera tanta feret, nec non onerosa, grauisque
Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.
Nec clypeus vasti calatus imagine mundi
Conueniet timidæ, nataque ad furta sinistræ.
Debilitaturum quid te petis improbe munus?
Quod tibi si populi donauerit error Achiui,
Cur spolieris erit, non cur metuaris ab hoste.
Et fuga, qua sola cunctos timidissime vincis,
Tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.
Adde, quòd iste tuus tam rarò prælia passus
Integer est clypeus: nostro qui tela ferendo
Mille patet plagis, nouus est successor habendus.
Deniq; quid verbis opus est? spectemur agendo.
Arma viri fortis medios mittantur in hostes:
Inde iubete peti, & referentem ornate relatis.
Finierat Telamone satus. vulgiq; secutum
Vltima murmur erat: donec Laertius heros
Astitit, atq; oculos paulùm tellure moratos
Sustulit ad proceres, expectatoq; resolut
Ora sono: neq; abest facundis gratia dictis.
Si mea cum vestris valuissent vota Pelasgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres:
Tuq; tuis armis, nos te poterimur Achille.
Quem, quoniam non a qua mihi, vobisq; negârunt
Fata (manuq; simul veluti lachrymantia tersit
Lumina) quis magno melius succedat Achilli,
Quàm per quē magnus Danais successit Achilles?
Huic modò ne prosit, quòd, vt est, hebes esse videtur

Descriptio clypei Achillis est apud Ho. Ilia. 18.

Oratio Vlissis Apostrophe ad Achillem.

Aduersarium perstringit.

Néue mihi noceat, quod vobis semper Achiui
Profuit ingenium: meaq́ hæc facundia, siqua est,
Quæ nunc pro domino, pro vobis sæpe locuta est,
Inuidia careat: bona nec sua quisq́ recuset.
Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco. sed enim quia rettulit Aiax
Esse Iouis pronepos, nostri quoq́ sanguinis autor
Iupiter est, totidemq́ gradus distamus ab illo.

*Acrisius.

*Nam mihi Laërtes pater est, * Arcesius illi,*
Iupiter huic: neq́ in his quisquã dãnatus, & exul.

*Nam Anticlea Autolici F. Mercurij N. erat. Peleum, Achillis patrẽ notat, qui fratre occiso, in exilium ab Aeaco parte pulsus est.

Est quoq́ per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus est in vtroq́ parente.
Sed neq́ materno, quòd sum generosior ortu,
Nec mihi, quòd pater est fraterni sanguinis insons,
Proposita arma peto, meritis expendite causam.
Dummodo quòd fratres Telamõ, Peleusq́ fuerũt,
Aiacis meritum non sit: nec sanguinis ordo
Sed virtutis honor spoliis quæratur in istis.
Aut si proximitas, primusq́ requiritur hæres,
Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi,
Quis locus Aiaci? Phthiã hæc, Scyrónue ferãtur.
Nec minùs est isto Teucer patruelis Achilli:

*non sperat vt auferat arma.

*Non petit ille tamen: * num, si petat, auferat illa?*
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur,
Plura quidem feci quàm quæ comprendere dictis
In promptu mihi sit: rerum tamen ordine ducar.

*Thetis. Orditur à fructibus suæ eloquentiæ.

*Præscia venturi genitrix * Nereïa lethi*
Dissimulat cultu natum: & deceperat omnes,
In quibus Aiacem, sumptæ fallacia vestis.
Arma ego fœmineis, animum motura virilem,

Mer-

Mercibus inſerui: neq; adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus, cùm parmam, haſtamq; tenẽti
Nate Dea dixi, tibi ſe perituraq; ſeruant
Pergama: quid dubitas ingentem euertere Troiã?
Iniecíq; manum, fortemq; ad fortia miſi.
Ergo opera illius, mea ſunt, ego Telephon haſta — A cauſa enim effectus ſeparari non poteſt.
Pugnantem domui, victum, orantemq; refeci.
Quòd Thebæ cecidêre meũ eſt: me credite Lesbõ,
Me Tenedon, Chryſẽq;, & Cillã Apollinis vrbes,
Et Syron cepiſſe: mea concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſſia mœnia dextra.
Vtq; alios taceam, qui ſæuum perdere poſſet
Hectora nempe dedi: per me iacet inclytus Hector.
Illis hæc armis, quibus eſt inuentus Achilles, — Hectoris interritus.
Arma peto: viuo dederam, poſt fata reposco.
Vt dolor vnius Danaos peruenit ad omnes,
Aulidaq; Euboïcam complerunt mille carinæ,
Expectata diu nulla, aut contraria claſſi
Flamina erant: duraq; iubent Agamẽnona ſortes
Immeritam ſæuæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor, Diuiſq; iraſcitur ipſis.
Atq; in rege tamen pater eſt. Ego mite parentis — Liber. 12. fa. 1 Iphigenia immolata.
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Nunc equidem fateor: faſſoq; ignoſcat Atrides,
Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſam.
Hunc tamen vtilitas populi, frater q;, datiq;
Summa mouet ſceptri, laudẽ vt cũ ſanguine penſet — Sc. Iphigeniæ *oranda.
Mittor & ad matrem, quæ non hortanda, ſed aſtu
Decipienda fuit. quòſi Telamonius iſſet,
Orba ſuis eſſent etiam nunc lintea ventis.

Mittor & Iliacas audax orator ad arces,
Visaq́, & intrata est altæ mihi curia Troiæ:
Plenaq́, adhuc erat illa viris. interritus egi,
Legatio Vlissis ad Priamum.
Quam mihi mãdarat communis Græcia causam:
Accusoq́ Parim, prædamq́, Helenamq́ reposco,
Et moueo Priamum. Priamoq́ Antenora iunctũ.
At Paris, & fratres, & qui rapuêre sub illo,
Vix tenuêre manus (scis hæc Menelâe) nefandas:
Primaq́ lux nostri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora est, quæ consilioq́, manuq́
Vtiliter feci spatiosi tempore belli.
Post acies primas vrbis se mœnibus hostes
Continuêre diu: nec aperti copia Martis
Vlyssis prudentiæ fructus.
Vlla fuit: decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea, qui nil, nisi prælia, nosti?
Quis tuus vsus erat? nam si mea facta requiris,
Hostibus insidior: fossas munimine cingo:
Consolor socios, vt longi tædia belli
Mente ferant placida: doceo quo simus alendi,
Armandiq́ modo: mittor, quò postulet vsus.
Aliud commemorat in Græcos meritum, Sc. Ioue.
Ecce Iouis monitu deceptus imagine somni
Rex iubet incœpti curam dimittere belli.
Ille potest autore suam defendere vocem:
Non sinat hoc Aiax, delendaq́ Pergama poscat,
Ironia, qua significat Aiacem nulla præditum eloquentia, illud prohibere non potuisse.
Quodq́ potest, pugnet: cur non remoratur ituros?
Cur nõ arma capit? det, quod vaga turba sequatur.
Non erat hoc nimium, nunquã nisi magna loquẽti.
Quid, quòd & ipse fugit? vidi, puduitq́ videre,
Cùm tu terga dares, inhonestaq́ vela parares.
Nec mora, Quid facitis? quæ vos dementia, dixi,

Concitat,

Concitat, ô ſocij captam dimittere Troiam?
Quídue domum fertis decimo, niſi dedecus, anno?
Talibus, atq; aliis, in quæ dolor ipſe diſertum
Fecerat, auerſos profuga de claſſe reduxi.
Conuocat Atrides ſocios terrore pauentes,
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quicquam
Audet: & auſus erat reges inceſſere dictis
Therſites, etiam per me haud impunè proteruus. Sceptro ab Vlyſſe perculſus.
Erigor, & trepidos ciues exhortor in hoſtes,
*Amiſſamq; mea virtutem voce *repoſco.* *refundo.
Tempore ab hoc, quodcunq; poteſt feciſſe videri
Fortiter iſte, meum eſt, qui dantem terga retraxi.
Deniq; de Danaïs quis te laudátue, petítue?
At ſua Tydides mecum communicat acta,
Me probat, & ſocio ſemper confidit Vlyſſe.
Eſt aliquid, de tot Graiorum millibus vnum Vlyſſis fortiter geſta.
A Diomede legi: nec me ſors ire iubebat.
Sed tamen & ſpreto noctiſq;, hoſtiſq; periclo
Auſum eadem, quæ nos, Phrygia de gente Dolona
Interimo, non antè tamen, quàm cuncta coëgi
Prodere, & edidici, quid perfida Troia pararet. Metonimia.
Omnia cognoram, nec quid ſpecularer habebam:
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti.
Haud contentus eo, petij tentoria Rheſi, Rheſus ab Vlyſſe interfectus.
Inq; ſuis ipſum caſtris, comiteſq; peremi:
Atq; ita captiuo victor, votiſq; potitus,
Ingredior curru lætos imitante triumphos.
Cuius equos pretium pro nocte poposcerat hoſtis, Ironicos.
Arma negate mihi: fuerit q; benignior Aiax.
Quid Lycij referam Sarpedonis agmina ferro Sarpedon.

Deuastata meo? cum multo sanguine fudi
Cæranon, Iphitidenq3, Alastoraq3, Chromiumq3,
Alcandrũq3. Haltumq3, Noëmonaq3. Pranimq3:
Exitioq3 dedi cum *Cherſidamante Thoona.*
Et Charopen, fatiſq3 immitibus *Eunomon actum:*
Quiq3 minus celebres noſtra ſub mœnibus vrbis
Procubuere manu. ſunt & mihi vulnera, ciues,
Ipſo pulchra loco: nec vanis credite verbis:
Aſpicite, en (veſtemq3 manu deduxit) & hæc ſũt
Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in ſocios. & habet ſine vulnere corpus.
Quid tamen hoc referat, ſi ſe pro claſſe Pelaſga
Arma tuliſſe refert contra Troaſq3, Iouemq3?
Conſiteorq3, tulit. neq3 enim benefacta malignè
Detrectare meum eſt: modò ne communia ſolus
Occupet, atq3 aliquem vobis quoq3 reddat honorẽ.
Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis
Troas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam Hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat, oblitus regiſq3, duciſq3, meiq3,
Nonus in officio, & prælatus munere ſortis.
Sed tamen euentus veſtræ, fortiſſime, pugnæ
Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.
Me miſerum, quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius, quo Graiũm murus Achilles
Procubuit! nec me lachrymæ, luctuſq3, timorq3
Tardarunt, quin corpus humo ſublime referrẽ (lis
His humeris: his, inquã, humeris ego corp° Achil-
Et ſimul arma tuli, quæ nunc quoq3 ferre laboro.

* Pheridamante.
* Ennomon.

Homerus Illiad. 16.

Ironicõs.

Metaphora qua maximè Achilles commendatur.

Confutatio argumenti Aiacis, qui

Sunt

Sunt mihi, quæ valeant in talia pondera, vires:
Est animus certè vestros sensurus honores.
Scilicet idcirco pro nato cærula mater
Ambitiosa suo fuit, vt cœlestia dona
Artis opus tantæ, rudis, & sine pectore miles
Indueret? neq; enim clypei cælamina nouit
Oceanum & terras, cumq; alto sidera cælo,
Pleïadasq;, Hyadasq;, immunẽq; aquoris Arcton,
Diuersasq; vrbes: nitidumq; Orionis ensem.
Postulat vt capiat, quæ non intelligit, arma.
Quid, quod me duri fugientem munera belli
Arguit incepto serum accessisse labori?
Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli?
Si simulasse vocas crimen, simulauimus ambo.
Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo.
Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem:
Primaq; sunt illis data tempora, cætera vobis.
Haud timeo, si iam nequeam defendere crimen
Cum tanto commune viro. deprensus Vlysses
Ingenio tamen ille, at non Aiacis Vlysses.
*Néue in me stolidæ conuitia *fundere linguæ*
Admiremur eum: vobis quoq; digna pudore
Obiecit. an falsò Palamedem crimine turpe est
Accusasse mihi, vobis damnasse decorum?
Sed neque Naupliades facinus defendere tantum,
Tamq; patens valuit: nec vos audistis in illo
Crimina: vidistis, pretio quæ obiecta patebant.
Nec Pœantiaden, quod habet Vulcania Lemnos
*Esse reus merui: *crimen defendite vestrum*
(Consensistis enim) nec me suasisse negabo,

dixerat, inutilia Vlyssi arma, quòd ea gestare non posset.

Aiacem in odium adducit.

* reddere. Enthymemate ostendit non minus principibus turpe fuisse Palamedem damnare quam sibi accusare.

* factum.

Vt se subtraheret belliq; viaq; labori,
Tentaret q; feros requie lenire dolores.*
Paruit, & viuit. non hæc sententia tantùm est
Fida, sed & felix, cùm sit, facit esse fidelem.
Quem, quoniam vates delẽda ad Pergama poscũt,
Ne mandate mihi: melius Telamonius ibit.
Eloquioq; virum, morbisq; iraq; furentem
Molliet, aut aliqua perducet callidus arte.
Antè retrò Simois fluet, & sine frondibus Ide
Stabit, & auxilium promittet Achaïa Troiæ,
Quàm cessante meo pro vestris pectore rebus
Aiacis stolidi Danais solertia prosit.
Sis licet infestus socijs, regiq;, mihiq;
Dure Philoctete, licet execrere meumq;
Deuoueas sine fine caput, cupiasq; dolenti
Me tibi fortè dari, nostrumq; haurire cruorem,
Vtq; tui mihi, sic fiat tibi copia nostri:
Te tamen aggrediar, mecumq; reducere nitar:
Tamq; tuis potiar (faueat fortuna) sagittis,
Quàm sum Dardanio, quem cepi, vate potitus;
Quàm responsa Deûm, Troianaq; fata retexi,
Quàm rapui Phrygiæ signum Penetrale Minerua
Hostibus è medijs: & se mihi comparat Aiax!*
Nempe capi Troiam prohibebant fata sine illo.
Fortis vbi est Aiax? vbi sunt ingentia magni
Verba viri? cur hîc metuit? cur audet Vlysses
Ire per excubias, & se committere nocti?
Perq; feros enses, non tantùm mœnia Troiæ*
Verùm etiam summas arces intrare, suaq;
Eripere ædæ Deam, raptámq; efferre per hostes?

finire.

Troûm.

Apostrophe ad Philoctetem.

Alludit ad fabulam Sophoclis.

Periphrasis Heleni vatis egregij, de quo Vir. 1. AEn.

conferat.

Qua

Quæ niſi feciſſem, fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet læua taurorum tergora ſeptem.
Illa nocte mihi Troiæ victoria parta eſt:
Pergama tunc vici, cùm vinci poſſe coëgi.
Deſine Tydiden vultuq3, & murmure nobis
Oſtentare meum: pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu cùm ſocia clypeum pro claſſe tenebas,
Solus eras: tibi turba comes, mihi contigit vnus.
Qui niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe, nec indomitæ deberi præmia dextræ,
*Ipſe quoq3 hæc peteret, peteret moderatior * Aiax,* * Oileus.
Eurypyluſq3 ferox, claroq3 Andremone natus, Periphraſis Thoantis, qui cum quadraginta nauibus ad Bellũ Troianum profectus eſt.
Nec minus Idomeneus, patriaq3 creatus eadem
Meriones, peteret maioris frater Atridæ.
Quippe manu fortes (nec ſunt tibi Marte ſecũdi)
Conſiliis ceſſere meis. tibi dextera bello
Vtilis: ingenium eſt, quod eget moderamine noſtro.
Tu vires ſine mente geris: mihi cura futuri eſt.
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
*Eligit Atrides: tu tantùm corpore * prodes,* * polles.
Nos animo, quantoq3 ratem qui temperat, anteit
Remigis officium, quanto eſt dux milite maior,
** Tantò ego te ſupero: nec non in corpore noſtro* * Tantum.
Pectora ſunt potiora manu: vigor omnis in illis.
At vos, ô proceres, vigili date præmia veſtro,
Próq3 tot annorum curis, quas anxius egi,
Hunc titulum meritis penſandum reddite noſtris.
Iam labor in fine eſt: obſtantia fata remoui:
Altaq3 poſſe capi faciendo, Pergama cepi.
Per ſpes nunc ſocias, caſuraq3 mœnia Troum,

Perq; Deos oro, quos hosti nuper ademi,
Per, si quid supereſt, quod ſit ſapienter agendum,
Si quid adhuc audax, ex præcipitiq; petendum eſt,
Si Troiæ fatis aliquid reſtare putatis,
Eſte mei memores: aut ſi mihi non datis arma,
Huic date. & oſtendit ſignum fatale Mineruæ.
Mota manus procerũ eſt: & quid facũdia poſſet,
* Re. ** Tum patuit: fortiſq; viri tulit arma diſertus.*
Hectora qui ſolus, qui ferrum, ignemq;, Iouemq;
Suſtinuit toties, vnam non ſuſtinet iram:
Inuictumq; virum vicit dolor. arripit enſem:
Et meus hic certè eſt: an & hũc ſibi poſcit Vlyſſes?
Hoc, ait, vtendum eſt in me mihi: quiq; cruore
Sæpe Phrygũ maduit, domini nunc cæde madebit,
Nec quiſquam Aiacem poſſit ſuperare, niſi Aiax.
Dixit: & impectus tum demum vulnera paſſum,
Aiax in gladium ſponte incumbit. *Quà patuit ferro, lethalem condidit enſem.*
Nec valuêre manus infixum educere telum:
Expulit ipſe cruor: rubefactaq; ſanguine tellus
Purpureum viridi genuit de cæſpite florem,
Aiacis cruor in Hyacinthũ *Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.*
Littera communis mediis pueroq;, viroq;
Inſcripta eſt foliis, hæc nominis, illa querelæ,

SAB. IN FAB. I.

Consilium & eloquentia plus afferunt vtilitatis quã arma.

AIacis & Vlyſſis contentio de armis, ſumpta eſt ex Euripidis Helena. ibi enim fit eius mentio à Teucro commemorante caſum ſui fratris. ac videtur conficta ad imminuendã eorum opinionem, qui arbitrantur nullam eſſe vir-

se virtutem admiratione & honore dignam, nisi fortitudinem decertandi. Multi. n. sic habent persuasum, bellatores anteceilere omnibus hominum ordinibus, magisque necessarios esse Reipublicæ quàm viros eloquentia, consilio & eruditione præstantes. Nec dubium est plurimos olim fuisse & Athenis & Romæ hac opinione inflatos, qui occasionem huic figmẽto prębuerint. Tractatur igitur hac contentione locus communis, quem Cicero tractat in 1. Officiorum vbi disputat, res vrbanas præstantiores esse bellicis, cùm inquit:

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Discrimen inter Aiacis orationem & Vlyssis.

Sed Ouidius longè illustrius quàm Cicero hunc locum explicat, proponens ob oculos duorum principum contentionem, quorum alter animi & corporis viribus, alter eloquentia & consilio excellit: quodq; mirificam habet gratiam, vtrique personæ affingit pro decoro orationem aptam & moribus conuenientem. Aiacis oratio est militaris, incitata, plena iactantiæ, plena indignationis: E contrà Vlyssis oratio est vrbana & oratoria, & quodammodo etiam veteratoria. Ille enim iactatorem, hic simulatorẽ refert: & quã ille insolenter, tã modestè hic causam suam agit. Ambę verò orationes pertinẽt ad statũ iuridicialẽ: est. n. disputatio, vtri iure debeantur arma. Sed vtrinq; sumuntur argumenta à persona, cuius dignitas ducitur ex genere Demonstratiuo,

à nobilitate parentum, & magnitudine rerum geſtarum.

Aiacis oratio & argumenta.

Aiax pro decoro militari vtitur exordio acri & abrupto. Orditur autem à re preſenti: nam cum eo in loco cauſa ageretur, vnde conſpicere poſſet claſſem Græcorũ, quam paulò antè ſua virtute ſeruauerat, arripit hinc exordium, conquerens nihil eſſe indignius, quàm eo loco, vbi non ita pridem ipſe omnium fortiſſimè pugnaſſet, ac claſſem ab impetu & incendio hoſtili defendiſſet, nunc in dubium vocari ſuam virtutem, ſeque conferri cum Vlyſſe homine loquaci & imbecilli: qui cum defendendi eſſent ſocij, defendenda eſſent caſtra, eo ipſo loco aciem deſeruiſſet. Deinde argumentatur in hunc modum: Achillis arma iure deberi vel hæredi, vel præſtantiori. Se verò Achillis eſſe patruelem, & Vlyſſe præſtantiorem, tùm nobilitate, tum virtute: Ergò ſibi iure deberi. Minorem probat, primùm ſerie maiorum: deinde narratione & enumeratione rerum à ſe geſtarum: rationemque ſumptam à propinquitate & ſplendore natalium amplificat collatione familiæ. Prius verò quàm exponat ſua merita, commemorat Vlyſſis turpiter facta: nempe Philoctetem per ſcelus ab illo relictum in itinere: Palamedem virum præſtantiſſimum eiuſdem criminatione, dolo & inuidia circumuentum: Neſtorem in acie deſertum. Poſtea iactat ſua facinora, videli-

videlicet se protexisse suo clypeo Vlyssem hostibus cinctum: se prohibuisse incendium à classe: opposuisse se Hectori igni & ferro grassanti. His factis è regione confert res Vlyssis, quas odiosè extenuat. Postremò argumẽtatur à Clypei magnitudine & splendore, quod Vlyssi viro ad insidias nato talis clypeus minimè conueniat. Ac quemadmodum in exordio per indignationem se vultu & manibus iactat, ita & in fine orationis ostendit signum animi acris & indignantis, vbi pro decoro fingitur vti hoc colore rhetorico, seu potius militari, ex consequentibus;

Deniq; quid verbis opus est? &c.

Aiacis oratio horrida si cũ Vlyssis comparetur.

Hæc est summa prioris orationis, quæ etsi est diserta, tamen ad posteriorem collata, videtur quodammodo horrida & inculta. Nam Vlyssea oratio est adeò oratoria vt nesciam an Demosthenes vel Cicero in hac causa disertiorem habere potuisset. Seneca scribit Ouidium contendisse cum eloquentissimis declamatoribus sui temporis tractando hoc ipso argumẽto de iudicio armorum: vnde non dubium est has orationes summo studio & iudicio elaboratas esse.

Ouidius quãtus artifex.

Exordium orat. quale esse debet.

Porrò initio dicendi non properandum Oratori, sed paululum commorandum est, quemadmodum Cicero & Quintilianus docent. mora enim & expectationem auditorum excitat, & verecundiæ speciem ha-

bet. Itaq; in Vlysse, vt in oratore, depingitur alius gestus, & habitus, quàm in Aiace. Fingitur enim Vlysses antequàm initium dicendi faciat, stare cogitabundus, oculis in terram defixis.

Astitit, atq; oculos paulum &c.

Estque hic locus de Vlysse terram intuente sumptus ex tertio Iliados:

At verò prudens erectus Vlysses
Stetit, oculos præ pudore habẽs in terrã defixos.

Dispositio & Paraphrasis orationis Vlyssææ.

Exordium ex ipsa causa, ab affectu, quo captat principum beneuolentiam, à persona Achillis, quem ostendit esse causam huius contentionis.

Si quid meæ præces vestris coniunctæ apud Deos immortales Græci valuissent, nihil hac controuersia nunc opus esset. Nam & Achilles adhuc viuus suis armis potiretur: & nos egregia eius virtute frueremur. At cùm iniquitate fati (idque sine lachrymis effari nequeo) ille mihi pariter & vobis ademptus est, ecquis in possessione armorum tanto viro hæres succedet iustius, quàm is cuius ipse opera ad societatem huius belli accessit?

Huic modo ne prosit, quod, vt est, &c.

Inuersio Ironiæ, qua Aiax initio orationis suæ contumelioſè de Eloquentia loquitur, cùm ait:

Tutius est igitur fictis &c.

Cum verò eloquentia, vt probrum mihi obijciatur,

atur, initio orationis meæ peto, ne huic, qui ad arma tantùm promptus, alioqui hebes est, nihilq; vtilitatis vel oratione vel consilio vobis vnquam attulit, ipsa stupiditas prosit: neue mihi obsit hæc (si quæ est) facultas dicendi, qua nunc meam causam ago, & semper communi commodo atque vtilitati vestræ seruiui.

Nam genus, & proauos, &c.

Refutatio argumenti de nobilitate generis, in qua Vlysses callidè & prudenter dissimulat ea, que sibi ab Aiace obiecta sunt de Anticlea matre a Sisypho stuprata. Vicissim autẽ obijcit ei patruum propter fraternã cædẽ exilio mulctatum. Qua in re obseruat præcepta, quibus Rhetores docent, obiecta crimina, si palàm negari aut commodè refutari nequeant, esse dissimulanda silentio: Confutationis tamen loco similiter aliquid probri aduersario obijciendum quod eum rursus pungat, & apud auditores in contemptum adducat.

Obiecta crimina si negari aut refutari nequeunt silentio sunt dissimulanda.

Liceat igitur mihi, quod necessitas postulat commemorare, quibus rebus alter alteri præstet, & absque inuidia gloriari bonis, quæ propriè nostra dicuntur. Nam Aiax dum natalibus & maiorum imaginibus gloriatur, non suis, sed fortunæ bonis se iactat. Si quid tamen nobilitate generis, vnde nihil solidæ & veræ laudis nobis accedit, gloriandum est, ego quoque gloriari possum, me Iouis pronepotem esse.

Laërtem enim patrem habeo: Laertes Arcesium: Hic Iouem. Néque vllus scelere contaminatus, & in exilium eiectus reperitur in mea familia paterna, vt in Aiacis. Auget quoque nobilitatem meam ipsa mater, quam Mercurij neptem esse constat: atque ita vtrumque parentem diis genitum habeo. Sed quoniam (vt dixi) hæc bona fortunæ potius, quàm nostra sunt, nihil in hac causa valeat, quod materno genere sum nobilior: quod in mea familia paterna nullus fratricida habetur. Quare omni nobilitate generis excluſa, ſolis in Rempublicam meritis cauſam expendite.

Dummodo quòd fratres Telamon, &c.

Refutatio argumenti de cognatione & iure hæreditario.

Deinde ſi in hoc negocio vbi non de natalibus, ſed de meritis contentio eſt, tanquàm in adeunda hæreditate propinquitas valeret, hæc arma non Aiaci, ſed Pyrrho filio Achyllis, iure deberentur. Si verò is non relictus eſſet hæres, Peleo Achyllis patri qui adhuc viuit, hæreditas obueniret. Videte ergò quàm impudenter faciat Aiax, qui cum non ſit gradu proximus, tamen hæreditario iure audet arma poſtulare. Quid dicam de Teucro ipſius fratre germano? cur eandem hæreditatem non petit? Eſt enim Achilli non minus cognatione patruelis, quàm ipſe Aiax. Sed ideo non petit, quia intelligit ea ſibi nullo propinquitatis iure deberi.

Ergo

Ergo operum quoniam nudum, &c.

Concluſio qua præparat aditum ad narrationem ſuorum meritorum in Rempublicam.

Itaq; cum in hac cauſa neque nobilitas, neq; cognatio, ſed ſola vtriuſq; virtus & merita ſpectanda ſint, ego paucis attingam nec ſingula, ſed præcipua, quæ pro communi exercitus ſalute in hoc bello peregi.

Præſcia venturi genitrix Nereïa lethi, &c.

Inchoat narrationem ab Achille adducto, colligens omnia eius facta ſibi aſcribenda eſſe: ſe enim horum fuiſſe cauſam.

Ac primum (vt ordinem rerum in narrando ſequar) ſcitis quanta cura & ſollicitudine Thetis mater Achillem filium cuſtodierit, ne in expeditionem hanc proficiſceretur, quam ex oraculo prænouerat ei fatalem eſſe. Abdidit eum in Gynæcium regis Lycomedis, vbi inter puellas veſtitu muliebri lateret. Cum verò à vobis deſideraretur, eſſetq; obſcurum, vbinam delite ſceret, quáue ratione poſſet inueniri, ego dedi operam, vt inueſtigarem, vbi verſaretur. cumq; exploraſſem eum occultari in Scyro inſula, clam illuc profectus ſum, allatis mecum varijs mercibus, quibus & puellæ & iuuenes delectantur. His expoſitis ad Gynæcium Regis, cum accedentes puellæ contemplarentur & cuperent quæ ipſis placebant: Achilles adhuc muliebri veſte indutus, arripit parmam & haſtam: vnde coniecturam feci, hunc ipſum eſſe Achillem. Itaque eum allocutus & hortatus ſum, ne ſubter-

fugeret militiam, néue dubitaret nobiſcum oppugnare Troiam, ad cuius interitum ipſe natus eſſet. effeci denique vt mecum huc proficiſceretur, & in bello egregiam vobis operam nauaret. Ergo quicquid ab eo præclarè, quicquid vtiliter hîc geſtum, mihi ſanè debetur. Ego Telephum domui: ego inſulas & vrbes Troiæ vicinas expugnaui: ego denique præſtiti vt eſſet qui ſæuum & omnibus formidabilem Hectorem compeſceret atq; proſterneret. Quare his armis, quibus ego Achillẽ tunc indui, me pro tanto in rempublicam merito nunc donari atque ornari non iniquum eſſe cenſeo.

Vt dolor vnius Danaos peruenit, &c.

Quòd rẽ difficilimã ſed vtiliſſimã confecerit, perſuaſo Agamẽnone, vt filiam pro ſalute Græcorũ immolaret ad placandam Dianam.

Alterum hoc beneficium mihi quoq; acceptum ferri debet, quòd cum vniuerſus exercitus noſter iam conueniſſet, in Phrygiam claſſe tranſmiſſurus, nec idoneam tempeſtatem haberet, ac propterea in Aulide diu hæreret otioſus: ego tandem perfeci, vt claſſis inde ſolueret. perſuaſi enim Agamemnoni, vt Iphigeniam filiam ſuam, pro ſalute exercitus immolaret Dianæ, quæ irata aduerſis ventis nos remorabatur, & illam ad ſacrificium ſibi hoſtiam dari poſcebat. Quanta vero difficultate hoc à patre impetrauerim, ipſe mihi teſtis eſt. Fateor equidem (fatenti autem Agamemnon ignoſcat oro) me in hac cauſa adhibuiſſe omnes ingenij vires, omnes eloquentiæ machinas, quibus eum impuli in

hanc

hanc mentem, vt ſtatueret ſibi quoquo modo tolerandum & concedendum eſſe, quod publicè prodeſſet: vtq; amorem erga fratrem, & quam in exercitum ſummam poteſtatem habet, paternæ caritati anteferret. Iam accedente patris voluntate, matrem arte circumueni, quia ſciebam hãc nullis rationibus in eandem voluntatem adduci poſſe: ad hanc ſi Aiax fuiſſet miſſus, noſtra claſſis etiam nũc impedita illic hæreret in portu.

Mittor & Iliacas audax, &c.

Quòd periculoſam obierit legationẽ, cùm Paris accuſandus eſſet apud Troianos.

Quid? quòd etiam periculoſiſſima legatione functus ſum cum mitterer Troiam legatus ad reposcendam Helenam: vbi cùm Paridis ſcelus, & ipſum acriter accuſaſſem: & permouiſſem Priamum & Antenorem: vix effugi violentiam Paridis & aliorũ, qui mihi nefarias manus inferre conabantur: ſicuti tu noſti Menelae, qui eiuſdem legationis & periculi ſocius fuiſti.

Longa referre mora eſt, &c.

Congeries multarum rerum quibus ſe profuiſſe Reipublicæ commemorat.

Longum eſt commemorare omnia quæ toto illo tempore cum Troianis in obſidione habuimus, vtiliter conſului, ac manu mea feci: hoſtes initio belli aliquot prælijs repreſſi, diu mœnibus ſe continuerunt, nec poſtea nobiſcum aperto Marte conflixerunt, niſi decimo demum anno. Quid tu interea, qui manu tantùm ſtrenuus es, quid feciſti?

Quis tuus fuit vsus tam diuturno tẽpore? Si verò requiris, quid ipse fecerim, ego interea hostibus insidias tetendi: castra & naualia fossis propugnaculisque communiui: socios consolatus sum, ne frangerentur mora belli. curaui, vt exercitus noster abundaret commeatu: de armandis quoque militibus multa vtiliter monui: nusquam non missus sum, vbi necessitas postulauit.

Nec mora, Quid facitis, &c.

Quòd seditionem in castris sedauerit, ac prohibuerit ne exercitus dilaberetur.

Adhæc, cum Agamemnon diuino somnio deceptus, fingeret se infectis rebus dimissurum esse exercitum, meministis vt plerique ruerint in naues. Non incuso hic Agamemnonem, cuius factum autore Ioue defendi potest: sed Aiacem incuso, qui Græcos fugam molientes, non modò non reuocauit à turpi proposito, id quod talem bellatorem in primis decebat, sed etiã ipsemet tum meditatus est fugam. Vidi enim ac puduit me tui Aiax, cum tu instrueres nauem, & inhonestam abitionem parares. Ibi ego præcipuè retinui in officio militem: reuocaui fugientes: compescui acribus verbis contumaces: & dixi ne post tanti temporis moram relinquerent obsidionem, proque victoria ex hostibus, sempiternum dedecus reportarent. Dolor enim tunc suggerebat mihi orationem pro Republica laboranti, ne quid fieret tanto exercitu indignum, quod ad posteritatem nobis omnibus afferret ignominiam. Cumque Agamemnon conuocaret principes

cipes ad ſedandum multitudinis motum, ne tum quidem Aiax habuit quod in medium conſuleret, vel ſolummodo hiſceret. Ego verò non ſolùm in conſilio dixi quæ prodeſſent, ſed & clamoſiſſimũ quemq; ex plebe compeſcui, nec paſſus ſum Therſitem impunè regi cæteriſq; principibus facere conuicia. Exhortatus ſum ſocios ad tolerandos ac perferendos belli labores: acui ad priſtinam virtutem: eorumq; animos iam deiectos iterum erexi. Quare ſi quid ex eo tempore etiam iſte vtiliter magnoque animo geſſit, mihi inde aliqua gratia debetur, qui eum ex fuga retraxi.

Denique de Danaïs quis te laudatue, &c.

Inuerſio argumenti quod Aiax obijcit Vlyſſi cùm inquit:

Luce nihil geſtum, &c.

Atque hæc inuerſio amplificatur ex ſignis conſequentibus, quibus Vlyſſes probat ſe pugnaſſe acrius ipſo Aiace, quia exceperit vulnera non clypeo, ſed aduerſo corpore, Aiacem verò ſemper ſibi cauiſſe ne vulneraretur.

Illud autem in magna laude pono, quòd Diomeden virum fortiſſimum, ſine quo iſte ait nihil à me geſtum eſſe, ſocium habeo conſiliorum & laborum: cùm ipſe tam parui fiat, vt nemo ex Græcis omnibus eum ſibi ſocium expetat. Me verò Diomedes ex tanto numero ſolum elegit, quo ſocio maxima obiret pericula. Scitis enim me non ſorte illi adiunctum, ſed ab ipſo fuiſſe iudicio electum, vt ſpeculatores ingrederemur caſtra hoſtium. Qua in

re, quantum periculi ſuſceperim pro vtilitate publica, vobis conſtat. Neque ſine fructu noſtra fuit diligentia: Nam Dolonem eadem auſum quæ nos, interemi: non antè tamen quàm ex ipſo omnia exploraſſem quæ hoſtes machinabantur. Confectum erat negotium cuius cauſa exieram: iamq; poteram redire cum laude rebus hoſtium præclarè exploratis & cognitis per Dolonem. Sed vt amplius de patria mererer, acceſſi etiam ad ipſa caſtra hoſtium, ibiq; Rheſum potentem illum regem cum multis primoribus Thraciæ in tentoriis ſuis interemi, & capto regio curru ſimilis triumphanti reuerſus ſum. Nunc igitur (ſi Diis placet) mihi denegate illius arma, cuius equos Dolon Troianorũ ſpeculator auſus erat petere pro nocturna ſua opera, ſitq; melius de vobis meritus Aiax, quam ego. Ac ne putetis me inſidijs tantum & lingua cum hoſtibus bellare, vobis notum eſt, quomodo me geſſerim in acie cum incidiſſem in copias Lyciorum, quamq; multos præſtantes viros ex illis mea manu interfecerim. Nec deſunt mihi cicatrices aduerſo corpore exceptæ, quas ſi verbis meis fidem non habetis, en aſpicite. Libet enim eas exhibere ac proferre tanquam teſtes meæ virtutis, id quod Aiax non poteſt. Si quod enim vulnus accepit per tot annos, ipſe oſtendat.

Quid tamen hoc refert, &c.

Concedit eſſe quidem vera, ſed non vni arroganda, quæ Aiax retulit de claſſe, & de monomachia.

Iam

Iam verò concedo ei hanc laudem (nolo enim quicquam ei detrahere) quod pro tuenda classe & reprimendo hostium impetu strenuè arma ceperit, sed ita tamen concedo, vt alijs quoq; communem. Non solus enim propugnauit classem, nec solus propulsauit hostes, sed socium habuit Patroclum, qui propter arma Achillis, quibus tunc erat indutus, intulit hostibus tantum terroris, vt in fugam conuerterentur. Quia etiam nimis arroganter iactas te solum singulari certamine ausum congredi cum Hectore, oblitus Agamemnonis, Menelai, mei, & aliorum, qui idem facturi erant, si per sortem, qua prælatus es, licuisset. Quanquàm in eo certamine nihil laude dignũ effeciſti, cum Hector abierit sine vulnere.

Me miserum, quanto cogor, &c.

Refutatio argumenti de inutili armorum vsu per inuersionem.

Nunc autem non sine acerbissimo dolore mihi in mentem venit, vt Achillis interfecti corpus adhuc armis indutũ, sustulerim in meos humeros, ac reportauerim in castra: quod cum fecerim luctu & dolore propè exanimatus, an veremini ne sim par solis armis gestandis? Ac mihi, principes, non modò sunt vires ad gestanda arma, sed etiam mens est, quæ eorum dignitatem ac pretium intelligit. Ideóne putatis Thetin Achillis matrẽ voluisse tãta cura fubricari hæc arma, vt imperitus & stolidus miles ea circũferat? quid enim iste intelligit Pleiades, Hyadas, & alia ornamẽta in clypeo insculpta.

Quid, quod me duri fugientem, &c.

Inter turpia facta obiectum est Vlyssi, quòd simulatione militiã subterfugere voluerit. Ad hanc criminationẽ ipse nunc respondet, eamque ita diluit à simili:

Porrò cum ait me simulatione subterfugisse militiam, ac serius venisse ad exercitum, non tam me quàm Achillem arguit. Si quid enim criminis habuit simulatio, qua vsus sum, ipse etiam Achilles non caret crimine, qui eadem vsus est. Si verò mora culpari debet, ego minus sum culpandus, qui veni maturius quàm Achilles. Alioqui vterq; nostrum iustas habuit causas cur eiusmodi simulatione vteretur. illum pietas matris, me pietas vxoris detinuit: primùm illis, postea vobis satisfecimus (& vt spero) cumulatissimè. Quod si tamen hæ causæ fortassis me non excusant, ego non recuso in eo accusari & reprehendi, quod mihi commune est cum tanto viro. Verùm vtut est, interim glorior simulationem illius meo ingenio, & meam non ingenio Aiacis deprehensam esse.

Obiicit. an falso Palamedem crimine, &c.

Translatio criminis de Palamede & Philoctete. Nam ipse culpam vtriusq; facti transfert in principes, ostendens communi eorum suffragio alterum condemnatum, alterum in Lẽno relictum esse. Translationi verò criminis de Philoctete additur in fine Ironia & impossibile ad amplificandam confutationem criminis & ad exagitandam Aiacis stoliditatem.

At

At non mirum est eum in me contumeliosum esse: vobis etiam contumeliosa obiecit. Si enim facta est Palamedi iniuria, magis ad vos, qui eum condemnastis, crimen pertinet, quàm ad me, qui eum accusaui: si quidem grauius est damnare innocentem, quàm accusare. Sed non facta illi iniuria. Nam causa manifestis rebus tenebatur, conuictus est proditionis, auro & literis hostium repertis in ipsius tentorio. Nec video quo iure me accuset de Philoctete, cum illum vestro consensu reliquerim in Lemno. Suasi equidem, vt se abduceret à molestia belli & itineris, & vt in loco tranquillo suæ valetudini seruiret quod & fecit. Sed cum hac ratione vitam retineat, euentus testatur, me fidele consilium ei dedisse. Ac quia vates indicant eo quoque viro opus esse ad capiendam Troiam, præcipiuntque ipsum adduci: ne mihi, sed Aiaci iniungite, vt suo eloquio & ingenio eum vobis placatum adducat, qui magnitudine dolorum furens, irascitur omnibus: sed prius tota rerum natura mutabitur, quàm Aiax sine me adducet Philoctetem, qui quantumuis sit iratus & Agamemnoni & mihi: meque execretur, accedam ad eum & mecũ reducam. Nec minus potiar (Deo volente) ipsius sagittis, quàm alijs rebus potitus sum, quibus studui vobis prodesse: vt cum Helenum vatem coëgi aperire Troianorum fata: eiusq; oratione edoctus, Palladium sustuli.

Nempe capi Troiam prohibebant, &c.

Amplificatio ablati Palladij, quantum vi-

delicet momenti in eo fuerit, & quanta cum difficultate, quantoque cum periculo ipse id abstulerit. Hoc autem factum propterea sic amplificatur, quia Aiax sua oratione id extenuat.

Quæ cum omnia Reipublicæ salutaria à me gesta sint, & quidem summo cum periculo meo, tamen Aiax non erubescit se mecum cõferre. Nempe erat in fatis, ne Troia caperetur sine isto signo: vbi tunc Aiax ille magniloquus? qui cum vnus omnium fortissimus velit haberi, cur non audebat tum, quemadmodum ego, cõtemnere vitam pro salute vestra, & noctu per excubias totq; armatos hostes ingredi non modò vrbem, sed arcem Troianorum, atque inde ex ipsis penetralibus templi auferre signum illud fatale? Quod nisi ego præstitissem, Aiax iam frustra se ostentaret ista mole septemplicis clypei. illa siquidem nocte peperi vobis victoriam, patefeci hostium mœnia, tradidi vrbem quasi captam, cum transtuli ad vos Palladium.

Desine Tydiden vultuq;, &c.

Repetitio superioris argumenti; gestum nihil est Diomede relicto. Id argumentum nunc amplificat collatione, quod quidem vterque adiutus sit alieno præsidio: sed ipse vnius tantum: Aiax verò multorum.

Non est cur Diomedem oculis & murmure ita designes, ego candidè impertior ei suam laudẽ. Nec tu solus defendisti classem, quamuis eius rei gloriã tibi soli arroges. Ego verò ab vno tantùm adiutus sum,

ſum, qui niſi ſtatueret virum ſapientem bellatori anteferendum eſſe, haud dubiè etiam ſibi arma dari poſtularet.

Qui niſi pugnacem ſciret, &c.

Collatio ſapientiæ & virtutis bellicæ.

Quid dicam de alijs principibus virtute bellica præſtantibus, de Aiace Oileo, Eurypylo, Thoante, Idomeneo, Merione & Menelao? qui cum magnitudine animi ſint nequaquam te inferiores, ſi manu decertandum ſit, tamen nemo eorum, vt tu, mecum hîc in iudicio contendit de rerum geſtarum gloria, ſed nimirum hi omnes intelligunt, quantò plus præſidij ſit in prudentium conſilijs quàm pugnantium viribus. Tu quidem ad arma promptus, ſed temerarius: tu robuſtus, ſed nullius conſilij es: ego in rebus gerendis prouideo, quid futurum ſit. Tu miles dimicando: de tempore dimicandi Agamemnon mecum deliberat. Tu tantùm prodes corpore, ego animo. Et ſi dicere licet, quantum gubernator nauis remigi, quantum dux militi, quantum denique pectus, in quo omnis noſtri corporis vis eſt, manui præſtat, tantum ego tibi antecello.

At vos, ô proceres, vigili date, &c.

Concluſio per obteſtationem.

Quæ cum ita ſint, principes, facilè ſtatuetis, vtri nunc arma iure tribuatis. me quidem (vt ſpero) non fraudabitis iſto præmio, quod peto pro vigilijs & laboribus ſuſceptis publicæ ſalutis cauſa: victoriam habetis in manibus: mea enim opera effeci,

vt nihil iam obstet, quominus Troia capi possit. Quare per communem spem, per optatum Troiæ interitum, per Deos, quos hostibus eripui, vos oro, si quid sapienter & periculosum agendum supereſt, in quo industria & fides mea vobis vsui esse possit, vt mei rationem habeatis, aut si omninò censetis arma mihi deneganda esse, tunc Palladi, cuius fatale signum videtis, ea consecrate.

Mota manus procerum est, &c.

Effectus eloquentiæ.

Effectus eloquentiæ (vt inquit Cicero) est audientium approbatio. Itaque Vlysses vt homo eloquens, magno applausu locutus fingitur. Est autē hæc contentio hominis eloquentis cum homine bellatore, conficta (vt suprà diximus) ad minuendam Thrasonum arrogātiam, qui à studijs literarum alieni, de nulla re benè existimant, nisi de re militari: id quod Poëta in fine, quasi insultans contemptoribus eloquentiæ, indicat, cùm ait:

Fortisq; viri tulit arma disertus.

Lutherus solebat dicere, equites licet contemnerent præ se literatos, tamen agnoscere studium equestre esse inferius studio literarū: ideoq; abiectis caudis equinis, quas olim gestassent, nunc imposuisse sibi pennas, & habere eas in vertice capitis tanquam tropheum à literatis positum: Nam ipse pennas, artificium scribendi, ioco interpretatur.

Clypeus Achillis.

Achillis summi bellatoris clypeus non otiosis, sed eruditis picturis ornatus, admonet honestas

honeſtas literarum artes, principibus & præſidio & ornamento eſſe: earumq; tuendarum curam ne inter arma quidem eſſe deponendam. Homerus, vnde hæc pictura clypei ſumpta eſt, fingit Vulcanum in eo fabricaſſe aſtrorum curſus, nuptias, iudicia forenſia, item prælia, & obſidionem vrbis: quæ quidem ſapientiſſimus Poëta ideò in clypeo fortiſſimi principis depingenda duxit, vt doceret, vtramque curam, & pacis & belli, ad principes pertinere. Eos rebus pacatis debere curam adhibere, vt honeſtarum artium ſtudia floreant, vt ius matrimonij caſtum & legitimum teneatur: vtque rectè conſtituantur & exerceantur iudicia, quibus controuerſiæ & lites ciuium dijudicari & dirimi poſſint. Belli verò tempore ipſis principibus neceſſariam eſſe rei militaris ſcientiam, vt defendere ciues, & propulſare hoſtes queant. Ad hanc Achillei clypei picturam, referendum eſt illud Iuſtiniani Imperatoris dictum: Imperatoriam Maieſtatem non ſolum armis decoratam, verum etiam legibus armatam eſſe debere.

Literarũ artes principibus & præſidio ſunt & ornamento.

Vtraque cura & pacis & belli ad principes pertinet.

Phrygiæ ſignum penetrale Mineruæ, &c.

Troia fingitur euerſa, poſtquàm Palladium fuit illinc ablatum. Eo figmento ſignificatur, tum demum euerti Reſpublicas, cùm ſapientia ex vrbibus ſublata eſt. Pallas enim, cuius id erat ſimulacrum, dea ſapientiæ & conſilij olim habebatur. Fieri autem poteſt, vt Troianũ

Sublata ex vrbibus ſapientia, euertuntur ciuitates.

regnũ habuerit aliquas significationes, quàm diu duraturum esset: atq; extitisse vaticinium de illo ipso simulachro Palladis, tanquam de signo fatali. Nam imperia & regna plerunque habent signa quædam fatalia, de incremento & inclinatione fortunæ.

Imperiorum signa fatalia.

Palladium AEneæ restitutum.

Procopius de bello Gothorum libro secũdo tradit, Palladium fuisse redditum AEneæ in Italiam venienti. nam Diomeden, qui Vlysse iuuante illud ex arce Troiana sustulerat, esse admonitum oraculo, cum grauiter ac periculosè ægrotaret, si vitam retinere vellet, vt Palladium restitueret viro Troiano. Scribit autem (si rectè memini) fuisse simulachrum instar præliantis, & vibrantis hastam: nec Græcæ sed AEgyptiæ imagini simile: diuque conseruatum fuisse Romæ in fortunæ fano. postea trãslatum esse Constantinopolim: ibique defossum in foro Constantini. Arbitror Imperatorem Constantinum ita persuasum habuisse, ibi fore imperium orbis terrarum, vbi simulachrũ illud custodiretur.

Vnam non sustinet iram, &c.

De Aiacis interitu.

Quam infirma & fragilis sit humana virtus, admonet exemplum Aiacis conscisentis sibi mortem propter acceptam leuem iniuriam. Antea nunquã erat armis victus, nunc ira vincitur & succumbit stulto dolori. Hanc fragilitatem humanæ virtutis diligenter considerat Poëta, & pulchrè depingit, cùm ait:

Humana virtus quàm sit fragilis & infirma.

Hectora

Hectora qui ſolus, &c.

Veriſſimum eſt igitur quod ſcribit Plato, vincere ſeipſum eſſe omnium victoriam primam & optimam. Eſt enim maius vincere animum & cohibere iracundiam, quàm ſuperare hoſtem. Huc pertinet ille verſiculus Briſeidis ad Achillem. Iram vincere victoria maxima.

Vince animos iramq́ tuam, qui cætera vincis.

FABVLA II.

De Hecuba Polymneſtoris oculos defodiente, & in canem verſa.

VIctor ad Hypſiphyles patriã clariq́ Thoantis,
Et veterum terras infames cæde virorum
Tranſierat, tandem portu, votoq́ potitus
Vela dat, vt referat, Tirynthia tela ſagittas.
Quæ poſt quã ad Graios, domino comitãte, reduxit,
Impoſitaq́ fero eſt tandem manus vltima bello,
Troia ſimul Priamuſq́ cadunt: Priameiaq́ cõiux Hecuba in canem.
Perdidit infelix hominis poſt omnia formam,
Externaſq́ nouo latratu terruit auras.
Longus in anguſtum quà clauditur Helleſpontus,
Ilion ardebat: neque adhuc conſederat ignis:
Exiguumq́ ſenis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat: tractiſq́ comis antiſtita Phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patriorum ſigna Deorum
Dum licet amplexas, ſuccenſaq́ templa tenentes
Inuidioſa trahunt victores præmia Graij.
Mittitur Aſtyanax illis de turribus; vnde
Pugnantem proſe, proauitaq́ regna tuentem

Sæpe videre patrem monstratum à matre solebat.
Iamq; viam suadet Boreas, flatuq; secundo
*Carbasa mota sonant: iubet vbi nauita * ventis.* * velis.
Troia, vale, rapimur, clamant, dantq; oscula terræ
Troades, & patriæ fumantia tecta relinquunt.
Vltima conscendit classem (miserabile visu)
In medijs Hecube natorum inuenta sepulcris.
Prensantem tumulos, atq; ossibus oscula dantem
Dulichiæ traxere manus. tamen vnius hausit,
Anadiplosis ad commiserationem. *Inq; sinu cineres secum tuli Hectoris haustos.*
Hectoris in tumulo canum de vertice crinem
Inferias inopes, crinem, lachrymasq; reliquit.
Est, vbi Troia fuit, Phrygia contraria tellus
Polymnestor Thrax Polydorum puerũ occidit. *Bistonijs habitata viris: Polymnestoris illic*
Regia diues erat, cui te commisit alendum
Clam Polydore pater Phrigijsq; remouit ab armis.
Consilium sapiens, sceleris nisi præmia magnas
Adiecisset opes, animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna Phrygum, capit impius ensem
Rex Thracum, iuguloq; sui demisit alumni:
Et, tanquam tolli cum corpore crimina possent,
Exanimem è scopulo subiectas misit in vndas.
Littore Threïcio classem religârat Atrides,
Dum mare pacatum, dum ventus mitior esset.
Hîc subitò, quantus cùm viueret esse solebat,
Exit humo latè rupta, similisq; minanti
Temporis illius vultum referebat Achilles,
Achillis vmbra Græcos ingratitudinis accusat. *Quo ferus iniusto petijt Agamemnona ferro.*
Immemores sq; mei discessitis, inquit, Achiui?
Obrutaq; est mecum virtutis gratia nostræ?

Ne

Ne facite, vtq; meũ non sit sine honore sepulcrum,
Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Dixit: & immiti socijs parentibus vmbræ
Rapta sinu matris, quam iam propè sola fouebat, Polyxena ad sacrificium.
Fortis, & infelix, & plus quàm fœmina virgo
Ducitur ad tumulum, diroq; sit hostia busto.
Quæ memor ipsa sui, postquam crudelibus aris
Admota est, sensitq; sibi fera sacra parari:
Vtq; Neoptolemum stantem, ferrumq; tenentem,
** Inq; suo vidit figentem lumina vultu:* *Vtque.
Vtere iamdudum generoso sanguine, dixit:
Nulla mora est: aut tu iugulo, vel pectore telum
Conde meo (iugulumq; simul, pectusq; retexit)
Scilicet haud vlli seruire Polyxena vellem.
Haud per tale sacrum numen placabitis vllum. Muliebris fortitudinis exemplum.
Mors tantum vellem matrem mea fallere posset.
Mater obest, minuitq; necis mihi gaudia: quãuis
Non mea mors illi, verùm sua vita gemenda est.
Vos modò, ne Stygios adeam non libera manes, Violata vestro attactu.
Este procul, si iusta peto, tactuq; viriles
Virgineo remouete manus: acceptior illi,
Quisquis is est, quem cæde mea placare paratis,
Liber erit sanguis. si quos tamen vltima nostri
Verba mouent oris, Priami vos filia regis
Nunc captiua rogat: genitrici corpus inemptum
Reddite, nêue auro redimat ius triste sepulcri,
Sed lachrymis: tũc, cùm poterat, redimebat & auro
Dixerat at populus lachrymas, quas illa tenebat,
Non tenet. ipse etiam flens, inuitusq; sacerdos
Prabita conecto rupit præcordia ferro.

Illa ſuper terram deflexo poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata noui ſſima vultus.
Hypotypoſis honeſtè cadentis. *Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas.*
Cùm caderet, caſtiq; decus ſeruare pudoris.
Troades excipiunt, deploratoſq; recenſent
Priamidas, & quid dederit domus vna cruoris.
Apoſtrophe ad Polyxenā & Hecubam. *Teq; gemunt virgo, teq; ô modò regia coniux,*
Regia dicta parens, Aſiæ florentis imago,
Nunc etiam prædæ mala ſors, quam victor Vlyſſes
Eſſe ſuam nollet, niſi quòd tamen Hectora partu
Ediderat. dominum matri vix repperit Hector.
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
Quas toties patriæ dederat, natiſq;, viroq;, (fūdit.
Huic quoq; dat lachrymas: lachrymas in vulnera
Oſculaq; ore tegit, conſuetáq; pectora plangit,
Canitiemq; ſuam concreto in ſanguine verrens
Pathòs à repetitione, quam Græci vocant. *Plura quidē, ſed & hæc laniato pectore dixit: (tris*
Nata tuæ (quid enim ſupereſt?) dolor vltime ma-
Nata iaces, videoq; tuum mea vulnera pectus.
* virorum. *Et ne perdiderim quemquam ſine cæde* meorum,*
Tu quoq; vulnus habes. at te, quia fœmina, rebar
Aferro tutam: cecidiſti & fœmina ferro:
Totq; tuos idem fratres, te perdidit idem
Exitium Troiæ, noſtriq; orbator Achilles.
At poſtquam cecidit Paridis, Phœbiq; ſagittis,
Nunc certè dixi, non eſt metuendus Achilles.
Hæc deſumpta ſunt ex Euripidis Hecuba. *Tunc quoque mî metuendus erat. cinis ipſe ſepulti*
Ingenus hoc ſæuit: tumulo quoq; ſenſimus hoſtem.
Æacidæ fœcunda fui. iacet Ilion ingens,
Euentuq; graui finita eſt publica clades.

Sed

Sed finita tamen: ſoli mihi Pergama reſtant:
In curſuq; meus dolor eſt. modo maxima rerum
Tot generis, natiſq; potens, nuribusq;, viroq;,
Nunc trahor exul, inops, tumulis auulſa meorũ,
Penelopæ munus: quæ me data penſa trahentem
Matribus oſtendens Ithacis, hæc Hectoris illa eſt
Clara parens, hæc eſt, dicet, Priameïa coniux.
Poſtq; tot amiſſos tu nunc, quæ ſola leuabas Anaſtrophe pathetica ad Polyxenam.
Maternos luctus, hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi, quò ferrea reſto?
Quídue moror? quò me ſeruas damnoſa ſenectus?* * annoſa.
Quò Dij crudeles, niſi vti noua funera cernam,
Viuacem differtis anum? quis poſſe putaret
Felicem Priamum poſt diruta Pergama dici?
Felix morte ſua eſt: nec te mea nata peremptam
Aſpicit, & vitam pariter, regnumq; reliquit.
At puto funeribus dotabere regia virgo,
Condeturq; tuum monimentis corpus auitis.
Non hæc eſt fortuna domus: tibi munera matris Ironia.
Contingent fletus, peregrinæq; hauſtus arenæ.
Omnia perdidimus: ſupereſt cur viuere tempus
In breue ſuſtineam, proles gratiſſima matri,
Nunc ſolus, quondam minimus de ſtirpe virili,
Has datus Iſmario regi Polydorus in oras. Iſmarus Thraciæ mons.
Quid moror interea crudelia vulnera lymphis
Abluere, & ſparſos immiti ſanguine vultus?
Dixit: & ad littus paſſu procedit anili
Albentes lacerata comas. Date Troades vrnam,
Dixerat infelix, liquidas hauriret vt vndas.
Aſpicit eiectum Polydori in littore corpus,

Corpus Polydori, de quo Vir. Acn. 3.

Factaq; Threïcijs ingentia vulnera telis.
Troades exclamant: obmutuit illa dolore,
Et pariter vocem, lachrymasq; introrsus obortas
Deuorat ipse dolor, duroq; simillima saxo
Torpet, & aduersæ figit modo lumina terræ:
Interdum toruos extollit ad æthera vultus:
Nunc positi spectat vultum, nunc vulnera nati,
Vulnera præcipuè: seq; armat, & instruit ira.
Qua simul exarsit, tanquam regina maneret,
Vlcisci statuit, pœnaeq; in imagine tota est.
Vtq; furit catulo lactante orbata leæna,
Similitudo, qua ira & indignatio Hecubæ ostenditur.
Signaq; nacta pedũ sequitur, quẽ non videt, hostẽ:
Sic Hecube, postquam cum luctu miscuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita suorum,
Vadit ad artificem diræ Polymnestora cædis,
Colloquiumq; petit: nam se monstrare relictum
Velle latens illi, quod nato redderet aurum.
Credidit Odrysius, prædaq; assuetus amore,
In secreta venit. tum blando callidus ore,
Tolle moras Hecube, dixit, da munera nato:
Omne fore illius quod das, quod & antè dedisti
Per superos iuro. spectat truculenta loquentem,
Falsaq; iurantem, tumidaq; exæstuat ira.
Atq; ita correpto, captiuarum agmina matrum
Hypallage. *nocentem. Polymnestoris excæcatio
Inuocat, & digitos in perfida lumina condit,
*Expilatq; genis oculos: facit ira *valentem.*
Immergitq; manus, fœdataq; sanguine sonti
Nõ lumẽ (neq; enim superest) loca luminis hausit.
Clade sui Thracum gens irritata tyranni
Troada telorum, lapidumq;, incessere iactu

Cœpit.

Cœpit. ad hæc missum rauco cũ murmure saxum
Morsibus insequitur: ritu q; ad verba parato
Latrauit conata loqui: locus extat, & ex re Hecuba in
Nomen habet: veterum q; diu memor illa malorũ, canem.
Tum quoque Sithonios vlulauit mœsta per agros.
Illius Troas q; suos, hostes q; Pelasgos,
Illius fortuna Deos quoq; mouerat omnes:
Sic omnes, vt & ipsa Iouis coniux q;, soror q;,
Euentus Hecubam meruisse negauerit illos.

SAB. IN FAB. II.

GRæcis datum erat oraculum, Troiam capi non posse sine sagittis Herculis. Hoc oraculo significatum est, magnas res confici non posse, sine Heroum auxilio. De sagittis Herculis.

Priameiaq; coniux Perdidit infelix &c.

Grauiter & prudenter deplorat Poëta insignem Hecubæ calamitatem, ad commonefaciendos lectores de instabilitate ac vicissitudine rerum humanarum, ne quis videlicet rebus secundis se efferat: sed quilibet cogitet, se ex summa fœlicitate in similem calamitatem & miseriam incidere posse. Sic enim conuerso ad illum sermone ait: Rerum humanarum vicissitudo monet nequis rebus secundis se efferat.

Teq; gemunt virgo, &c.

Magna est autem calamitas vxorem potẽtissimi regis, & clarissimi principis matrem, adeò vilem & abiectam fieri, vt omnes captiuam aspernentur, nec quisquam ancillæ loco eam habere dignetur. Eiusmodi triste ac mi- Hecubæ calamitas quanta fuerit.

ſerabile ſpectaculum rerum humanarum diligenter conſiderandum eſt: ac in primis obſeruandum hoc loco quod inquit Poëta:

Dominum matri vix repperit Hector.

Nihil enim poteſt hoc ipſo loco ad plorandam Hecubæ calamitatem dici miſerabilius.

Attribuitur verò ei lamentatio plena affectibus, qua filiam deplorat, quam è complexu ipſius raptam Græci ad tumulum Achillis immolauerant. Eſt enim in ſingulis penè verbis pathos; vt cum ait, illam eſſe vltimam, quam tot orbata liberis iam lugere poſſit. item illam quamuis fœminam, tamen interijſſe cruenta morte: nec illi profuiſſe ſexum, qui fœminas à cæde tueri ſolet iure belli. Deniq́ue illam ab vno & eodem hoſte perditam eſſe, à quo cęteri ipſius liberi ſint perditi, id quod in primis erat miſerandum. Adhæc, collatione aliorum vocat ſe omnium miſerrimam, ſuamque priuatam calamitatem dicit publica calamitate grauiorem eſſe. Nam euerſa vrbe publicā calamitatem eſſe finitam: ſe verò nondum calamitatibus ſuis defunctam eſſe. Se olim potentem ac fœlicem, nunc omnium infœliciſſimam ac miſerrimam, auelli ſuorum tumulis: trahi procul à patria in ſeruitutem: haberi ludibrio, ac præbere triſtiſſimum ſpectaculum rerum humanarum. Poſtremò duo ſunt ad mouẽdam in fine commiſerationem, valde pathetica. alterum vbi queritur de ſua viuacitate,

tate, quòd frangi doloribus & extingui nequeat, ſed reſeruetur pluribus malis: prædicans à contrario fœlicitatem mariti, qui morte ereptus ſit omnibus his malis. alterum vbi deplorat ſortem filiæ, quod ei non contigerit eadem fortuna quæ cæteris. Priami liberis tamen contigit: nempe vt in patria honeſtè ſepelirentur. Cæterùm Hecuba fingitur conuerſa in canem, vel propter quandam animi acerbitatem & rabiem: Solent enim ira efferati, vulgò appellari canes, vel propter inſignem contemptum, in quo fuit apud inſolentiſſimos hoſtes adeò deſpicata, vt nc hominis quidem, ſed canis loco haberetur. Quemadmodum nunc apud Turcas Chriſtiani habentur captiui, nec aliter appellantur, quàm canes. Locus verò vbi Hecuba lapidibus interfecta ac tumulata eſt, ea ex re, vt inquit Ouidius, nomen habet, quia canis ſepulchrum dicitur. Meminit huius loci Pomponius Mela in deſcriptione Cheroneſi Thraciæ: ſuntque hæc ipſius verba. Eſt ibi Cynoſſema, tumulus Hecubæ, ſiue ex figura canis, in quam conuerſa traditur: ſiue ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto.

Hecuba cur fingatur in canem conuerſa.

Hoc loco refellenda eſt iniuria, quam Seneca Ouidio facit, cùm ait eum neſcire deſinere, & ſæpe corrumpere ſententias dum ſtudet vnam rem alijs atq; alijs verbis eloqui:

Ouidius à Seneca immeritò reprehenſus.

idque probat (si dijs placet) exemplo horum versuum.

Totq; tuos idem fratres, &c.

Hos enim versus ita reprehendit: cum Polyxena (inquit) esset adducta tumulo Achillis, Hecuba dixit, *Cinis ipse sepulti in genus hoc sæuit*, poterat esse contentus: adiecit *Tumulo quoq; sensimus hostem*: neque hoc contentus, adiecit *Æacidæ fœcunda fui*. Ego verò miror Senecam in Ouidio id rehrendere, quod & Virgilio & Ciceroni vsitatum est, atque in primis laudi datur. Anne eiusdem generis est illud Virgilianum?

Quid puer Ascanius? superatne? & vescitur aura
Ætherea? nec adhuc crudelib. occubat vmbris?

Nam ibi cum nihil aliud quæratur, nisi an adhuc viuat Ascanius, tamen eadem res ter variatur. Erat quidem satis, *superatne*: sed addit, *Vescitur aura ætherea*. ne hoc contentus, adijcit, *Nec adhuc crudelibus occubat vmbris?* Cicero in oratione pro Ligario, verbis idē significantibus eandem rem versat cum inquit: erraui, temere feci, pœnitet, ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, vt ignoscas oro. Item, quid tuus ille Tubero districtus in acie gladius agebat? cuius latus petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas, quid optabas? Quanta hic multiplicatio verbo-

verborum & ſententiarum? gladius, mucro, arma: ſenſus, mens, animus: cupiebas, optabas: ſtringere in acie gladium, petere latus. quæ quidem & voces idem ſignificant, & ſententiæ eôdem ſpectant. Ex his igitur manifeſtum eſt Ouidium nullo iudicio reprehendi, hoc præſertim loco, vbi res affectum poſcit, qui ſine multiplicatione verborum & ſententiarum vnam rem velut inculcantium augeri nequit.

FABVLA III.

De Memnonis cineribus in aues.

NOn vacat Auroræ, quanquam iſſdem fauerat armis,
Cladibus, & caſu Troiæq́, Hecubæq́, moueri,
Cura Deam propior, luctuſq́, domeſticus angit
Memnonis amiſſi, Phrygijs quem lutea campis
Vidit Achilleapereuntem cuſpide mater:
Vidit: & ille color, quo matutina rubeſcunt
Tempora palluerat, latuit q́, in nubibus æther.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens: ſed crine ſoluto,
Sicut erat, magni genibus procumbere non eſt
Dedignata Iouis, lachrymiſq́, has addere voces:
Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureus æther
(Nam mihi ſunt totum rariſſima tẽpla per orbẽ,)
Diua tamen veni, non vt delubra, dieſq́,
Des mihi ſacrificos, caliturąſq́, ignibus aras.
Si tamen aſpicias, quantum tibi fœmina præſtem,
Tum cùm luce noua, noctis confinia ſeruo,

Auroræ Memnonis matris rutilæ & rubicundæ, periphraſis.

Aurora Deorum omnium infima.

Præmia danda putes: sed non ea cura, neq; hic est
Nunc status auroræ, meritos vt poscat honores.
Memnonis orba mei venio, qui fortia frustra
*Pro *patruo tulit arma suo, primisq; sub annis
Occidit à forti (sic Dij voluistis) Achille.
Da precor huic aliquem solatia mortis honorem
Summe Deûm rector, maternaq; vulnera leni.
Iupiter annuerat: cùm Memnonis arduus alto
Corruit igne rogus, nigriq; volumina fumi
Infecêre diem: veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infrà.
Atra fauilla volat, glomerataq; corpus in vnum
Densatur, faciemq; capit, sumitq; colorem,
Atque animum ex igni, leuitas sua præbuit alas.
Et primò similis volucri, mox vera volucris
Insonuit pennis: pariter sonuêre sorores
Innumeræ, quibus est eadem natalis origo.
*Terq; rogum lustrant, *& consonus exit in auras*
Ter plangor: quarto seducunt castra volatu.
Tunc duo diuersa populi de parte feroces
Bella gerunt, rostrisq; & aduncis vnguibus iras
Exercent, alasq;, aduersaq; pectora lassant:
Inferiæq; cadunt cineri cognata sepulto
Corpora, seq; viro forti meminere creatas.
Præpetibus subitis nomen facit autor: ab illo
Memnonides dictæ, cùm Sol duodena peregit
Signa, parentali morituræ morte rebellant.
Ergo alijs latrasse Dymantida flebile visum est:
Luctibus est Aurora suis intenta, piasq;
Nunc quoque dat lachrymas, & toto rorat in orbe.

SAB.

* Priamo.

Memnonis cineres in aues.

Animam ignem esse nonnulli Philosophi putauerunt.

* ter.

* Cùm.

Hecubam Dymantis F.

Auroræ lachrymæ in rorem.

SAB. IN FAB. III.

MEmnon fingitur auroræ filius, propter patriam in Oriente ſitam, fuit enim orientalis AEthiopiæ rex. Aues verò ex AEthiopia quotannis aduolant in Phrygiam, teſte Plinio: eoque in loco tantùm, vbi Memnon ſepultus eſt, conſpiciuntur. Hinc & de auibus hæc fabula. Memnon cur dicatur Auroræ F. & aues eius manibus parentare.

Oratio pro Memnone ad Iouem, eſt breuis quidem, ſed apta ad permouendum. ipſa enim aurora primum orditur ſic ab extenuatione ſui: quanquam infima ſum dearum, tamẽ quia ſum ex numero cœlitum, non vereor accedere tuam maieſtatem. Deinde petit à ſuis meritis: At qualiſcunq; ſum, tamen nonnulla ſunt mea merita quibus confiſa ſpero me impetraturam id, cuius cauſa huc veni.

FABVLA IIII.

De Anij filiabus in columbas.

NOn tamen euerſam Troiæ cum mœnibus eſſe
*Spem quoq; fata ſinũt * ſacra & ſacra altera patrem* * ſacer. Aeneæ pietas in parentem.
Fert humeris, venerabile onus, Cythereius heros:
De tantiſq; opibus prædam pius eligit illam,
Aſcaniumq; ſuum: profugaq; per æquora claſſe
Fertur ab Antandro, ſceleratáq; littora Thracũ,
Et Polydoræo manantem ſanguine terram
Linquit: & vtilibus ventis, æſtuq; ſecundo
*Intrat * Apollineam ſocijs comitantibus vrbem.* * Delæum.
Hũc Anius, quo Rege homines, Antiſtite Phœbus

Rite colebatur, temploq́, domoq́ recepit,
Vrbemq́ ostẽdit, delubraq́ nota, duasq́
*Latona quondam stirpes pariente *retentas.*
Thure dato flammis, vinoq́ in thura profuso,
Cæsarumq́ boum fibris de more crematis,
Regia tecta petunt: positisq́ tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tunc pius Anchises, O Phœbi lecte Sacerdos
Fallor? an & natum, cùm primũ hæc mania vidi,
Bisq́ duas natas, quantum reminiscor, habebas?
Huic Anius niueis circundata tempora vittis
Concutiens, & tristis, ait, Non falleris heros
Maxime: vidisti natorum quinque parentem:
Quẽ nunc (tãta homines rerũ incõstantia versat)
Penè vides orbum, quod enim mihi filius absens
Auxilium? quem dicta suo de nomine tellus
Andros habet, propatre locumq́ & regna tenentẽ?
Delius augurium dedit huic, dedit altera Liber
Fœmineæ stirpi voto maiora fideq́
Munera: nam tactu natarum cuncta mearum
In segetem, laticemq́ meri, baccamq́ Minerua
Transformabantur: diuesq́ erat vsus in illis.
Hoc vbi cognouit, Troiæ populator Atrides
(Ne non ex aliqua vestram sensisse procellam
Nos quoque parte putes) armorum viribus vsus
Astrahit inuitas gremio genitoris: alantq́
Imperat Argolicam cœlesti munere gentem.
Effugiunt quo quæque potest: Eubœa duabus,
Et totidem natis Andros fraterna petita est.
Miles adest, & ni dedantur, bella minatur.

* creatas, Oleum enim & palmam complexa peperit Apollinẽ & Dianam. li. 6. fab. 4.

Piorum hominum mos.

Epiphonema senis grauitati maximè conueniens.

Anij filiarum tactu omnia in fruges mutari.

Agamemnon

Victa

Victa metu pietas consortia corpora pœnæ
** Reddidit: & timido posses ignoscere fratri.* *dedidit.
Non hîc Æneas, non qui defenderet Andron
Hector erat, per quos decimum durastis in annũ.
Iamq́ parabantur captiuis vincla lacertis:
Illæ tollentes etiamnum libera cœlo
Brachia, Bacche pater fer opem, dixêre: tulitq́
Muneris autor opem (si miro perdere more Anij filiæ in columbas.
Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui scire, aut nunc dicere possum.
Summa mali tota est: pennas sumpsêre, tuæq́
*Coniugis in volucres *niueas abiêre columbas.* *multas.

SAB. IN FAB. IIII.

ANius rex fuit diligens pater familias, & filias habet bonas œconomas: hæ & ideò finguntur conuertisse omnia in frumentum, vineum & oleum, quæ attrectassent, quia fuerunt in tuenda re familiari diligentes. Græci verò ad Troiam, cum ex omnibus insulis commeatu prohiberentur, & magna agrorum fertilitas eo tempore esset in Delo, coëgerunt Anium insulæ regem ad subuehendum inde commeatum, acceptis ab eo obsidibus ipsis filiabus, quæ postea dictæ sunt (vt arbitror) in columbas mutatæ, cum nihil amplius ex Delo mitteretur, omni frumento quasi à columbis iam consumpto, hæ enim aues plurimum frumenti consumunt.

Anij filiæ bonæ œconomę

Anij F. cur dicantur in columbas conuersæ.

FABVLA V.

De Orionis filiabus pro Thebanis immolatis, & duobus iuuenibus ex earum fauillis.

Talibus, atq; aliis postquàm conuiuia dictis
Implêrunt, mensa somnum petiêre remota:
Cumq; die surgunt, adeunt oracula Phœbi.
Italiam vnde Dardanus venerat. *Qui petere antiquam matrem, cognatacq; iussit*
Littora, prosequitur rex, & dat munus ituris:
Anchisæ sceptrum, chlamydẽ, pharetramq; nepoti,
Craterem Æneæ, quem quondam miserat illi
Thebanus, ab Ismeno Bœotiæ fluuio. *Hospes ab Æmonijs Therses Ismenius oris.*
Miserat hunc illi Therses. fabricauerat Alcon
Myleus, & longo cælauerat argumento.
Vrbs erat: & septem posses ostendere portas:
Hæ pro nomine erant, & quæ foret illa, docebant.
Ante vrbem excquiæ: tumuliq;, ignesq;, rogiq;
Effusæq; comas, & apertæ pectora matres
Significant luctum: Nymphæ quoq; flere videntur,
Siccatosq; queri fontes: sine frondibus arbor
*rodunt. *Nuda riget: *lambunt arentia saxa capellæ.*
*Echione. *Ecce facit medijs natas ab *Orione Thebis,*
*ferro. *Hanc non fœmineum iugulo dare pectus aperto,*
*Illam demisso per fortia pectora *telo*
Pro populo cecidisse suo: pulchriq; per vrbem,
Funeribus ferri, celebriq; in parte cremari.
Tum de virginea geminos exire fauilla,
Ex fauillis duo iuuenes. *Ne genus intereat, iuuenes, quos fama Coronas*
Nominat, & cineri materno ducere pompam.

FABVLA VI ET VII.

De Iudice Ambracio in saxum, & filijs Molossi in aues.

Hactenus antiquo signis fulgentibus ære
Summus in aurato crater erat asper acantho.

Nec

Nec leuiora datis Troiani dona remittunt:
Dant q3 ſacerdoti cuſtodem thuris acerram,
Dant pateram, claram q3 auro, gemmiſq3 coronam,
Inde recordati Teucros à ſanguine Teucri
Ducere principium, Cretam tenuêre, lociq3
*Ferre diu nequiêre *luem: centumq3 relictis* *Iouem.
Vrbibus, Auſonios optant contingere portus.
Sæuit hyems, iactatq3 viros: Strophadũq3 receptos
Portubus infidis exterruit ales Aello, Nomen vnius Harpyarum.
Et iam Dulichios portus, Ithacamq3, Samumq3,
*Neritiaſq3 domos, regnum fallacis *Vliſſei,* *Vlyſſis.
Prætereunt vecti: certatam lite Deorum
Ambraciam, verſiq3 vident ſub imagine ſaxum
Iudicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota eſt,
Vocalemq3 ſua terram Dodonida quercu,
Chaonioſq3 ſinus. vbi nati rege Moloſſo
Impia ſubiectis fugêre incendia pennis.

FABVLA VIII.

De Polyphemone Galateæ amore capto, & de Aci in fluuium.

PRoxima Phæacum felicibus obſita pomis
Rura petunt. Exipos ab his, regnataq3 vati
Buthrotos Phrygio, ſimulataq3 Troia tenetur.
Inde futurorum certi, quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prædixerat, intrant Tria Siciliæ promontoria.
Sicaniam. tribus hæc excurrit in æquora linguis.
*E quib. imbriferos *eſt verſa Pachynos ad Auſtros* *versa eſt.
Mollibus expoſitũ Zephyris Lilybæon: ad Arctos
Æquoris expertes ſpectat, Boreamq3 Peloros.
Hanc ſubeunt Teucri, & remis, aſtuq3 ſecundo:
Sub noctem potitur Zanclæa claſſis arena.

Scylla in monstrum.

Scylla latus dextrum, læuum irrequieta Charybdis
Infestat. vorat hæc raptas, reuomitq; carinas:
Illa feris atram canibus succingitur aluum,
Virginis ora gerens, & (si non omnia vates
Ficta reliquerunt) aliquo quoq; tempore virgo.
Hanc multi petiere proci: quibus illa repulsis
Ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis,
Ibat, & elusos iuuenum narrabat amores.

* Cui dum spectandos.
* repetens.
Galateæ & Acidis amores.

** Cui dum pectendos præbet Galatea capillos,*
*Talibus alloquitur *referens suspiria dictis:*
Te tamen, ô virgo, genus haud immite virorum
Expetit: vtque facis, potes his impunè negare.
At mihi, cui pater est Nereus, quam cærula Doris
Enixa est, quæ sum turba quoque tuta sororum,
Non nisi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere: & lachryma vocem impedière loquẽtis.
Quas vbi marmoreo deterſit pollice virgo,
Et solata Deam est; Refer, ô charissima, dixit,
Néue tui causam tege (sum tibi fida) doloris.

Scyllam Crateidis. F. Simethi fluuij filia.

Nereis his contrà resecuta Crateide natam est.
Acis erat Fauno, Nymphaq; Simethide cretus,
Magna quidem patrisq; sui, matrisq; voluptas,
Nostra tamen maior. nam me sibi iunxerat vni
Pulcher, & octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego, me Cyclops nullo cum fine petebat.
Nec si quæsieris odium Cyclopis, amórne
Acidis in nobis fuerit præstantior, edam.
Par vtrumq; fuit. Prô quanta potentia regni

Epiphonema.

Est Venus alma tui! nempe ille immitis, & ipsis

Hor-

Horrendus ſyluis, & viſus ab hoſpite nullo
Impunè, & magnicum Dijs contemptor Olympi, Polyphemus.
Quid ſit amor ſentit, noſtriq; cupidine captus
Vritur, oblitus pecorum, antrorumq; ſuorum.
Iamq; tibi formæ, iamq; eſt tibi cura placendi. Emphaſi pulchra & capillorum Polyphemi magnitudo & denſitas innuitur.
Iam rigidos pectis raſtris Polypheme capillos:
Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbam,
Et ſpectare feros in aqua, & componere vultus.
Cædis amor, feritaſq; ſitiſq; immenſa cruoris
Ceſſant: & tutæ veniunt, abeuntq; carinæ.
Telemus interea Siculum delatus in æquor,
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, Auguris peritiſſimi periphraſis.
Terribilem Polyphemon adit: Lumenq; quod vnũ
Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.
Riſit: & O vatum ſtolidiſſimè, falleris, inquit:
Altera iam rapuit. ſic fruſtra vera monentem
Spernit, & aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat, aut feſſus ſub opaca reuertitur antra. Topographia.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: vtrumq; latus circumfluit æquoris vnda.
Huc ferus aſcendit Cyclops, mediuſq; reſedit.
Lanigeræ pecudes, nullo ducente, ſecutæ.
Cui poſtquam pinus, baculi quæ præbuit vſum, Corporis magnitudinem pinus indicat.
Ante pedes poſita eſt antennis apta ferendis,
Sumptaq; arundinibus compacta eſt fiſtula cẽtum,
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes,
Senſerunt vndæ. latitans ego rupe, meiq;
Acidis in gremio reſidens procul, auribus hauſi
Talia dicta meis, auditaq; verba notaui:
Candidior folio niuei Galatea liguſtri,

Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior vitro, tenero lasciuior hœdo,
Læuior assiduo detritis æquore conchis,
Solibus hybernis, æstiua gratior vmbra,
Nobilior pomis, platano conspectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior vua,
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,
Et si non fugias, riguo formosior horto.
Sæuior indomitis eadem Galatea iuuencis,
Durior annosa quercu, fallacior vndis,
Lentior & salicis virgis, & vitibus albis,
His immobilior scopulis, violentior amne,
Laudato pauone superbior, acrior igni,
Asperior tribulis, fœta truculentior vrsa,
Surdior æquoribus, calcato immitior hydro:
Et (quod præcipuè, si possem, demere vellem)
Non tantum ceruo claris latratibus acto,
Verùm etiam ventis, volucriq; fugacior aura.
At, benè si noris, pigeat fugisse, moraſq;
Ipsa tuas damnes, & me retinere labores.
Opes Polyphemi.
Sunt mihi pars montis viuo pendentia saxo
Antra, quibus nec Sol medio sentitur in æstu,
Nec sentitur hyems: sunt poma grauantia ramos,
Sunt auro similes longis in vitibus vuæ,
Sunt & purpureæ: tibi & has seruamus, & illas.
Ipsa tuis manibus syluestri nata sub vmbra
Mollia fraga leges: ipsa autumnalia corna,
Prunaq; non solùm nigro liuentia succo,
Verùm etiam generosa, nouasq; imitantia ceras.
Nec tibi castaneæ me coniuge, nec tibi deerunt

* *Arbutei*

* *Arbutei fœtus: omnis tibi seruiet arbos.* (rant: * Arbores.
Hoc pecus omne meũ est: multæ quoq; vallibus er-
Multas sylua tegit: multæ stabulantur in antris.
Nec (si fortè roges) possem tibi dicere, quot sunt.
Pauperis est numerare pecus. de laudibus harum
Nil mihi credideris: præsens potes ipsa videre,
*Et vix * sustineant distentum cruribus vber.* * circumeant
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni:
Sunt quoque par ætas aliis in ouilibus hœdi.
Lac mihi semper adest niueum. pars inde bibenda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi deliciæ faciles, vulgataq; tantùm
Munera contingent, damæ, leporesq;, capræq;,
Párue columbarum, demptúsue cacumine nidus:
Inueni geminos, qui tecum ludere possint,
Inter se similes, vix vt dignoscere possis,
Villosæ catulos in summis montibus vrsæ.
Inueni: & dixi, Dominæ seruabimus istos. Amatores amicas Dominas vocant.
Iam modò cæruleo nitidum caput exere ponto,
Iam Galatea veni, nec munera despice nostra.
*Certè ego me noui, liquidæq; in * imagine vidi* * margine.
Nuper aquæ: placuit q; mihi mea forma videnti.
Aspice sim quantus. non est hoc corpore maior
Iupiter in cœlo (nam vos narrare soletis
Nescio quẽ regnare Iouem) coma plurima toruos
Prominet in vultus, humeros q;, vt lucus, obũbrat.
Nec mea quòd duris horrent densissima setis
Corpora, turpe puta. turpis sine frondibus arbor;
Turpis equus, nisi colla iubæ flauentia velent:
Pluma tegit volucres; ouibus sua lana decori est.

Barba viros, hirtæq́ decent in corpore setæ.
Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar
Ingentis clypei. quid? non hæc omnia magno
Sol videt è cœlo? Solis tamen vnicus orbis.
Adde, quòd in vestro genitor meus æquore regnat.
Hunc tibi do socerum. tantùm miserere, precesq́
Supplicis exaudi, tibi enim succumbimus vni.
Quiq́ Iouẽ, & cœlũ sperno, & penetrabile fulmen,
Nerei te * *vereor. tua fulmine sæuior ira est.*
Atque ego contemptus essem patientior huius,
Si fugeres omnes. sed cur, Cyclope repulso,
Acin amas? præferq́ meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeat q́ sibi, placeat q́ licebit,
Quod nollem, Galatea tibi: modò copia detur,
Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires,
Viscera viua traham, diuulsaq́ membra per agros,
Perq́ tuas spargam, si se tibi misceat, vndas.
Vror enim, læsusq́ exæstuat acrius ignis:
Cumq́ suis videor translatam viribus Ætnam
Pectore ferre meo: nec tu Galatea moueris.
Talia nequicquam questus (nam cũcta videbam)
Surgit, & vt taurus vacca furibundus adempta,
Stare nequit, syluaq́ & notis saltibus errat:
Cùm ferus ignaros, nec quicquam tale timentes
Me videt, atque Acim, Videoq́, exclamat, & ista
Vltima sit, faciam, Veneris concordia vestræ.
Tantaq́ vox, quantam Cyclops iratus habere
Debuit, illa fuit. clamore perhorruit Ætna.
Ast ego vicino pauefacta sub æquore mergor.
Terga fugæ dederat conuersa Simethius heros:

Et,

* venerer.

Et, Fer opem Galatea, precor, mihi ferte parentes,
Dixerat, & veſtris periturum admittite regnis.
Inſequitur Cyclops, partemq; è mente reuulſam — Saxi magnitudo.
Mittit: & extremus quamuis peruenit ad illum
Angulus è ſaxo, totum tamen obruit Acim.
At nos quod fieri ſolùm per fata licebat,
Fecimus, vt vires aſſumeret Acis auitas.
Puniceus de mole cruor manabat, & intra* — *more.
Temporis exiguum rubor euaneſcere cœpit.
Fitq; color primò turbati fluminis imbre,
Purgaturq; mora. Tum moles tacta dehiſcit,* — *iacta. Acis in fluuium.
*Viuaq; per rimas, *proceraq; ſurgit arundo,* — *properataq;
Oſq; cauum ſaxi ſonat exultantibus vndis.
Miraq; res, ſubitò media tenus extitit aluo
Incinctus iuuenis flexis noua cornua cannis:
Qui, niſi quòd maior, quòd toto cærulus ore eſt,
Acis erat: & ſic quoq; erat tamen Acis in amnem
Verſus: & antiquum tenuerunt flumina nomen.

SAB. IN FAB. VIII.

IN Sicilia olim fuerunt homines barbari & immanes ab orbiculato oculo Cyclopes appellati: nam Cuclos circulus, & Ops aſpectus ſeu oculus dicitur. Orbicularis verò oculus in media fronte, ſignificat formam galeæ, quæ apud veteres ita fiebat. vt rotundum foramen in fronte, tanquàm feneſtram haberet, vnde eminebat, ea pars faciei, quæ à confinio ſuperciliorum oriens, infra naſum porrigitur. Ac veriſimile eſt iſtos barbaros, quoniam erãt — Cyclopes barbari & prædones & vnde dicti.

prædones, exercuiſſe latrocinia eiuſmodi galeis tectós, atq; inde nomen conſecutos fuiſſe. Horum princeps fuit Polyphemus; cui mõſtroſa corporis moles rectè attribuitur. ea enim barbaris & feris moribus conuenit. Cantilena eius ſumpta eſt ex vndecimo Idyllio Theocriti: eſtq; generis partim demonſtratiui partim ſuaſorij, ipſe enim ſtudẽs cõciliare ſibi amorẽ Galateæ, primùm cõmendat ac laudat eã, ſi obſequens ſit. Deinde per antitheſin rurſus vituperat, ſi non obſequatur: eaq; in re vtitur plurimis comparationibus diuerſarũ rerũ. Poſtremò hortatur illam ad ſe amãdum, ab vtili & à iucundo, recenſens præcipuas agreſtiũ hominum opes ac voluptates: ſeq; etiã commendat à ſua ipſius forma, à mole corporis, ab orbiculato oculo, atque à nobilitate generis.

Et ſic quoque erat tamen Acis in amnem, &c.

Acis fluuius Siciliæ, nunc vulgò appellatur frigidus: nec longè à Taurominij amnis oſtio influit in mare: ſicut Marius Aretius Syracuſanus teſtatur in libello de ſitu inſulæ Siciliæ.

FABVLA IX.
De Glauco in Deum marinum.

DEſierat Galatea loqui, cœtuq; ſoluto
Diſcedũt, placidiſq; natant Nereides vndis.
Scyllæ ſedes. *Scylla redit: neque enim medio ſe credere ponto*
Audet, & aut bibula ſine veſtibus errat arena,
Aut, vbi laſſata eſt, ſeductos nacta receſſus
Gurgitis,

Gurgitis, inclusa suamembra refrigerat vnda.
Ecce fretum scindens alti nouus incola ponti
Nuper in Euboïca versis Anthedone membris
Glaucus adest, visaq; cupidine virginis ardet.
** Et quacunque putat fugientem posse morari,* *His.
Verba refert. fugit illa tamen, veloxq; timore
Peruenit in summum positi prope littora montis.
Ante fretum est ingens apicem collectus in vnum
Longa sub arboribus connexus ad æquora vertex.
Constitit hic, & tuta loco monstrúmne, Deúsne Loci præcipitio accommodati descriptio.
Ille sit ignorans, admiratur q; colorem,
Cæsariemq;, humeros, subiectaq; terga tegentem,
Vltimaq; excipiat quòd tortilis inguina piscis.
Sensit, & innitens, quæ stabat proxima, moli,
Non ego prodigiũ, nec sum fera bellua, virgo, (teus
Sed Deus, inquit, aquæ: nec maius in æquore Pro-
Ius habet, aut Triton, Athamãtiadesq; Palæmon.
Antè tamen mortalis eram: sed scilicet altis
Deditus æquoribus, tantùm exercebar in illis. Piscatoris periphrasis. Topographia.
Nam modò ducebam ducentia retia pisces:
Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.
Sunt viridi prato confinia littora, quorum
Altera pars vndis, pars altera cingitur herbis,
Quas neque cornigeræ morsu læsêre iuuencæ,
Nec placidæ carpsistis oues, hirtæue capellæ.
*Non apis inde tulit * collectos sedula flores:* *collecto semine.
Non data sunt capiti genealia serta, nec vnquam
Falcifera secuêre manus. ego primus in illo
Cæspite consedi, dum lina madentia sicco:
Vtque recenserem captiuos ordine pisces,

Insuper exposui, quos aut in retia casus,
Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.
*modò. *Res similis fictæ: sed quid* mihi fingere prodest?*
Gramine contacto cœpit mea præda moueri,
Et motare latus, terraq́, vt in æquore, niti.
Agnominatio lepida. *Dumq́ moror, mirorq́ simul, fugit omnis in vndas*
Turba suas, dominumq́ nouũ, littusq́ relinquunt.
Obstupui, dubitoq́ diu, causamq́ requiro,
Num Deus hæc aliquis, nũ succus fecerit herbæ,
Quæ tamen has, inquã, vires habet herba? manuq́
Pabula decerpsi, decerptaq́ dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura succos,
Cùm subitò trepidare intus præcordia sensi,
Alteriusq́ rapi naturæ pectus amore.
Nec potui restare diu: repetenda q́ nunquam
Terra vale dixi, corpusq́ sub æquore mersi.
Dij maris exceptum socio dignantur honore:
Glaucus in Deum maris. *Vtq́ mihi, quæcunque feram, mortalia demant,*
Oceanum, Tethynq́ rogant. Ego lustror ab illis,
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor supponere centum.
Nec mora diuersis lapsi de partibus amnes,
Totaq́ vertuntur supra caput æquora nostrum.
*miranda. *Hactenus acta tibi possum* memoranda referre,*
Hactenus & memini: nec mens mea cætera sensit.
*reddunt. *Quæ postquam* redeunt, alium me corpore toto*
Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi.
Hanc ego tum primùm viridem ferrugine barbam
Cæsariemq́ meam, quam longa per æquora verro,
Ingentesq́ humeros, & cærula brachia vidi,

Cruraq́

Crurá, pinnigero curuata nouiſſima piſce.
Quid tamẽ hæc ſpecies, quid Dijs placuiſſe marinis
Quid iuuat eſſe Deum, ſi tu non tangeris iſtis?
Talia dicentem, dicturum plura relinquit
Scylla Deum. furit ille, irritatuſq; repulſa
Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

SAB. IN FAB. IX.

ERaſmus Rotherodamus in prouerbio, Glaucus correpta herba habitat in mari, refert ex Græcis autoribus hunc Glaucũ fuiſſe Anthedonium piſcatorem, natandi peritiſſimum, & commentum eſſe impoſturam eiuſmodi: enataſſe è portu ſpectantibus Anthedonijs, donec iam extra proſpectum eſſet: ibi reuerſum in terram, ſeceſſiſſe in locum aliquem ſemotum, atque in eo dies aliquot commoratum eſſe: deinde redijſſe nantem in portũ ſpectantibus ijs, qui ſtabant in littore. Mirantibus autem amicis & ſciſcitantibus vbinam gentiũ tam diu commoratus eſſet, illum ſimulaſſe ſeſe interim fuiſſe in marinis fluctibus. Tandem eueniſſe, vt à bellua marina deuoraretur: cumque ex more non rediret, iactatum eſſe populi fama, Glaucum guſtata herba factum immortalem, & in mari vitam agere. Similem ferè hiſtoriam refert Iouianus Pontanus, qui tradit ſuis temporibus fuiſſe hominem cognomento Colam, plus aquis quàm in terris viuere ſolitum; nec potuiſſe ſpirare ſi diu abfuiſſet ab

Glaucus & Cola piſcatores: & natandi peritiſſimi.

aquis, haud ſecus ac belluam marinam. Hunc nando tantùm profeciſſe, vt auderet ſe committere pelago magnis tempeſtatibus commoto. ac ſpatium quingentorum ſtadiorum conficere. Talem igitur fuiſſe Glaucum veriſimile eſt, eumque veniſſe in hanc opinionem apud vulgus, vt exiſtimaretur Deus marinus.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER XIIII.

FABVLA I.

De Scyllæ inguinibus in canes.

Amq; Giganteis iniectam faucibus Ætnam,
Aruaq; Cyclopum, quid raſtra, quis vſus aratri
Periphraſis maris. *Neſcia, nec quicquam inuictis debentia bobus,*
Liquerat Enboïcus tumidarum cultor aquarum:
Liquerat & Zanclen, aduerſaq; mœnia Rhegi,
Naufragumq; fretũ, gemino quod littore preſſum
Auſonia, Siculaq; tenet confinnia terra.

Inde

Inde manu magna Tyrrhena per æquora vectus,
Herbiferos adijt colles, atque atria Glaucus
Sole satæ Circes variarum plena ferarum.
Quam simul aspexit, dicta, acceptaq; salute,
Diua Dei miserere, precor: nam sola leuare, Glauci ad Circen oratio.
Tu potes hunc, dixit (videar modò dignus) amorẽ.
Quanta sit herbarum Titani potentia nulli,
Quàm mihi, cognitius, qui sum mutatus ab illis.
Néue mei non nota tibi sit causa furoris,* *Nec. Narratio.
Littore in Italico Messenia mœnia contra
Scylla mihi visa est. pudor est promissa, precesq;
Blanditiasq; meas, contemptaq; verba referre.
At tu siue aliquod regnum est in carmine, carmen
Ora moue sacro: siue expugnantior herba est,
Vtere tentatis operosæ viribus herbæ.
Nec medeare mihi, sanesq; hæc vulnera mando,
Fineq; nil opus est: partem ferat illa caloris.
At Circe (neque enim flammis habet aptius vlla Circes veneficia.
Talibus ingenium: seu causa est huius in ipsa,
Seu Venus indicio facit hoc offensa paterno)
Talia verba refert: Melius sequerere volentem, Quo Sol suũ cum Marte adulterium palam fecit, vt ob id omnem Solis progeniem, turpissimis amoribus contaminet.
Optantemq; eadem, parilique Cupidine captam.
Dignus eras, vltrò poteras certeq; rogari:
Et si spem dederis, mihi crede, rogaberis vltro.
Ne dubites, adsitq; tua fiducia formæ.
En ego cùm Dea sim, nitidi cùm filia Solis,
Carmine cùm tantũ, tantũ quoq; gramine possim,
Vt tua sim voueo, spernentem sperne: sequenti
Redde vices: vnoq; duas vlciscere facto.
Talia tentanti priùs, inquit, in æquore frondes

Glaucus, & in ſummis naſcentur montibus algæ,
Soſpite quàm Scylla noſtri mutentur amores.
Indignata Dea eſt: & ledere quatenus ipſum
Non poterat, nec vellet amans, iraſcitur illi,
Quæ ſibi prælata eſt, Veneriſq́ offenſa repulſa,
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Ineantationes ab Hecate matre acceptas.
Conterit, & tritis Hecateïa carmina miſcet:
Cærulaq́ induitur velamina, perq́ ferarum
Agmen adulantum media procedit ab aula:
Oppoſitumq́ petens contra Zancleïa ſaxa
Rhegion, ingreditur feruentes æſtibus vndas.
In quibus, vt ſolida ponit veſtigia terra,
Summaq́ decurrit pedibus ſuper æquora ſiccis:
Loci deſcriptio.
Parvus erat gurges curuos ſinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ, quò ſe referebat ab æſtu
Et maris, & cœli, mediò cum plurimus orbe
Sol erat, & minimas à vertice fecerat vmbras.
Hunc Dea præuitiat, portentificiſq́ venenis
Inquinat: hîc preſſos latices radice nocenti
Spargit, & obſcurum verborum ambage nouorum
Ter nouies carmen magico deimurmurat ore.
Scyllæ inguina in canes.
Scylla venit, mediaq́ tenus deſcenderat aluo,
Cùm ſua fœdari latrantibus inguina monſtris
Aſpicit: ac primò non credens corporis illas
Eſſe ſui partes, refugit q́, abigit q́, timet q́
Ora proterua canum: ſed quos fugit, attrahit vnà.
Et corpus quærens femorum, crurumq́, pedumq́
Cerbereos ictus pro partibus inuenit illis.
Statq́ canum rabies, ſubiectaq́ terga ferarum
Inguinibus truncis vteroq́ extante coërcet.

SAB.

SAB. IN FAB. I.

FRetum Sicilienſe, quia ſcopulóſum & anguſtum eſt, tanto feruet æſtu, vt fluctus inter ſe concurrentes, ſcopuliſque illiſi, quendam quaſi latratum referant. Hinc fingitur Scylla à pube canibus, & lupis ſuccincta, quã in freto ſcopulum eſſe conſtat. Scylla cur fingatur à pube canibus, & lupis ſuccincta.

FABVLA II.
De Scylla in ſaxum.

FLeuit amans Glaucus, nimiumq́ hoſtiliter vſæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco manſit: cumq́ eſt data copia primùm,
In Circes odium ſocijs ſpoliauit Vlyſſem.
Mox eadem Teucras fuerat merſura carinas,
Ni priùs in ſcopulũ, qui nunc quoq; ſaxeus extat,
Transformata foret: ſcopulum, quoq; nauita vitat.

Scylla in ſaxum.

FABVLA III.
De Cecropedibus in ſimias.

HVnc vbi Troianæ remis, auidãq; Charybdim
Euicêre rates, cùm iam prope littus adeſſent
Auſonium, Libyças vento referuntur ad oras.
Excipit Æneam illic animoq́, domoq́,
Non benè diſſidium Phrygij latura mariti
Sidonis: inq́ pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro, deceptaq́ decipit omnes.
Rurſus arenoſæ fugiens noua mœnia terræ
Ad ſedes Erycis, fidumq́ relatus Aceſten,
Sacrificat, tumulumq́ ſui genitoris honorat.

AEneæ errores & nauigatio.

Carrhaginis. Virg. 5. AEn.

Quaſq́ rates Iris Iunonia penè cremarat,
Soluit: & Hippotadæ regnum, terraſq́ calenti
Sulphure fumantes, Acheloidumq́ relinquit
Sirenum ſcopulos: orbataq́ præſide pinus
Inarimen Prochytenq́ legit, ſteriliq́ locatas
Colle Pythecuſas habitantum nomine dictas.
Quippe Deum genitor fraudẽ, & periuria quondã
Cercopum exoſus gentiſq́ admiſſa doloſæ
In deforme viros animal mutauit: vt iidem
Cecropes in Simias. *Diſſimiles homini poſſent, ſimileſq́ videri:*
Membraq́ contraxit, nareſq́ à fronte remiſſas
Contudit, & rugis perarauit anilibus ora:
Totaq́ velatos flauenti corpora villo
Miſit in has ſedes: nec non prius abſtulit vſum
Verborum, & natæ diræ in periuria linguæ:
Poſſe queri tantùm rauco ſtridore reliquit.

SAB. IN FAB. III.

Cecropes caudati. Significat pithecuſanos fuiſſe aſtutos & fraudulentos. Nam apud Athenienſes olim impoſtores & doloſi dicebantur Cercopes, quaſi caudati, metaphora ſumpta ab animalibus, quæ cauda blandiuntur.

FABVLA IIII.
De Sibylla in vocem.

HAs vbi præteriit, & Parthenopeïa dextra
Mœnia deſeruit, læua de parte canori
Æolidæ tumulum, & loca fœta paluſtribus vndis
Littora Cumarum, viuaciſq́ antra Sibyllæ
Intrat:

Intrat: & vt manes adeat per auerna paternos
Orat. at illa diu vultum tellure moratum
Erexit: tandemq; Deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maxime, cuius
Dextera per ferrum est, pietas spectata per ignes.
Pone tamen Troiane metum: potiêre petitis,
Elysiasq; domos, & regna nouissima mundi
Me duce, cognosces, simulacraq; chara parentis.
Inuia virtuti nulla est via. dixit: & auro
Fulgentem ramum sylua Iunonis Auernæ
Monstrauit, iussitq; suo diuellere trunco.
Paruit Æneas: & formidabilis Orci
Vidit opes, atauosq; suos, vmbramq; senilem
Magnanimi Anchisæ: didicit quoq; iura locorum,
Quæq; nouis essent adeunda pericula bellis.
Inde ferens lassos aduerso tramite passus,
Cum duce Cumæa fallit sermone laborem.
Dumq; iter horrendũ per opaca crepuscula carpit, AEneæ congressus cum Sibylla.
Seu Dea tu præsens, seu Dijs gratissima, dixit,
Numinis instar eris semper mihi: meq; fatebor
Muneris esse tui, quæ me loca mortis adire,
Quæ loca me visæ voluisti euadere mortis,
Pro quibus aërias meritis euectus ad auras
Templa tibi statuam, tribuam tibi thuris honores.
Respicit hunc vates, & suspiratibus haustis,
Nec Dea sum, dixit, nec sacri thuris honore
Humanum dignare caput, neu nescius erres.
Lux æterna mihi, caritura fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.
Dum tamen hanc sperat, dum præcorrũpere donis,

Me cupit, Elige, ait, virgo Cumæa, quid optes:
Optatis potiere tuis. Ego pulueris hausti
Ostendens cumulum, quot haberet corpora puluis,
Tot mihi natales contingere vana rogaui.

Sibyllæ Cumanæ ætas prorogata à Phœbo.

Excidit vt peterem iuuenes quoq; protinus annos:
Hos tamen ille mihi dabat, æternamq; iuuentam,
Si Venerem paterer. Contempto munere Phœbi

Iuuẽtutis periphrasis.

Innuba permaneo, sed iam felicior ætas
Terga dedit, tremuloq; gradu venit ægra senectus:
Quæ patienda diu est. nam iam mihi secula septem
Acta vides: superest, numeros vt puluueris æquem,
Tercentum messes, tercentum musta videre.
Tempus erit, cùm de tanto me corpore paruam

Sibylla in vocem.

Longa dies faciet, consumptaq; membra senecta
Ad minimum redigẽtur onus, nec amata videbor,
Nec placuisse Deo. Phœbus quoque forsitan ipse
Vel non agnoscet, vel dilexisse negabit.
Vsq; adeò mutata ferar, nulliq; videnda,
Voce tamen noscar: vocem mihi fata relinquent.

SAB. IN FAB. IIII.

Fides & veritas similes aureo ramo, ad Elysium campum tendentibus necessariò.

AVreus ramus, qui ad Elysium campum tententibus, est necessarius, explicatur à Baptista Mantuano, & exponitur allegoricè de fide seu fiducia in Deum, sine qua nemini contingit introire in æternã vitam. Hunc verò ramum ait aureũ rectè appellari eò quòd auri substantia sit præcipua & incorruptibilis: & rectè (quemadmodum Sybilla apud Virgilium docet) occultari in magno nemore. nam

inter

inter diuersas sectas & hominum opiniones, delitescere fidei sapientiam, quasi arborem in nemore amplissimo: nec inueniri, nisi monstrante Sybilla, hoc est, Dei voluntate nobis reuelata per Prophetas. inuento hoc ramo & seruato, nos per tenebras ac difficultates humanæ vitæ ambulantes tandem peruenire ad sedem beatorum.

Ab hac theologica allegoria non multum discrepat expositio Marcelli Palingenij, qui per eundem ramum intelligit veritatem, atq; ita inquit:

Non cuiuis facile est ipsum cognoscere verum.
Hic est ille ramus medium quem maxima sylua
Arboribus densis cinctum atq; erroribus atris
Obductum cælat, nec multis aurea virga
Conspicitur, nisi cui puræ ostendere columbæ.
Si mea virginitas Phœbo, &c.

Sibylla Cumæa fingitur à Phœbo amata propter vaticinia quæ olim Phœbo ascribebantur. Vaticinata est autem de bellis & imperio Romanorum. Hanc ob causam fingitur hîc prædicere AEneæ futura, tanquàm autori gentis Romanæ. Quin etiam fertur carminibus suis complexa esse oracula mille annorum: huc fortassis alludit Ouidius, cum fingit illam mille annos victuram, & postea superstitem fore perpetua oraculorum fama. Serapion meminit carminum, quibus Sybylla gloriatur se vaticinando consecutam esse immorta-

Sibylla à Phœbo amata propter vaticinia.

Sibyllæ oracula.

litatem nominis, prædicitque suas vaticinationes vsque ad finem mundi duraturas. Videtur igitur Ouidius alludere ad hæc ipsius carmina, cùm inquit:

Voce tamen noscar: &c.

FABVLA V. ET VI.

De Vlyssis socijs in sues, & rursus in pristinam formam.

TAlia conuexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboïcam Stygijs emersit in vrbem
Troïus Æneas: sacrisq; ex more litatis,
Caieta nutrix AEneæ Virg. AEn. 7. *Littora adit nondum nutricis habentia nomen.*
Hic quoq; substiterat post tædia longa laborum
Ithacensis. *Neritius Macareus: comes experientis Vlyssei:*
Desertumq; olim medijs in rupibus Ætnæ
Noscit Achæmeniden, improuisoq; repertum
Achæmenides, de quo Virg. 3. AEn. *Viuere miratus, Quis te casu sue, Deúsue*
Seruat Achæmenide? cur inquit, barbara Graium
Prora vehit? petitur vestra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirsutus amictu,
* conserto. *Iam suus, & spinis *concreto tegmine nullis*
Fatur Achæmenides: Iterum Polyphemon, & illos
Aspiciam fluidos humano sanguine rictus,
Hac mihi ni potior domus est, Ithaceq;, carina:
Totus hic locus desumptus est ex lib. 9. Odyss. *Si minùs Æneam veneror genitore: nec vnquam*
Esse satis potero (præstem licet omnia) gratus.
Quòd loquor, & spiro, cœlumq;, & lumina Solis
Aspicio (possumne ingratus, & immemor esse?)
Ille dedit: quòd non anima hæc Cyclopis in ora
Correctio. *Venit, & vt lumen iam nunc vitale relinquam,*
Vt tumulo, aut certè non illa condar in aluo.

Quid

Quid mihi tunc animi, *si non timor abstulit, omnẽ* * nisi.
Sensum, animũq́, fuit, cùm vos petere alta relictus
Æquora conspexi? volui inclamare: sed hosti
Prodere me timui * *vester quoq́ clamor Vlyssis* *Vestræ. Cum abiens clamaret se neminem vocari.
Penè rati nocuit. Vidi, cùm monte reuulsum
Immanem scopulum mediasq́ permisit in vndas.
Vidi iterum veluti tormenti viribus acta Hinc Polyphemi vastam magnitudinẽ collige.
Vasta giganteo iaculantem saxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctú sue, lapísue carinam
Pertimui, iam me non esse oblitus in illa.
Vt verò fuga vos ab acerba morte reduxit,
Ille quidem totam gemebũdus obambulat Ætnã,
Prætentatq́ manu syluas, & luminis orbus
Rupibus incursat, fœdataq́ brachia tabo
In mare protendens gentem execratur Achiuam,
Atq́ ait, O si quis referat mihi casus Vlyssem, Polyphemi excæcati querela.
Aut aliquem ex socijs, in quem mea sæuiat ira,
Viscera cuius edam: cuius viuentia dextra
Membra mea laniem, cuius mihi sanguis inundet
Guttur, & elisi trepident sub dentibus artus:
Quàm nullũ, aut leue sit damnũ mihi lucis adẽptæ?
Hæc, & plura ferox me luridus occupat horror Amplificat calamitatem suam à circũstantijs.
Spectantem vultus etiamnum cæde madentes,
Crudeleſq́ manus, & inanem luminis orbem,
Membraq́, & humana concretã sanguine barbã.
Mors erat ante oculos, minimũ tamen ipsa doloris:
Et iam prensurum: iam nunc mea viscera rebar
In sua mersurum: mentiq́ hærebat imago
Temporis illius, quo vidi bina meorum.
Ter, quater, affligi socios corpora terræ:

Polyphemus homines deuorat.

Cùm ſuper ipſe iacens hirſuti more leonis
Viſcera q̃, & carnes, cumq̃ albis oſſa medullis
Semianimes ſq̃ artus auidam condebat in aluum.
Me tremor inuaſit: ſtabam ſine ſanguine mœſtus,
Mandentemq̃ videns, eiectantemq̃ cruentas
Ore dapes, & fruſtra mero glomerata vomentem.
Talia ſingebam miſero mihi fata parari:
Perq̃ dies latitans multos, omnemq̃ tremiſcens
Ad ſtrepitum, mortemq̃ timens, cupiduſq̃ moriri,
Glande famem pellens, & miſta frondibus herba,
Solus, inops, exſpes, letho, pœnaq̃ relictus,
* Haud. *Hanc procul aſpexi longo poſt tempore nauem,*
Oraui q̃ fugam geſtu, ad littuſq̃ cucurri:
Et moui: Graiumq̃ ratis Troiana recepit.
Tu quoque pande tuos, comitum gratiſſime, caſus,
Et ducis, & turbæ, quæ tecum eſt credita ponto.

Errores Vlyſſis.

Æolon ille refert Tuſco regnare profundo,
Æolon Hippotaden cohibentem carcere ventos:
Quos bouis incluſos tergo (memorabile munus)
Dulichium ſumpſiſſe ducem, flatuq̃ ſecundo
Lucibus iſſe nouem, & terram aſpexiſſe petitam.
Proxima poſt nonam cùm ſeſe Aurora moueret,
*Inuidia ſocios, prædaq̃ cupidine * victos*
Eſſe ratos aurum, dempſiſſe ligamina ventis,
Cũ quibus iſſe retro, per quas modo venerat vndas,
Æoliiq̃ ratem portus repetiſſe tyranni.
Inde Lami veterem Læſtrygonis, inquit, in vrbem
Venimus, Antiphates terra regnabat in illa.

* captos. Hom. Odyſſ. 10.

Antiphates Leſtrygonũ rex.

Miſſus ad hanc ego ſum numero comitãte duorũ:
Vix q̃ fuga quæſita ſalus, comitiq̃ mihiq̃.

Tertius

Tertius è nobis Læstrygonis impia tinxit
Ora cruore suo, fugientibus instat & agmen
Concitat Antiphates, coêunt, & saxa, trabesq́;
Conijciunt, mergunt q́; viros, mergunt q́; carinas.
Vna tamen, quæ nos ipsumq́; vehebat Vlyssem,
Fugit: & amissa sociorum parte, dolentes,
Multaq́; conquesti terris allabimur illis,
Quas procul hinc cernis. procul hinc (mihi crede) videnda
Insula visa mihi, tuq́;, ô iustissime Troum
Nate Dea (neq; enim finito Marte vocandus
Hostis es Æneа) moneo, fuge littora Circes.
Nos quoq; Circæo religata in littore pinu
Antiphatæ memores immansuetiq; Cyclopis
Ire negabamus, vel tecta ignota subire.
Sorte sumus lecti: sors me, fidumq́; Politen
*Eurylochumq́; simul, nimijq́; * Elpenora vini,*
Bisq́; nouem socios Circæa ad mœnia misit.
Quæ simul attigimus, stetimusq́; in limine tecti,
Mille lupi, mistiq; lupis, vrsiq;, leæq́;
Occurſu fecere metum: sed nulla timenda,
Nullaq; erat nostro factura in corpore vulnus.
Quin etiam blandas mouere per aëra caudas,
** Nostraq́; adulantes comitant vestigia: donec*
Excipiunt famulæ, perq́; atria marmore tecta
Ad dominam ducunt. pulchro sedet illa recessu
** Sublimi solio pallamq́; induta nitentem;*
In super aurato circumuelatur amictu.
Nereydes, Nymphæq́; simul, quæ velleramotis
Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt;

Vndecim numero naues perijsse Hom. in 10. Odyss. autor est.

Epitheton istud feritati Cyclopis parum conuenire videtur.

* Alphenora.

* Nosque adludentes.

* Solenni.

Circes aula & pediſſequę

Gramina diſponunt, ſparſoſq; ſine ordine flores
Secernunt calathis, variaſq; coloribus herbas.
Ipſa quod hæ faciunt opus exigit: ipſa quis vſus
Quoue ſit in folio, quæ ſit concordia miſtis,
Nouit, & aduertens penſas examinat herbas.

Neque enim pharmaca, niſi ponderẽtur, rectè componi poſſunt.

Hac vbi nos vidit, dicta, acceptaq; ſalute,
Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.
Nec mora miſceri toſti iubet hordea grani,
Mellaq;, vimq; meri, & cum lacte coagula paſſo:
Quiq; ſub hac lateant furtim dulcedine ſuccos
Adijcit. Accipimus ſacra data pocula dextra.
Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore,
Et tetigit virga ſummos Dea dira capillos
(Et pudet, & referam) ſetis horreſcere cœpi,

Vlyſſis ſocij in porcos.

Nec iam poſſe queri, pro verbis edere raucum
*Murmur, & in terram * toto procumbere vultu:*
Oſq; meum ſenſi pando occaleſcere roſtro,
Colla tumere toris: & qua modò pocula parte
Sumpta mihi fuerant, illa veſtigia feci:

Epiphonema Eurylochus non mutatur à Circe.

Cumq; eadem paſſis (tantum medicamina poſſũt)
Claudor in antra. Suis ſolum caruiſſe figura
Vidimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit:
Quæ niſi vitaſſet, pecoris pars vna maneret
Nunc quoque ſetigeri: nec tantæ cladis ab illo
Certior, ad Circen vltor veniſſet Vlyſſes.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:

Mercurius pacis nuntius.

Moly vocant ſuperi: nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitiſq; ſimul cœleſtibus intrat
Ille domum Circes: & ad inſidioſa vocatus
Pocula conantem virga mulcere capillos

Reppulit,

Reppulit, & ſtricto pauidam deterruit enſe.
Inde fides, dextræq́ data, thalamoq́ receptus
Coniugij dotem ſociorum corpora poſcit.
Spargimur ignotæ ſuccis melioribus herbæ,
Percutimurq́ caput conuerſæ verbere virgæ,
Verbaq́ dicuntur dictis contraria verbis.
Quò magis illa canit, magis hoc tellure leuati
Erigimur, ſetæq́ cadunt, biſidoſq́ relinquit
Rima pedes: redeunt humeri, & ſubiuncta lacertis
Brachia ſunt. flentem flentes complectimur illum,
Hæremuſq́ ducis collo: nec verba locuti
Vlla priora ſumus, quàm nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multaq́ preſens
Tempore tam longo vidi, multa auribus hauſi.
Hoc quoq́ cũ multis quòd clàm mihi rettulit vna
Quattuor è famulis ad talia ſacra paratis.
Cum duce namq́ meo Circe dum ſola moratur,
Illa mihi niueo factum de marmore ſignum
Oſtendit iuuenile, gerens in vertice picum,
Æde ſacra poſitum, multiſq́ inſigne coronis.
Quis foret, & quare ſacra coleretur in æde,
Cur hanc ferret auem quærenti, & ſcire volenti,
Accipe ait, Macareu, dominæq́ potentia quæ ſit
Hinc quoque diſce meæ: tu dictis adijce mentem.

Vlyſſes vindicat ſocijs ſuis priſtinas formas.

SAB. IN FAB. V. ET VI.

VLyſſes varios habet hoſtes, à quibus ſubinde nouis afficitur calamitatibus, nempe Scyllam, Charibdim, Polyphemum, & Antiphaten. Sic quilibet Heros habet ſuos hoſtes,

Quilibet heros ſuos habes hoſtes.

à quibus diuexatur. Hercules habuit Antæum, Gerionem, Cacum: AEneas Turnum, Mezentium: Carolus V. Imperator Turcam, Pontificem, & Gallum.

Æolon Hippotaden cohibentem &c.

Venti ab vtre emissi similes inconsideratis principum bellis.

Fabula de ventis ab vtre per inprudentiam emissis accommodari potest ad incósideratos principes nostri temporis, qui tumultibus & bellis tanquàm ventis ab AEolio vtre emissis turbarunt Germaniam. Nam quemadmodum socij Vlissis resoluto vtre tempestatem inducunt sibi pernicioſam, ita & hi reuulsis vinculis publicæ pacis commouerunt belli tempestatem & sibi & patriæ calamitoſam.

Esse ratos aurum, dempsisse &c.

Homines crapulæ & libidini dediti in sues dicuntur mutari.

Si considerentur mores hominum intemperanter viuentium, non est obscurum quid sociorum Vlyssis conuersio significet. Parùm enim differunt à suibus homines crapulæ, ebrietati & libidini dediti. Significatum est igitur hac fabula, Vlyssis socios apud Circem vixisse admodum intemperanter: id quod etiam Xenophon innuit libro primo de factis & dictis Socratis, vbi refert Socratem sæpe ioco dixisse, se arbitrari homines idcirco sues effectos apud Circen, quoniam illic immodicis escis potationibusque quasi in hara saginati sint. Vlyssem verò partim Mercurij consilio, partim abstinentia sua non fuisse suem factum. Ac videtur Quidius depingere hîc temulen-

Imago hominis temulenti

mulentum hominem, vbi ait:

Quamodò pocula parte &c.

Temulenti enim imitantur gradiendo quadrupedes, eorumq; manus fiunt quasi pedes. Dicta est autem Circe filia Solis, vel propter eximiam pulchritudinem, vel propter noticiam herbarum, ob quam AEsculapius etiam dictus est filius Apollinis seu Solis: cumq; esset formosa & parum casta, homines amore tanquam veneficijs dementauit.

Circe cur dicatur filia Solis.

Moly vocant superi: &c.

Hanc herbam Homerus decimo Odysseæ scribit valere contra veneficia Circes, sed inuentu difficilem esse mortalibus. Arbitror Homerum intelligere per eam voluisse temperantiam: Hæc enim efficit, ne voluptatum illecebris ab honesto deducamur: estque virtus in homine rara. Apud Platonem Socrates Charmiden leuaturus morbo, indicat radiculam, quam ipse itidē interpretatur temperantiam, alludens fortassis ad hanc ipsam, quæ vocatur Moly. Poëta in Priapis ioco transfert allegoriam herbæ ad sensum obscœnum, cum inquit:

Moly pro temperantia qua voluptatum illecebræ vincuntur.

Hinc legitur radix, de qua flos lacteus exit,
Quam cur Moly vocant? Mentula Moly fuit.

FABVLA VII.
De Pico in auem sui nominis.

PIcus in Ausonijs, proles Saturnia, terris
Rex fuit, vtilium bello studiosus equorum.

Picus Latij rex.

Forma viro, quam cernis, erat: licet ipse decorum
Aspicias, sictaq; probes ab imagine veram,
Par animus formæ: nec adhuc spectasse per annos
Quinquẽnem poterat Graiam quater edere pugnã.
Ille suos Dryadas Latijs in montibus ortas
Verterat in vultus: illum fontana petebant
Numina Naiades, quas Albula, quasq; Numici,
Quas Anienis aquæ, cursuq; breuissimus Almo,
Narue tulit præceps, & opacæ Farfarus undæ,
Quæq; colunt Scythicæ stagnũ nemorale Dianæ,
Finitimosq; lacus. spretis tamen omnibus, vnam
Ille colit Nympham, quã quondam in colle Palati
Dicitur ancipiti peperisse Venilia Iano.
Hæc vbi nubilibus primum maturuit annis,
Præposito cunctis Laurenti tradita Pico est.
Rara quidem facie, sed rarior arte canendi:
Vnde Canens dicta est, syluas, & saxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore suo, volucresq; vagas retinere solebat.
Quæ dum fœminea modulatur carmina voce,
Exierat tecto Laurentes Picus in agros,
Indigenas fixurus apros: tergumq; premebat
Acris equi, læuaq; hastilia bina gerebat
Phœniceam fuluo chlamydem comprẽsus ab auro.
Venerat in syluas & filia Solis easdem,
Vtq; nouas legeret fœcundis collibus herbas,
Nomine dicta suo Circæa reliquerat arua.
Quæ simulac iuuenem virgultis abdita vidit,
Obstupuit: cecidere manu quas legerat herbæ:
Flammaq; per notas visa est errare medullas.

* colorem.

Palæstram Graiam vocat, quòd à Græcis instituta sit.

Venilia Iani antiquissimi vxor.

Canens propter excellentem canendi peritiam.

Circe amat Picum.

Emphasis, qua Pici pulchritudo colligitur.

Vt

Vt primùm valido mentem collegit ab æstu,
Quid cuperet fassura fuit: ne posset adire
Cursus equi fecit, circumfusúsq; satelles.
Non tamen effugies, vento rapiare licebit;
Si modò me noui, si non euanuit omnis
Herbarum virtus, nec me mea carmina fallunt.
Dixit: & effigiem nullo cum corpore falsi
Finxit apri, præterq; oculos transcurrere regis
Iussit, & in densum trabibus nemus ire videri
Plurima quà sylua est, & equo loca peruia nõ sunt.
Haud mora, continuo prædæ petit insciius vmbram
Picus, equiq; celer spumantia terga reliquit:
Spemq; sequens vanam, sylua pedes errat in alta.
Concipit illa preces, & verba precantia dixit,
Ignotosq; Deos ignoto carmine adorat,
Quo solet & niueæ vultum confundere Lunæ,
*Et *patrio capiti bibulas subtexere nubes.*
Tunc quoq; cantato densatur carmine cœlum,
Et nebulas exhalat humus: cæciq; vagantur
Limitibus comites, & abest custodia regis.
Nacta locum, tempusq;, Per ô tua lumina, dixit,
Quæ mea cœperũt, perq; hanc pulcherrime formã,
Quæ facit vt supplex tibi sim, Dea, consule nostris
Ignibus, & socerum, qui præuidet omnia, Solem
** Accipe, nec durus Titanida despice Circen.*
Dixerat: ille ferox ipsamq;, precesq; repellit:
Et, quæcunq; es, ait, non sum tuus: altera captum
Me tenet, & teneat per longum comprecor æuum:
Nec Venere externa socialia fœdera ladam,
Dum mihi Ianigenam seruabunt fata Canentem.

Hypallage.

Vota quibus à Dijs, quod cupiebat, impetraret.
* soli.

* Aspice.

Vide Seruium 7. AEn. in hũc locum.
Picus equum domitor.

Sæpe retentatis precibus Titania frustra,
Non impunè feres. neq;, ait, reddêre Canenti:
Læsaq; quid faciat, quid amãs, quid fœmina discès,
Rebus, ait: sed amans, & læsa, & fœmina Circe est.
Tum bis ad occasum, bis se conuertit ad ortum:
Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.
Ille fugit: sed se soluto velocius ipse
Picus à Circe mutatur in auem sui nominis. *Currere miratus pennas in corpore vidit:*
Seq; nouam subitò Latijs accedere syluis
Indignatus auem, duro fera robora rostro
Figit, & iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennæ traxêre colorem:
Fibula quod fuerat, vestemq; momorderat aurum,
Pluma sit, & fuluo ceruix præcingitur auro,
Nec quicquã antiquum Pico, nisi nomina, restat.

SAB. IN FAB. VII.

Ianus cur bifrons. IAnus fuit Ion Græcè & Ausoniæ gentis parens. Is fingitur bifrons, propter eam, qua excelluit prudentiam: est enim prudentis videre à tergo & à fronte, hoc est, considerare præterita ac futura: & cum ijs conferre præsentia.

Currere miratus pennas in corpore &c.

Picus Ausoniæ rex perijt in venatione, non longe ab insula, in qua Circe regnauit. hac de causa Poëtę fabulantur eum veneficijs Circeis esse versum in auem sui nominis. Virgilius prolixam hanc fabulam complexus est tribus his versibus:

Picus

Picus equũ domitor, quẽ capta cupidine cõiunx
Aurea percussit virga versumq; venenis
Fecit auem Circe sparsitq; coloribus alas.

FABVLA VIII.
De Pici socijs in feras.

INtereà comites clamato sæpe per agros
Nequicquàm Pico, nullaq; in parte reperto,
Inueniunt Circen (nam iam tenuauerat auras,
Passaq; erat nebulas ventis, ac Sole resolui)
Criminibusq; premunt veris, regemq; reposcunt
Vimq; ferunt, sæuisq; parant incessere telis.
Illa nocens spargit virus, succosq; veneni, — Pici socij in feras.
*Et noctem, noctisq; Deos *Ereboq;, Chaoq;* — *Erebonq;, Chaonque.
Conuocat, & longis Hecaten vlulatibus orat.
Exiluêre loco (dictu mirabile) sylvæ,
Ingemuitq; solum, vicinaq; palluit arbor,
*Sparsaq; sanguineis *rubuerunt pabula guttis:* — *maduerunt
Et lapides visi mugitus edere raucos,
Et latrare canes, & humus serpentibus atris
Squallere, & tenues animæ volitare videntur.
*Attonitum mõstris vulgus pauet, illa *pauentum* — *chientum.
Ora venenata tetigit mirantia virga:
Cuius ab attactu variarum monstra ferarum
Inuenes veniunt: nulli sua mansit imago.

FABVLA IX.
De Canente pici vxore in auras.

PRæsserat occiduus Tarthesia littora Phœbus,
Et frustra coniux oculis, animoq; Canentis

Tarteſſus vlterioris Hiſpaniæ vrbs.

Expectatus erat. famuli, populuſq; per omnes
Diſcurrunt ſyluas, atq; obuia lumina portant.
Nec ſatis eſt Nymphæ flere, & lacerare capillos,
Et dare plangorem: facit hæc tamen omnia, ſeq;
Proripit, ac latos errat veſana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina viderunt inopem ſomniq;, cibiq;
Per iuga, per valles quà ſors ducebat, euntem.
Vltimus aſpexit feſſam luctuq;, viaq;
Tybris, & in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lachrymis ipſos modulata dolores,
Verba ſono tenui mœrens fundebat: vt olim

Triſtitiæ confectæ hypotyſis.

Cygni præuidentes quid in morte boni ſit, cum cantu & voluptate moriuntur. Cic. 1. Tuſ. Canens loco nomen dedit.

Carmina iam moriens canit exequialia Cygnus.
Luctibus extremùm tenues liquefacta medullas
Tabuit, inq; leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt: quem ritè Canentem
Nomine de Nymphæ veteres dixêre coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum,
Viſaq; ſunt. Reſides, & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretum, rurſus dare vela iubemur:
Ancipiteſq; vias, & iter Titania vaſtum
Dixerat, & ſæui reſtare pericula ponti.
Pertimui, fateor, nactuſq; hoc littus, adhæſi.

SAB. IN FAB. IX.

Canens vnde, & cur in auras mutata.

CAnens à canendo nomen adepta eſt: fuit enim vt inquit Poëta,

Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi,
Vnde canens dicta eſt: ſyluas & ſaxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari

Ore

Ore ſuo, volucresq́ vagas retinere ſolebat.

Hæc recte fingitur mutari in auras: quia omnis ſoni vox in auras euaneſcit.

FABVLA X.

De Diomedis comitibus in aues Diomedeas.

Finierat Macareus: vernaq́ Æneïa nutrix
Condita marmoreo tumulo breue carmen habebat.
Hic me Caietam notæ pietatis alumnus
Ereptam Argolico, quo debuit igne, cremauit.
Soluitur herboſo religatus ab aggere funis,
Et procul inſidias, infamataq́ relinquunt
Tecta Deæ, lucoſq́ petunt, vbi nubilus vmbra
*In mare * cum fulua prorumpit Tybris arena:*
Faunigenæq́ domo potitur, nataq́ Latini,
Non ſine Marte tamen. bellum cum gente feroci
Suſcipitur: pactaq́ furit pro coniuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota, diuq́
Ardua ſollicitis victoria quaritur armis.
Auget vterq́ ſuas externo robore vires:
Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur
Caſtra: neq́ Æneas Euandri ad mœnia fruſtra,
At Venulus fruſtra profugi Diomidis ad vrbem
Venerat. ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat, dotaliaq́ arua tenebat.
Sed Venulus Turni poſtquam mandata peregit,
Auxilium petijt, vires Ætolius heros
Excuſat, nec ſe, aut ſoceri committere pugnæ
Velle ſui populos, aut quos è gente ſuorum
Armet habere vllos, néue hæc commenta putetis

Caietę ſepulchrum. Virg. 7. AEneid.

* conuulſa. AEneas Italian ingreſſus cum Rutulis dimicat.

Diomedes Tydei AEtoliæ regis filius.

Turnus Rutulorum rex contra AEneam.

(*Admonitu quanquàm luctus renouentur amari*)
Perpetiar memorare tamẽ. Posi quam alta cremata
* Ilion. ** Ilios, & Danaas pauerunt Pergama flammas,*
Aiax Oilei P. *Naryciusq́ heros à virgine, virgine rapta,*
Pallade, ob *Quam meruit pœnam solus digessit in omnes:*
stru pratam in *Spargimur, & ventis inimica per æquora rapti*
eius templo *Fulmina, noctem, imbres, iram cœliq́, mariq́*
Cassandram. *Perpetimur Danai: cumulumq́ Caphæa cladis.*
Diomedis er- *Neue morer referens tristes ex ordine casus,*
rores. *Græcia tum potuit Priamo quoq́ flenda videri.*
Inimica est *Me tamen armiferæ seruatum cura Mineruæ*
calamitas, *Fluctibus eripuit. patrijs sed rursus ab agris*
quæ hostibus *Pellor: & antiquo memores de vulnere pœnas*
quoque flen- *Exigit alma Venus: tantosq́ per alta labores*
da videtur. *Æquora sustinui, tantos terrestribus armis,*
Vt mihi felices sint illi sæpe vocati,
Quos communis hyems, importunusq́ Caphæreus
Mersit aquis, vellemq́ horum pars vna fuisse.
Vltima iam passi comites, belloq́ fretoq́,
Deficiunt, finemq́ rogant erroris. at Agmon
Feruidus ingenio, tum verò & cladibus asper,
* vestra. *Quid supperest quod iam patientia * nostra recuset*
Ferre viri? dixit, Quid habet Cytherea, quod vltra
(Velle puta) faciat? nam dum peiora timentur,
Ad preces e- *Est locus in voto: sors autem vbi pessima rerum est,*
nim confugi- *Sub pedibus timor est, securaq́ summa malorum.*
mus cùm de- *Audiat ipsa, licet, & quod facit, oderit omneis*
teriora time- *Sub Diomede viros: odium tamen illius omnes*
mus.
Pleuron vrbs *Spernimus, & magno stat magna potentia nobis.*
Ætoliæ. *Talibus iratam Venerem Pleuronius Agmon*

Instimu-

*Inſtimulat verbis, * veteremq́ reſuſcitat iram.* * ſtimuliſque.
Dicta placent paucis. numeri maioris amici
Agmona corripimus, cui reſpondere volenti Agmon cum ſocijs quibuſdam in aues.
Vox pariter, vociſq́ via eſt tenuata comæq́
In plumas abeunt, plumis quoque colla teguntur,
Pectoraq́, & tergum: maiores brachia pennas
*Accipiunt: cubitiq́ leues * ſinuantur in alas.* * curuantur.
Magna pedis digitos pars occupat: oraq́ cornu
Indurata rigent, finemq́ in acumine ponunt.
*Hunc Lycus, hunc * Idas, & cùm Rethenore Nycteus,* *Iolis.
Hunc miratur Abas: & dum mirantur, eandem
Accipiunt faciem, numeruſq́ ex agmine maior
Subuolat, & remos plauſis circunuolat alis.
Si volucrum quæ ſit dubiarum forma requiris:
Vt non cygnorum, ſic albis proxima cygnis.
Vix equidem has ſedes & Iapygis arida Dauni
Arua gener teneo minima cum parte meorum.

SAB. IN FAB. X.

IN inſula contra Apuliæ oram ſunt aues fulicilis ſimiles, quæ nuſquam alibi viſuntur. hæ olim, vt autor eſt Plinius, ædem Diomedis in ea inſula ſepulti perluebant quotidie madentibus pennis, ac quaſi purificabant. aduenas item barbaros plangore infeſtantes, Græcis tamen adulabantur miro diſcrimine, veluti generi Diomedis hoc tribuentes. vnde origo fabulæ, nempe eas aues fuiſſe Diomedis ſocios. Aues Diomedeæ.

FABVLA XI.
De Appulo paſtore in Oleaſtrum.

HActenus Oenides. Venulus Calydonia regna,
Peucetioſq́; ſinus, Meſſapiaq́; arua relinquit.
In quibus antra videt quæ multa nubila ſylua,
Et leuibus guttis manantia ſemicaper Pan
Pan. *Nunc tenet: at quodam tenuerũt tẽpore Nymphæ.*
Appulus has illa paſtor regione fugatas
Terruit, & primò ſubita formidine mouit.
Mox vbi mens rediit, & contempſere ſequentem,
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor, ſaltuq́; imitatus agreſti
Addidit obſcœnis conuitia ruſtica dictis:
Nec priùs obticuit, quàm guttura condidit arbor.
Arbor enim eſt: ſuccoq́; licet cognoſcere mores.
Appulus paſtor in oleaſtrum. *Quippe notam linguæ baccis oleaſter amaris*
Exhibet: aſperitas verborum ceſſit in illas.

SAB. IN FAB. XI.

Conuitiator maledicus rectè fingitur in oleaſtrum mutatus.

NOn eſt inconueniens transformatio maledici conuitiatoris in oleaſtrum. par eſt enim acerbitas in oleaſtri fructu, & in petulãti lingua. Quid igitur fabula ſignificet, Quidius indicat, cum inquit:

Quippe notam linguæ baccis, &c.

FABVLA XII.
De AEneæ nauibus in Nymphas.

HInc vbi legati rediere negata ferentes
Arma Ætola ſibi, Rutuli ſine viribus illis
Bella infauſta gerunt: multumq́; ab vtraq́; cruoris
Parte

Parte datur. fert ecce auidas in pinea Turnus
Tecta faces: igneſq́ timent, quibus vnda pepercit.
Iamq́ picem, & ceras alimentaq́ cætera flammæ
Mulciber vrebat, perq́ altum ad carbaſa malum
Ibat, & incuruæ fumabant tranſtra carinæ:
Cùm memor has pinus Idæo vertice cæſas
Sancta Deûm genitrix tinnitibus æthera pulſi
Æris, & inflati compleuit murmure buxi:
Perq́ leues domitis inuecta leonibus auras,
Irrita ſacrilegæ iactas incendia dextra — Hyppallage, Ipſe enim ſacrilegus intelligitur.
Turne, ait: eripiam, nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes, & membra meorum.
Intonuit dicente Dea: tonitrumq́ ſecuti
Cum ſaliente graues ceciderunt grandine nimbi:
Aeraq́, & tumidum ſubitis concurſibus æquor
** Aſtræi turbant, & eunt in prælia fratres.* — *Venti.
E quibus alma parens vnius viribus vſa,
Stuppea prærupit Phrygiæ retinacula puppis:
Fertq́ rates pronas, medioq́ ſub æquore mergit. — Periphraſis funium quibus naues ad terram religantur.
Robore mollito, lignoq́ in corpora verſo,
In capitum facies puppes mutantur aduncæ:
In digitos abeunt, & crura natantia remi: — Naues AEneæ in Nymphas.
Quodq́ ſinus fuerat, latus eſt: mediiſq́ carina
Subdita nauigijs ſpinæ mutatur in vſum.
Lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.
Cærulus vt fuerat, color eſt: quaſq́ antè timebant,
Illas virgineis exercent luſibus vndas
*Naiades æquoreæ: * ſummiſq́ in montibus ortæ* — *duriſque.
Molle fretum celebrant: nec eas ſua tangit origo
*Non tamen oblitæ quàm multa pericula * ſæpe* — *ſæbo.

Pertulerint pelago, iactatis ſæpe carinis
Suppoſuere manus, niſi ſiqua vehebat Achiuos.

SAB. IN FAB. XII.

Venti vnde & cur dicantur filij Auroræ & Aſtrei Gigantis.

VEnti dicuntur ex Aſtreo gigante nati, quòd ex halitu terræ velut ex materia generentur. Nam Phyſici per gigantes intelligũt ſpiritus terræ incluſos, ſicut antea dictum eſt. Aſtreus autẽ Gigas vbi genuit ventos, fertur concubuiſſe cum Aurora : Sol enim autor & parens eſt motuum, eoq; oriente ſpiritus & augentur & ſternuntur pro commotione vel aëris vel redundantis humoris, ſicuti Ariſtoteles diſputat in problemate 35. ſectione 25.

In capitum facies puppes mutantur, &c.

Mutatio nauium in Nymphas, ſignificat naues in aquis fuiſſe merſas, quæ ab hoſtibus erant incenſæ : atq; ita conſeruatas. Huius fabulæ autor eſt Virgilius in nono AEneidos.

FABVLA XIII.
De naui Vlyſſis in ſcopulum.

Nauis ab Alcinoo Vlyſſi data in ſcopulum.

CLadis adhuc Phrygiæ memores, odere Pelaſgos
Neritiæq; ratis viderũt fragmina latis
Vultibus, & latis videre rigeſcere puppem
Vultibus Alcinoi, ſaxumq; increſcere ligno.

FABVLA XIIII.
De Ardea Turni ciuitate in auem.

SPes erat in Nymphas animata claſſe marinas
Poſſe metu monſtri Rutulum deſiſtere bello:
Perſtat:

Perſtat: habetq; Deos pars vtraq; : quodq; Deorum eſt
Inſtar, habent animos. nec iam dotalia regna,
Nec ſceptrum ſoceri, nec te Lauinia virgo,
Sed vicisſe petunt: deponendiq; pudore
Bella gerunt. tandemq; Venus victricia nati
Arma videt, Turnuſq; cadit: cadit Ardea, Turno Turnus vincitur ab AEnea.
Soſpite dicta potẽs. quam poſt quam barbarus enſis Ardea Turni ciuitas in auem.
Abſtulit, & trepida patuerunt tecta fauilla,
Congerie è media tum primùm cognita præpes
Subuolat, & cineres plauſis euerberat alis,
Et ſonus, & macies, & pallor, & omnia, captum
Quæ deceant vrbem, nomen quoque manſit in illa
Vrbis: & ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.

SAB. IN FAB. XIIII.

FAbula ex alluſione nominis conficta. eſt enim nomen Ardeæ æquiuocum, vtrunque ſignificans & oppidum & auem. Liuius autem teſtatur Ardeam Rutulorum vrbem adhuc fuiſſe Tarquinij temporibus, vnde conſtat eam tunc incendio quidem conflagraſſe, ſed poſtea fuiſſe inſtauratam. Ardea cõflagrata, & poſtea reſtaurata.

FBVLA XV.
De AEnea inter Deos indigetes tranſlato.

IAmq; Deos omnes, ipſamq; Æneia virtus
Iunonem veteres finire coegerat iras:
Cùm bene fundatis opibus creſcentis Iuli,
Tempeſtiuus erat cœlo Cythereïus heros.

Ambieratq; Venus superos: colloq; parentis
Circunfusa sui, Nunquàm mihi, dixerat, vllo
Tempore, dure pater, nunc sis mitissimus opto:
Æneæq; meo, qui de te sanguine nostro
Fecit auum, quamuis paruum, des optime numen,
Dummodo des aliquod. satis est inamabile regnum
Aspexisse semel, Stygios semelisse per amnes.
Assensere Dei: nec coniux regia vultus
Immotos tenuit, placatoq; annuit ore.
Tum pater, Est is, ait, cœlesti numine dignus:
Quæq; petis, pro quoq; petis, cape nata quod optas.
Fatus erat: gaudet, gratisq; agit illa parenti:
Currus veneris à columbis vehitur. *Perq; leues auras iunctis inuecta columbis*
Littus adit Laurens, vbi tectus arundine serpit
In freta flumineis vicina Numicius vndis.
Hunc iubet Æneæ quæcunque obnoxia morti
Abluere, & tacito deferre sub æquora cursu.
Corniger exequitur Veneris mandata: suisq;
Quicquid in Ænea fuerat mortale, repurgat,
Et respersit aquis: pars optima restitit illi.
Lustratum genitrix diuino corpus odore
Vnxit, & ambrosia cum dulci nectare mista
AEneas inter Deos indigetes. *Contigit os, fecitq; Deum: quem turba Quirini*
Nuncupat Indigetem, temploq;, ariisq; recepit.

SAB. IN FAB. XV.

AEneæ mortalitatẽ quomodo Numicius abluit. QVæ hîc narrantur de Numicio amne AEneæ mortalitatẽ abluẽte, haud dubiè referẽda sunt ad historiã: nõ obscurè enim indicat Ouidius Aeneã in Numicio perijsse, cũ ait:

Littus

Littus adit Laurens, &c.

FABVLA XVI

De Tyberino in Tyberim, de Auentino monte, & Pomona à pomis dicta, & Vertumni varia metamorphosi.

INde sub Ascanij ditione binominis Alba,
Resq; Latina fuit. successit Syluius illi:
Quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro. clarus subit Alba Latino
Epitus ex illo: post hunc Capetusq;, Capysq;,
Sed Capys ante fuit. regnum Tyberinus ab illis
Cepit: & in Tusci demersus fluminis vndis
Nomina fecit aquæ. de quo Remulusq;, feroxq;
Acrota sunt geniti. Remulus maturior annis
Fulmineo perijt imitator fulminis ictu.
Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino: qui quo regnârat, eodem
Monte iacet positus, tribuitq; vocabula monti.
Iamq; Palatinæ summam Procagẽtis habebat.
Rege sub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit solertiùs hortos,
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus:
Vnde tenet nomen, non syluas illa, nec amnes,
Rus amat, & ramos felicia poma ferentes,
Nec iaculo grauis est, sed adunca dextera falce:
Qua modo luxuriem premit, & spatiantia passim
Brachia compescit: fisso modò cortice, lignum
Inserit, & succos alieno præstat alumno.
Nec sentire sitim patitur, bibulæq; recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat vndis.
Hic amor, hoc studium. Veneris quoq; nulla cupido
Vim tamen agrestum metuens, pomaria claudit

Regum Albanorum catalogus.

Pomona pomorum Dea, à pomis dicta.

Intus, & acceſſus prohibet, refugitq; viriles.
Quid non & Satyri ſaltatibus apta iuuentus
Fecêre, & pinu præcincti cornua Panes,
* Syluanuſq;. ** Silenuſq; ſuis ſemper iuuenilior annis,*
Quiq; Deus fures vel falce, vel inguine terret,
Vt potirentur ea? ſed enim ſuperabat amando
Vertumni variæ metamorphoſes. *Hos quoque vertumnus: neque erat felicior illis.*
O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit, veriq; fuit meſſoris imago!
Tempora ſæpe gerens, fœno relligata recenti,
Deſectum poterat gramen verſare videri.
Sæpe manu ſtimulos rigida portabat, vt illum
Iuraſſes feſſos modo diſiunxiſſe iuuencos.
Falce data frondator erat, vitiq; putator.
Induerat ſcalas, lecturum poma putares.
Miles erat gladio, piſcator arundine ſumpta.
Denique per multas aditum ſibi ſæpe figuras
Repperit, vt caperet ſpectatæ gaudia formæ.
Vertumnus nouiſſimè in anum. *Ille etiam picta redimitus tempora mitra,*
Innitens baculo, poſitis per tempora canis
Aſſimulauit anum, cultoſq; intrauit in hortos.
In omnib. lib. vulgatis hunc verſum ſequtũur duo alij planè falſi. *Pomaq; mirata eſt, Tantoq; potentior, inquit:*
Paucaq; laudatæ dedit oſcula, qualia nunquam
Vera dediſſet anus: glebaq; incurua reſedit,
Suſpiciens pandos autumni pondere ramos.
Vlmus erat contra ſpecioſa nitentibus vuis:
Quam ſocia poſtquam pariter cum vite probauit,
At ſiſtaret, ait, cœlebs ſine palmite truncus
Nil præter frondes, quare peteretur haberet.
Hæc quoque, quæ iuncta vitis requieſcit in vlmo,

Si

Si non iuncta foret, terræ acclinata iaceret,
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius:
Concubituſq́ fugis, nec te coniungere curas.
Atque vtinam velles. Helene non pluribus eſſet
Sollicitata procis, nec quæ Lapitheia mouit
Prælia, nec coniux timidi ac audacis Vlyſſei.
Nunc quoque cùm fugias, auerſeriſq́ petentes,
Mille viri cupiunt, & Semideiq́, Deiq́,
Et quæcunque tenent Albanos numina montes.
Sed tu, ſi ſapies, ſi te benè iungere, anumq́
Hanc audire voles, quæ te plus omnibus illis,
Plus, quàm credis, amo, vulgares reijce tædas,
Vertummumq́ tori ſocium tibi delige. pro quo
Me quoq́ pignus habe. neq́ enim ſibi notior ille eſt,
Quàm mihi, nec toto paſſim vagus errat in orbe.
Hæc loca magna colit: nec vti pars magna procorũ
Quam modo vidit amat: tu primus, & vltimus illi
Ardor eris, ſoliq́ ſuos tibi deuouet annos.
Adde quod eſt iuuenis, quod naturale decoris
Munus habet, formaſq́ aptè fingetur in omnes,
Et quod erit iuſſus (iubeas licet omnia) fiet.
Quid q́ amatis idem? quod quæ tibi poma colũtur,
Primus habet, lætaq́ tenet tua munera dextra?
Sed neque iam fœtus deſiderat arbore demptos,
Nec quas hortus alit cum ſuccis mitibus herbas,
Nec quicquam, niſi te, miſerere ardentis: & ipſum
Quod petit, ore meo præſentem crede precari,
Vltoreſq́ Deos, & pectora dura perosam
Idaliam, memoremq́ time Rhamnuſidis iram.
Quoq́ magis caueas (et enim mihi multa vetuſtas

Hîc, deuouet in bonã partem accipitur.

Scire dedit) referam tota notissima Cypro
Facta, quibus flecti facilè, & mite scere possis.

SAB IN FAB XVI.

IN hac genealogia obseruanda est diuersitas nominum. Nonnulli enim reges, quorum hic fit mentio, diuersis nominibus appellantur. Epitus à Liuio Atys, & Capetus ab ipso Ouidio alibi Calpetus vocatur, vt in 4. fasto. *Et tuus est idem Calpete factus auus*. Nam ibi loquitur de Epito, cuius nepotem ait esse Calpetum. Ac quoniam Epitus fuit Capeti seu Calpeti auus, ideò hoc loco ita dicit: *Sed Capys antè fuit*. hoc est, Capeto prior: vtpote ipsius parens. item Remulus, quem Dionysius Alladium, Liuius Romulum vocat. Est autem in numero personarum quoq; diuersitas. nam Liuius aliquantò plures numerat reges quàm Ouidius: estq; regum Albanorum & Romuli genealogia hæc secundum Liuium. AEneas, Ascanius, Syluius, AEneas Syluius, Latinus Syluius, Alba, Atys, Capetus, Tyberinus, Agrippa, Romulus, Syluius, Auentinus, Proca, Numitor & Amulius fratres: Rhea Numitoris filia, Romuli & Remi mater.

Hos quoque Vertumnus: &c.

Vertumni Metamorphoses pro conuersionibus anni.

Vertumni Metamorphoses in aratorem, messorem, & alias hominum formas, significant cõuersiones anni, quibus nunc aratores, nunc messores, nunc vindemiatores, nunc fron-

frondatores, exequuntur ſuum munus. Nam annus, apud Latinos Vertumnus dicitur, à vertendo, quòd ſemper conuertatur peracto curſu: vnde Horatius:

Vertumnus vnde dicitur & cur in aniculam.

Viuere vertumnis, quotquot ſunt natus iniquis.

Vertumnus autem poſt varias formas in aniculam conuerſus, ſignificat annum iam ſeneſcentem. ſub id enim tempus Pomona Vertumno nubit, hoc eſt, arborum fructus miteſcunt. Eædem Metamorphoſes transferri etiam poſſunt ad inconſtantiam amoris. nam amantium animi ſibi non conſtant, ſed agitantur varijs ac diuerſis affectionibus.

Amoris incóſtantia.

FABVLA XVII.

De Iphe amoris impatientia laqueo vitam finiente, & de Anaxarete in ſaxum.

Viderat a veteris generoſam ſanguine Teucri
Iphis Anaxareten humili de ſtirpe creatus:
Viderat, & totis perceperat oſſibus ignes:
Luctatuſq; diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non potuit, ſupplex ad limina vênit:
Et modò nutrici miſerum confeſſus amorem,
Ne ſibi dura foret, per ſpes orauit alumnæ:
Et modò de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petijt propenſum voce fauorem.
Sæpe ferenda dedit blandis ſua verba tabellis.
Interdum madidas lachrymarum rore coronas
Poſtibus intendit, poſuitq; in limine duro
Molle latus, triſtiſq; ſeræ conuitia fecit.
Saeuior illa freto ſurgente, cadentibus hœdis,

Iphis. Hypotypoſis eorum, quibus amatores vtuntur, vt amatis potiantur.

Antitheton.

Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et saxo, quod adhuc viuum radice tenetur;
Spernit & irridet, factiq; immitibus addit
Verba superba ferox, & spe quoq; fraudat amantẽ.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis, & ante fores hæc verba nouissima dixit:
Vincis Anaxarete: neque erunt tibi tædia tandem
Vlla ferenda mei: lætos molire triumphos,
Et Pæana voca, nitidaq; incingere lauro.
Vincis, ait, moriorq; labens, age ferrea, gaude.
Certè aliquid laudare mei cogêris, eritq;
Quo tibi sim gratus, meritumq; fatebere nostrum.
Non tamen ante mihi curam excessisse memento,
Quàm vitã geminaq; simul mihi luce carendũ est.
Nec tibi fama mei uentura est nuntia lethi.
Ipse ego, ne dubites, adero, præsensq; videbor,
Corpore vt exanimi crudelia lumina pascas.
Si tamen, ô superi, mortalia facta videtis,
Este mei memores: nihil vltrà lingua precari
Sustinet: & longo facite vt narremur in æuo:
Et quæ dempsistis vitæ, date tempora famæ.

Iphis amoris impatientia laqueo vitam finit.

Dixit: & ad postes ornatos sæpe coronis
Humentes oculos, & pallida brachia tollens,
Cùm foribus laquei religaret vincula summis,
Hæc tibi serta placent crudelis, & impia, dixit:
Inseruitq; caput: sed tum quoq; versus ad illã est:
Atque onus infelix elisa fauce pependit:
Icta pedũ motu, trepidantem, & multa gementem
Visa dedisse sonum est, adapertaq; ianua factum
Prodidit. exclamant famuli: frustraq; leuatum

Nam

(Nam pater occiderat) referũt ad limina matris,
Accipit illa ſinu, complexaq́ frigida nati
Membra ſui, poſtquam miſerarũ verba parentum
Edidit, & matrum miſerarum facta peregit,
Funera ducebat mediam lacrymoſa per vrbem,
Luridaq́ arſuro portabat membra feretro.
Fortè viæ vicina domus, quà flebilis ibat
Pompa, fuit: duræq́ ſonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes, quam iam Deus vltor agebat. Rhamnuſia ſuperbiæ vltrix.
Mota tamen, Videamus, ait, miſerabile funus,
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vixq́ bene impoſitum lecto proſpexerat Iphim:
Diriguere oculi, caliduſq́ e corpore ſanguis,
Inducto pallore fugit: conataq́ retro
Ferre pedes, hæſit: conata auertere vultus,
Hoc quoque non potuit: paulatimq́ occupat artus, Anaxarete puella in ſaxum.
Quod fuit in duro iampridem corpore, ſaxum.
Neue ea ficta putes, domina ſub imagine ſignum
Seruat adhuc Salamis: Veneris quoq́ nomine tẽplũ Venus proſpiciens.
Proſpicientis habet. Quorum memor, ô mea, lentos
Pone precor faſtus, & amanti iungere Nympha.
Sic tibi nec vernum naſcentia frigus adurat
Poma, nec excutiant rapidi florentia venti.
Hæc vbi nequicq̃ formas Deus aptus in omnes,
Edidit, in iuuenem rediit, & anilia demit Vertumnus in multas formas.
Inſtrumenta ſibi: taliſq́ apparuit illi,
Qualis vbi oppoſitas nitidiſſima Solis imago
Eiecit nubes, nullaq́ obſtante reluxit:
Vimq́ parat: ſed vi non eſt opus: inq́ figura
Capta Dei Nympha eſt, & mutua vulnera ſenſit.

SAB. IN FAB. XVII.

Anaxarete cur in ſaxum.

ANaxarete in ſaxum conuerſa fingitur, propter duriciem animi: id quod Poëta non obſcurè indicat, cùm ait:

Paulatimq; occupat artus, Quod fuit &c.

FABVLA XVIII. ET XIX.

De aquis frigidis in calidas, & de Romulo in Deum Quirinũ.

* Grata. Ad reges Albanos, intermiſſa narratione mutationum Vertumni, redit. Propter raptũ Sabinarũ. Sabini. * edidit. Liuius. lib 1. ab vrbe cõd. Romulus Iliæ F.

PRoximus Auſonias iniuſti miles Amuli
Rexit opes: Numitor q; ſenex amiſſa nepotum
Munere, regna capit: feſti ſq; Parilibus vrbis
Mœnia conduntur. Tatius, patr ſq; Sabini
Bella gerunt: arci ſq; via Tarpeia recluſa
Dignam animam pœna congeſtis exuit armis.*
Inde ſati Curibus tacitorum more luporum
Ore premunt voces, & corpora victa ſopore
Inuadunt, portaſq; petunt, quas obice firmo
Clauſerat Iliades: vnam tamen ipſa recluſit,
Nec ſtrepitum verſo Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portæ cecidiſſe repagula ſenſit:
Et clauſura fuit, niſi quòd reſcindere nunquam
Dijs licet acta Deũm. Iano loca iuncta tenebant
Naiades Auſoniæ gelido rorantia fonte.
Has rogat auxilium. nec Nymphæ iuſta petentem
Suſtinuere Deam: venaſq;, & flumina fontis
Elicuere ſui. nondum tamen innuia Iani
Ora patentis erant, nec iter præcluſerat vnda.
Lurida ſupponunt fœcundo ſulphura fonti,
Incendunt q; cauas fumante bitumine venas.
Viribus his, aliiſq; vapor penetrauit ad ima
Fontis, & Alpino modo quæ certare rigori
Audebatis aquæ, non ceditis ignibus ipſis.

Hæc fabula deſcribitur Faſt. 1. Aquæ frigidæ in calidas.

Flammifera

Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes,
Portaq́; nequicquam rigidis promiſſa Sabinis
Fonte fuit præſtructa nouo, dum Martius arma
Indueret miles, quem poſtquam Romulus vltro
Obtulit, & ſtrata eſt tellus Romana Sabinis
Corporibus, ſtrata eſtq́; ſuis: generiq́; cruorem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis.
Pace tamen ſiſti bellum, nec in vltima ferro
Decertare placet, Tatiumq́; accedere regno.
Occiderat Tatius, populiſq́; æquata duobus
Romule iura dabas: poſita cum caſſide Mauors
Talibus affatur Diuûmq́; hominumq́; parentem:
Tempus adeſt genitor (quoniam fundamine magno
Res Romana valet, & præſide pendet ab vno)
Præmia iam promiſſa mihi, dignoq́; nepoti
Soluere, & ablatum terris imponere cœlo.
Tu mihi concilio quondam præſente Deorum
(Nã memoro, memoriq́; animo pia verba notaui)* *tua.
Vnus erit, quem tu tolles ad ſidera cœli,
Dixiſti. rata ſit verborum ſumma tuorum.
Annuit omnipotens, & nubibus aëra cæcis
Occuluit, tonitruq́;, & fulgure terruit orbem.* *vrbem.
Quæ ſibi promiſſæ ſenſit data ſigna rapinæ,
Innixuſq́; haſtæ preſſos temone cruento
Impauidus conſcendit equos Gradiuus, & ictu
Verberis increpuit, pronumq́; per aëra lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle Palati:
Reddentemq́; ſuo non regia iura Quiriti
Abſtulit Iliadem. corpus mortale per auras
Dilapſum tenues: vt lata plumbea funda

Romulus in Deum Quirinum.

Missa solet medio glans intabescere cœlo.
Pulchra subit facies, & puluinaribus altis
*Dignior est, * qualis trabeati forma Quirini,*
Flebat vt amissum coniux, cùm regia Iuno
Irin ad Hersiliam descendere limite curuo
Imperat, & vacuæ sua sic mandata referre:

* quàm sit.

SAB. IN FAB. XIX.

Milites sacrati.

SVlphureę & feruentes aquæ, quibus Sabini Romanorum hostes exusti & in fugam cõiecti finguntur, significant milites sacratos, qui superstitioso ritu initiabantur ad Vadimonis lacum, feruida & sulphurea aqua scatentem. Nam cum hostes noctu per ianualem portam irrupissent in vrbem, ab his militibus repressi & profligati sunt. Militum verò sacratorum meminit Liuius libro. 9. primæ decadis.

Annuit omnipotens, &c.

Romulus cur dicatur ablatus præcedẽte tonitru & fulgure.

Romulus ideò fingitur à Marte ablatus præcedente tonitru & fulgure, quia subitò coorta tempestate ictus est fulmine, cum ad exercitum recensendum concionem in campo ad Capræ paludem haberet.

FBVLA XX.
De Hersilia in Oram Deam.

O Et de Latio, ô & de gente Sabina
Præcipuum matrona decus, dignissima tanti
Antè fuisse viri coniux, nunc esse Quirini,

Siste

Sistę tuos fletus, & si tibi cura videndi
Coniugis est, duce me lucum pete, colle Quirino
Qui viret, & templum Romani regis obumbrat.
Paret, & in terram pictos delapsa per arcus,
Hersiliam iussis compellat vocibus Iris.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
O Dea (namq; mihi, nec quæ sis dicere promptũ est
Et liquet esse Deam) duc, ô duc, inquit, & offer
Coniugis ora mihi: quem si modò posse videre
Fata semel dederint, cœlum accepisse videbor.
Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantæa
Ingreditur colles. ibi sidus ab æthere lapsum
Decidit in terras: à cuius lumine flagrans
Hersiliæ crinis cum sidere cessit in auras.
Hanc manibus notis Romanæ conditor vrbis
Excipit, & priscum pariter cum corpore nomen
Mutat, Oramq; vocat: quæ nunc Dea iũcta Quirino est.

Hersilia Romuli coniux in Oram Deam.

SAB. IN FAB. XX.

Mortuis honore deorum consecratis nomina immutabantur, ne crederentur mortales fuisse. Sic Romulus mutato nomine dictus est Quirinus: & Hersilia eius vxor dicta est Ora: vnde introductam arbitror consuetudinem, qua Pontifices Romani tanquam consecrati, nomen suum immutant. Erat autem Ora apud Romanos, qualis Hebe apud Græcos, Dea iuuẽtæ: quæ & Horta dicebatur, vt Plutarchus refert in libro problematum, eò

Mortuis consecratis cur nomina immutata.

Ora Dea iuuentutis, & cur Quirini coniux dicatur.

quòd iuuenes ad virtutem & gerendas res hortatur. Hanc Romani ſuo Quirino perinde vt vxorem conſecrarunt, ſignificantes imperium non deſidia & ocio, ſed virtute & rebus gerendis parari atque conſeruari: virtutem verò bellicam niti flore iuuentutis.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER XV.

FABVLA I.

De Myſſilio abſoluto calculis nigris in albos conuerſis.

*Q*ueritur interea, quis tantæ ponderamolis
Sustineat, tantoq; queat ſuccedereregi.
Deſtinat imperio clarum prænuntia veri
Fama Numam. non ille ſatis cognôſſe Sabinæ
Gentis habet ritus: animo maiora capaci
Concipit, & quæ ſit rerum natura requirit.
Huius amor curæ, patria, Curibuſq; relictis
Fecit, vt Herculei penetraret ad hoſpitis vrbem.

Numa Pompilius ſecundus Rom. Rex.

Crotonis.

Graia

Graia quis Italicis autor posuisset in oris
Mœnia quærenti, sic è senioribus vnus
Rettulit indigenis, veteris non inscius æui:
Dives ab Oceano bobus Ioue natus Iberis,
Littora felici tenuisse Lacinia cursu
Fertur, & armento teneras errante per herbas
Ipse domum magni, nec inhospita tecta Crotonis
Intrasse, & requie longum releuâsse laborem:
Atque ita discedens æuo dixisse nepotum,
Hic locus vrbis erit: promissaq; vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
Mycilus, illius Dijs acceptissimus æui.
Hunc super incumbens pressum grauitate soporis
Clauiger alloquitur: lapidosas Æsaris vndas.
I pete diuersi: Patrias agè desere sedes,
Et, nisi paruerit, multa, ac metuenda minatur.
Posteà discedunt pariter, somnusq;, Deusq;.
Surgit Alemonides, tacitaq; recentia mente
Visa refert, pugnatq; diu sententia secum.
Numen abire iubet: prohibent discedere leges,
Pœnaq; mors posita est patriam mutare volenti.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,
Et caput extulerat densissima sydereum nox:
Visus adesse idem Deus est, eademq; monere,
Et, nisi paruerit, plura, & grauiora minari.
Pertimuit, patriumq; simul transferre parabat
In sedes penetrale nouas. fit murmur in vrbe,
Spretarumq; agitur legum reus: vtq; peracta est
Causa prior, crimenq; patens sine teste probatum,
*Squalidus ad superos *tendens reus ora, manusq;,*

Lacinium Italiæ promõtorium est inter Adriaticum mare, & Ionium.

Mycillus capitis reus factus.

Periphrasis noctis.

* tollens.

O cuius cœlum bis ſex fecêre labores,
Suffragia lata per lapillos.
Fer precor, inquit, opẽ: nam tu mihi criminis autor.
Mos erat antiquis, niueis, atriſq́ lapillis,
His damnare reos, illis abſoluere culpa.
Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis: & omnis
Calculus immitem demittitur ater in vrnam.
Quæ ſimul effudit numerandos verſa lapillos,
Nigri lapilli in candidos.
Omnibus è nigro color eſt mutatus in album:
Candidaq́ Herculeo ſententia numine facta
Soluit Alemonidem. grates agit ille parenti
A Lacedæmonijs conditum.
Amphitryoniadæ: ventiſq́ fauentibus æquor
Nauigat Ionium, Lacedæmoniumq́ Tarentum
Præterit, & Sybarim, Salentinumq́ Neæthum,
Thurinoſq́ ſinus, Temeſenq́, & Iapygis arua.
Vixq́ pererratis quæ ſpectant littora terris,
Inuenit Æſarei fatalia fluminis ora,
Nec procul hinc tumulũ, ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus: iuſſaq́ ibi mœnia terra
Condidit, & nomen tumulati traxit in vrbem.
Talia conſtabat certa primordia fama
Eſſe loci, poſitæq́ Italis in finibus vrbis.

FABVLA II.

De Pythagoræ oratione ab eſu carnium dehortante.

Pythagoræ Samij dogmata.
VIr fuit hic ortu Samius. ſed fugerat vnà
Et Samon, & dominos, odioq́ tyrannidis exul
Spontè erat: iſq́ licet cæli regione remotus,
Alludit ad Pythagoreorum morem, qui, pro æſtimato captu ſolertiæ cer-
Mente Deos adijt: & quæ natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.
Cumq́ animo, & vigili perſpexerat omnia cura,

In

In medium discenda dabat: cœtumq; silentum,
Dictaq; mirantum magni primordia mundi,
Et rerum causas, & quid natura, docebat:
Quid Deus, vnde niues, quæ fulminis esset origo,
Iupiter, an venti, discussa nube, tonarent.
Quid quateret terras, qua sidera lege mearent:
Et quodcunq; latet, primusq; animalia mensis
** Arguit imponi: primus quoq; talibus ora*
Docta quidem soluit, sed non & credita, verbis:
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora: sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidæq; in vitibus vuæ.
Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma,
Molliriq; queant, nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.
Prodiga diuitias, alimentaq; mitia tellus
Suggerit, atq; epulas sine cæde, & sánguine præbet.
Carne feræ sedant ieiunia, nec tamè omnes: (uunt.
Quippe equus, & pecudes, armentaq; gramine vi-
** At quibus ingenium est immãsuetumq; ferumq;,*
Armeniæ tigres, iracundiq; leones,
Cumq; lupis vrsi dapibus cum sanguine gaudent.
Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestoq; auidum pingescere corpore corpus,
Alteriusq; animantem animantis viuere letho!
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra creat, nil te, nisi tristia, mandere sæuo
*Vulnera dente iuuat, *rictusq; referre Cyclopum?*
Nec, nisi perdideris alium, placare voracis
Et male morati poteris ieiunia uentris?

tum tempus tacebant. Gel. li. 1. ca. 9.

* Arcuit.

Pithagoræ, ab esu carnium dehortantis, oratio.

Epitheton terræ aptissimum.

* In.

A turpi.

* rictusque. Ab inhonesto. Turpe namque homini est imitari &

feras & sæuos Cyclopum mores.

AEtas Aurea.

At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen,
Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis,
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouêre per aëra pennas,
Et lepus impauidus mediis errauit in aruis:
Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.
Cuncta sine insidijs, nullamq; timentia fraudem,
Plenaq; pacis erant. postquàm non vtilis autor

Viuendi facilitati.

Victibus inuidit (quisquis fuit ille Deorum)
Corpore easq; dapes auidam demersit in aluum,
Fecit iter sceleri. primo q; è cæde ferarum

* putes.

*Incaluisse *potest maculatum sanguine ferrum.*
Idq; satis fuerat: nostrumq; petentia lethum
Corpora missa neci, salua pietate fatemur.
Sed quàm danda neci, tam non epulanda fuerunt.
Longiùs inde nefas abijt, & prima putatur

Sus prima hostia.

Hostia sus meruisse mori: quia semina pando
Eruerit rostro, spemq; interceperit anni.

Caper.

Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras
Dicitur vltoris. nocuit sua culpa duobus.

Oues.

Quid meruistis oues placidum pecus, inq; tuendos
Natum homines? pleno quæ fertis in vbere nectar,

A commodis ouium & boum.

Mollia quæ nobis vestras velamina lanas
Præbetis, vitaq; magis, quàm morte iuuatis?
Quid meruere boues, animal sine fraude, doloq;,
Innocuum, simplex, natum tolerare labores?
Immemor est demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit, curui dempto modò pondere aratri,
Ruricolam mactare suum: qui trita labore

Boues ruricolæ.

Illa, quibus toties durum renouauerat aruum,

Tot

Tot dederat messes, percussit colla securi.
Nec satis est, quòd tale nefas committitur: ipsos — Ioui sacrificabatur iuuencus.
Inscripsere Deos sceleri, numenq; supernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens, & præstantissima forma
*(Nam placuisse nocet) vittis *præsignis, & auro* — *insignis.
Sistitur ante aras, auditq; ignara precantem,
Imponiq; suæ videt inter cornua fronti,
Quas coluit, fruges: percussaq; sanguine cultros
Inficit in liquida præuisos forsitan vnda.
Protinus ereptas viuenti pectore fibras — Fibræ pecudum.
Inspiciunt, menteq; Deum scrutantur in illis.
Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum est?
Audetis vesci genus ô mortale? quod oro
Ne facite: & monitis animos aduertite nostris:
Cumq; boum dabitis cæsorum membra palato,
Mandere vos vestros scite, & sentite colonos.
Et quoniã Deus ora mouet, sequar ora mouentẽ
Rite Deum: Delphosq; meos, ipsumq; recludam — Attentionẽ facit, cum pollicetur se de diuinis disputaturum.
Æthera, & augustæ reserabo oracula mentis.
Magna, nec ingenijs inuestigata priorum,
Quæq; diu latuere, canam. iuuat ire per alta
Astra: iuuat terris, & inerti sede relicta,
Nube vehi; validiq; humeris insistere Atlantis:
Palanteq; homines passim, rationis egentes
Despectare procul, trepidosq;, obitumq; timentes
Sic exhortari; seriemq; euoluere fati.

SAB. IN FAB. II.

OPinio Pythagoræ de migratione animarum accepta est ab AEgyptijs. Hi enim

primi extiterunt teſte Herodoto, qui dicerent animam hominis è mortuo corpore ſubinde in aliud atque aliud corpus immigrare, atque vbi per omnia ſe circũtuliſſet, terreſtria, marina, volucria, rurſus in aliquod genitum corpus hominis introire, atque hunc ab ea circuitum fieri intra tria millia annorum. Hanc opinionem vt abſurdam Lucianus feſtiuè irridet in dialogo Galli & Mycilli. Apparet autem ex hac concione, Pythagoram honeſtis de cauſis eſum carnis improbaſſe, vt homines partim à luxu ad frugalitatem auocaret, partim in victu aſſuefaceret ad iuſticiam & manſuetudinem. His enim argumentis vtitur: primò, cum neceſſarijs alimentis ex terra natis homines abundent, pertinere vſum carnis nõ ad neceſſitatem, ſed ad luxum. deinde iniuſtum ac immane videri, occidere & deuorare animal, præſertim innocuum. Et hoc fuiſſe ipſius conſilium teſtatur Iuſtinus, cuius hæc ſunt verba: Crotonem venit Pythagoras, populumq; in luxuriam lapſum autoritate ſua ad vſum frugalitatis reuocabat. Laudabat quotidie virtutem, & vicia luxuriæ contemnebat, caſuſque ciuitatum hac peſte perditarum enumerabat, tantumq; ſtudium ad frugalitatem multitudinis prouocauit, vt aliquos ex his luxuriatos in optimam frugem conuerſos fuiſſe credibile videretur. matronarum quoque ſeparatam à viris doctrinam, & puerorum à parentibus

rentibus frequenter habuit. docebat nunc has pudicitiam & obsequia in viros, nunc illos modestiam, & literarum studium: inter hæc velut genitricem virtutum frugalitatem ingerebat.

FABVLA III.

De Euphorbo in Pythagoram, & quòd cuncta rerum temporibus mutentur.

O Genus attonitũ gelidæ formidine mortis,
Quid Styga, quid tenebras, & nomina vana* *materiem vatũ, falsiq; pericula mundi? (timetis*
Corpora, siue rogus flamma, seu tabe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non vlla putetis.
Morte carent animæ, semperq; priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantq; receptæ.
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoïdes Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum lævæ gestamina nostræ
Nuper Abantëis templo Iunonis in Argis.
Omnia mutantur: nihil interit: errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus: eq; feris humana in corpora transit,
Inq; feras noster, nec tempore deperit vllo.
Vtq; nouis facilis signatur cera figuris;
Nec manet, vt fuerat, nec formas seruat easdem,
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eãdẽ,
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.
Ergo ne pietas sit victa cupidine ventris,
Parcite, vaticinor, cognatas cæde nefanda
Exturbare animas: nec sanguine sanguis alatur.

* noua.

Euphorbus in Pythagoram.

Palingenesia Pythagoræ.

Menelai periphrasis.

Similitudine colligit substantiam quidem varias suscipere formas, sed tamen non interire.

Et quoniam magno feror æquore, plenaq́ ventis
Vela dedi: nihil est toto quod perstet in orbe.
Cuncta fluunt, omnisq́ vagans formatur imago.
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen. neq́ enim consistere flumen,
Nec leuis hora potest: sed vt vnda impellitur vn-
Vrgeturq́ prior veniente, vrgetq́ priorem: (da
Tempora sic fugiunt pariter, pariterq́ sequuntur,
Et noua sunt semper: nã quod fuit antè relictũ est,
Fitq́ quod haud fuerat, momentaq́ cũcta nouan-
Cernis & emensas in lucem tendere noctes, (tur.
Et iubar hoc nitidum, nigræ succedere nocti.
Nec color est idem cœlo, cùm lassa quiete
Cuncta iacent media, cumq́ albo Lucifer exit
Clarus equo: rursuſq́ alius, cùm præuia lucis
Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.
Ipse Dei Clypeus, terra cùm tollitur ima,
Manè rubet, terraq́ rubet cum conditur ima,
Candidus in summo est, melior natura quòd illic
Ætheris est, terræq́ procul contagia fugit.
Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Esse potest vsquam, semperq́ hodierna sequente,
Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem.
Quid? non in species secedere quattuor annum
Aspicis, ætatis peragentem imitamina nostræ?
Nam tener, & lactens, puerisq́ simillimus æuo
Vere nouo est, tunc herba nitens, & roboris expers*
Turget, & insolida est, & spe delectat agrestes.
Omnia tum florent, florumq́ coloribus almus
Ludit ager neq́ adhuc virtus in frondibus vlla est.

Transit

*voluuntur. Temporis exemplo omnia in continuo esse fluxu.

Sol idem non manet. Luna semper crescit, aut decrescit.

Quatuor ætatis & anni partes.

*recens. Ver.

Transit in Æstatem post Ver robustior annus Aestas.
Fitq; valens iuuenis: neq; enim robustior ætas
Vlla nec vberior, nec, quæ magis ardeat, vlla est.
Excipit autumnus, posito feruore iuuentæ Autumnus.
Maturus, mitisq;, inter iuuenemq; senemq;
Tempcrie medius, sparsis quoq; tempora canis.
*Inde senilis hyems tremulo venit horrida *passu,* Hyems. * visu.
Aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos.
Nostra quoque ipsorum semper requieq; sine vlla
Corpora vertuntur: nec, quod fuimus sue, sumus sue,
Cras erimus, fuit illa dies qua semina tantùm,
*Speq; hominũ primæ *materna habitauimus aluo.* * primo matrisque.
Artifices Natura manus admouit: & angi
Corpora visceribus distentæ condita matris
Noluit, eq; domo vacuas emisit in auras. Hominis generatio & progressus.
Editus in lucem iacuit sine viribus infans:
Mox quadrupes, rituq; tulit sua membra ferarũ.
Paulatimq; tremens, & nondum poplite firmo
Constitit, adiutisq; aliquo conamine neruis.
Inde valens, veloxq; fuit, spatiumq; iuuentæ
Transit, & emeritis medij quoque temporis annis,
Labitur occiduæ per iter decliue senectæ.
Subruit hæc æui, demoliturq; prioris
Robora: fletq; Milon senior, cum spectat inanes
*Illos, qui fuerant solidarum *morte ferarum* Crotoniates, de quo Cic. in Cat. maiore. * more.
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos:
Flet quoque, vt in speculo rugas conspexit aniles Helenæ forma ætate deterior.
Tyndaris, & secum, Cur sit bis rapta, requirit.
Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataq; dentibus æui

Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Hæc quoq; nõ perstant, quæ nos Elemẽta vocamus:
Quasq; vices peragant (animos adhibete) docebo.

SAB. IN FAB. III.

Est rerum vicissitudo ex alterna generatione & corruptione.

ALtera pars concionis, de vicissitudine omnium rerum ex alterna generatione & corruptione, continens varias similitudines & memorabilia exempla, quibus Pythagoras docet, res natas augeri, auctas vigere, vigentes senescere, ac tandem corrumpi, corruptionem verò vnius, esse alterius generationem. Multa hîc commemorantur, quorum similia nostris temporibus acciderunt. sicut enim Helice & Buris, ita nuper multæ vrbes in Belgico mersæ sunt. item quemadmodum ad Trozena vrbem collis in planicie conatus est, sic nostra memoria etiam Puteolis in Italia mons erupit è mari, præcedente terræ motu ac tempestate ventorum. Nec mirum videri debet quod narrat Pythagoras, inueniri aliquando conchas marinas & anchoras in montibus: nam ex Annalium monimentis constat Anno. 1460. in Alpibus inuentam esse nauim cum anchoris in cuniculo, per quem metalla effodiuntur. non sunt igitur fabulosa, sed sunt historica, quæ de montibus & insulis è mari subitò enatis, deque alijs mirabilibus hic referuntur.

FABVLA

FABVLA IIII.

De elementorum mutationibus, & de aquis in terras, montibus in valles, & contra.

Elementa quatuor.

Quattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet: ex illis duo sunt onerosa, suoq3
Pondere in inferius tellus atq3 vnda feruntur:
Et totidem grauitate carent, nulloq3 premente
Alta petunt, Aër, atque Aëre purior ignis,

Elementorum mutationes.

Quæ quanquam spatio distant, tamen omnia fiunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt: resolutaq3 tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras,
Aëràque humor* abit: dempto quoq3 põdere, rur- (sus
In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemq3 retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aëra transit:
* Hinc in aquas: tellus glomerata cogitur vnda.
Nec species sua cuiq3 manet, rerumq3 nouatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras.
Nec perit in* tanto quicquã (mihi credite) mundo,
Sed variat, faciemq3 nouat: nasciq3 vocatur
Incipere esse aliud, quàm quod fuit antè: moriq3
Desinere illud idem. cùm sint huc forsitan illa,
Hæc translata illuc: summa tamen omnia constãt.

* habet:

* Hic legendum censet Raphaël.

* toto.

Nasci & moriquid.

Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim sic ad ferrum venistis ab auro
Secula: sic toties versa est fortuna locorum.
Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus
Esse fretum: vidi factas ex æquore terras:
Et procul à pelago conchæ iacuêre marinæ,
Et vetus inuenta est in montibus anchora summis,

Corruptio vnius generatio est alterius.

Flumina in continentem

Quodq́ fuit campus, vallem decursus aquarum
Fecit: & eluuie mons est deductus in aquor.
Eq́ paludosa siccis humus aret arenis:
Fontes sæpe oriuntur, vbi syluæ succiduntur Pl. li. 2. ca. 80. scribit. interdum etiam arescunt.
Quæq́ sitim tulerant, stagnata paludibus hument.
Hic fontes natura nouos emisit, & illic
Clausit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt, aut exsiccata residunt.

FABVLA V.
De Lycolysiæ amne.

Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu,
*Existit procul hinc, alioq́ renascitur *ore.*

* orbe.

FABVLA VI.
De Erasino Arcadiæ flumine.

Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.

FABVLA VII.
De Cayce Misiæ flumine.

ET missum capitisq́ sui, ripæq́ prioris
Pœnituisse, aliaq́ ferunt nunc ire Caicum.

* Emissum.

FABVLA VIII.
De Amaseno Siciliæ flumine.

NEc non Sicanias voluens Amasenus arenas
Nunc fluit, interdum suppressis fõtibus aret.

FABVLA IX.
De Anigro fluuio qui è dulci factus est amarus.

ANtè bibebatur, nunc quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas, postquam (nisi vati-
Erripienda fides) illic lauêre bimembres (bus omnis
Vulnera clauigeri, quæ fecerat Herculis arcus.

FABV-

FABVLA X.

De Hypani fluuio qui ex dulci factus est salsus.

Quid? non & Scythicis Hypanis de mõtibus ortus,
Qui fuerat dulcis salibus vitiatur amaris?

FABVLA XI.

De insulis in continentem

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosq́,
Et Phœnissa Tyros: quarũ nũc insula nulla est.

Meminit Pli. lib. 2. 85.

FABVLA XII.

De insulis ex continente, & regionibus à loco gemino abruptis.

Leucada continuam veteres habuêre coloni:
Nũc fretacircumeunt. Zancle quoque iuncta fuisse
Dicitur Italiæ, donec confinia pontus
Abstulit, & media tellurem reppulit vnda.

FABVLA XIII.

De Helice & Bure ponto absorptis.

Si quæris Helicen & Buran Achæidas vrbes,
Inuenies sub aquis, & adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.

FABVLA XIIII.

De tumulo ex area facto eruptione spiritus.

Est prope Pitheã tumulus Trœzena sine vllis*
Arduus arboribus, quondã planissima campi
Area, nunc tumulus: nam (res horrenda relatu) Epiphonema.
Vis fera ventorum, cæcis inclusa cauernis, Ex planitie montes.
Exspirare aliqua cupiens, luctataq́, frustra Terræ motus.
Liberiore frui cælo, cùm carcere rima
Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset;
Extentam tumefecit humum ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut direpta bicornis.

Terga capri. tumor ille loci permanſit, & alti
Collis habet ſpeciem, longoq; induruit æuo.

FABVLA XV.
De Hammonis fonte.

PLurima cũ ſubeant audita, aut cognita nobis,
Pauca ſuper referã. quid? nõ & lympha figuras
Datq; capit q; nouas? medio tua, corniger Hammõ,
Vnda die gelida eſt, ortuq; obituq; caleſcit.

FABVLA XVI.
De Athamanti fonte.

Huius fontis meminit. Pl. li. 2. ca. 103.

ADmotis Athamantis aquis accendere lignũ
Narratur, minimos cũ Luna receſſit in orbes.

FABVLA XVII.
De Flumine apud Ciconas.

FLumen habẽt Cicones, quod potũ ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.

SAB. IN FAB. XVII.

FRancofordiæ ad Oderam eſt ſimilis fons, in quem folia, gramina, ligna, & ſarmenta & boum cornua coniecta, lapideſcunt.

FABVLA XVIII.
De Crathi amne & Sybari.

Fluuij Calabriæ.

CRathis, & hinc Sybaris veſtris conterminus
Electro ſimiles faciunt auroq; capillos. (oris

FABVLA XIX.
De Salmaci fonte.

QVodq; magis mirum eſt, ſunt qui non corpora tantùm,

Verùm

Verùm animos etiam valeant mutare, liquores.
Cui non audita est obscenæ Salmacis vnda?

FABVLA XX.
De Lethargo.

AEthiopesq; lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit, aut patitur mirũ grauitate soporẽ.

Periphrasis lethargi.

SAB. IN FAB. XX.

RAtio naturalis secũdum Senecam est hæc quia sicut ebrietas donec exiccetur dementia, nimia grauitate defertur in somnum: Sic aquæ huius Sulphurea vis habet quoddam acrius ex aëre noxio virus, quod mentem aut furore mouet, aut sopore opprimit.

Lethargus aut furore mouet, aut sopore opprimit.

FABVLA XXI.
De Clitorio fonte.

CLitorio quicunque sitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis.
Seu vis est in aqua calido contraria vino,
Siue, quod indigenæ memorant, Amithaone natus
Prætidas attonitas post quã per carmen, & herbas
Eripuit furijs, purgamina mentis in illas
Misit aquas: odiumq; meri permansit in vndis.

Clitorius, de quo Vitruuius. lib. 8.

FABVLA XXII.
De Lincestio amne.

HInc fluit effectu dispar Lyncestius amnis:
Quẽ quicũq; parũ moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

Lyncestis meminit. Plin. lib. 2. cap. 130.

FABVLA XXIII.

De aquis in Arcadia ſecundum Phenon.

Aqua noctu pernicioſa, interdiu ſalutaris.

EST lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

FABVLA XXIIII.

De Ortygia inſula & Symplegadibus.

Plin. lib. 4. cap. 13.

SIc alias, aliaſq; locus, & flumina vires
Concipiunt. tempuſq; fuit, quo nauit in vndis,
Nunc ſedet Ortygie. timuit, concurſibus Argo
Vndarum ſparſas Symplegadas eliſarum,
Quæ nunc immotæ perſtant, ventiſq; reſiſtunt.

FABVLA XXV.

De AEtna monte.

AEtna, Siciliæ mons notiſſimus cur perpetuò ardet.

NEc, quæ ſulphureis ardet fornacibus, Ætna
Ignea ſemper erit: neq; enim fuit ignea ſem-
Nam ſiue eſt animal Pellus, & viuit, habetq; (per.
Spiramenta locis flammam exhalantia multis,
Spirandi mutare vias, quotieſq; mouetur,
Has finire poteſt, illas aperire cauernas:
Siue leues imis venti cohibentur in antris,
Saxaq; cum ſaxis, & habentem ſemina flammæ
Materiam iactant: ea concipit ictibus ignem:
Antra relinquentur ſedatis frigida ventis.
Siue bituminea rapiunt incendia vires,
*Luteáue exiguis ardeſcunt ſulphura * fumis,*
Nempe vt terra cibos, alimentaq; pinguia flammæ
Non dabit, abſumptis per longum viribus æuum.
Naturæq; ſuum nutrimen deerit edaci,
Non feret illa famem, deſertaq; diſeret ignes.

* flammis.

FAB.

FABVLA XXVI.
De hominibus in aues.

ESse viros fama est in Hyperborea Pallene,
Queis soleant leuibus velari corpora plumis,
Cum Tritoniacam nouies subiere paludem.

SAB. IN FAB. XXVI.

PEr corpora plumata videtur intelligere homines niue conspersos. Nam Herodotus scribit pennas quibus vltra Aquilonẽ aër oppletus fingitur, significare niues. Cùm igitur apud Hyperboreos densæ & ferè continuę niues cadant, fabula innuit homines illic versantes velari plumis, hoc est, niue conspergi. Horum regio, vt Plinius tradit, ad Riphæos montes sita est, & a similitudine pennarum ferens pennas, nuncupatur.

Apud Hyperboreos continuæ niues, ideò plumati dicuntur.

FABVLA XXVII.
De Scythidibus Venenorum aspersione in aues.

HAud equidem credo. sparsæ quoque membra veneno
Exercere artes Scythides memorantur easdem.

EABVLA XXVIII.
De vitulis in apes.

SI qua fides rebus tamen est addenda probatis,
Nónne vides quacunq; mora, fluidioq; calore
Corpora tabuerint, in parua animalia verti?
I quoque, delectos mactatos obrue tauros,
(Cognita res vsu) de putri viscere passim
Florilegæ nascuntur apes, quæ more parentum
Rura colunt, operiq; fauent, in spemq; laborant.

Virg lib. Georg. 4. Apes ex cadauere bubulo.

FABVLA XXIX.
De Crabronibus ex equo putrefacto.

PRessus humo bellator equus crabronis origo est.

SAB. IN FAB. XXIX.

Crabrones reddunt itinera infesta.

CRabrones ex equo generati, allegoricè significãt degeneres equitum liberos, qui à virtute bellica alieni fiunt prædones, & itinera reddunt infesta, sicut Crabrones solent, ex arboribus iuxta viam erumpentes.

FABVLA XXX.
De Scorpio ex Cancro.

COncaua littoreo si demas brachia cancro,
Cætera supponas terræ, de parte sepulta
Scorpius exibit, caudaq; minabitur vnca,

FABVLA XXXI.
De Tineis in Papiliones.

QVæ q; solent canis frondes intexere filis,
Agrestes tineæ (res obseruata colonis)
Ferali mutant cum papilione figuram.

FABVLA XXXII.
De Ranis ex Limo.

SEmina limus habet virides generantia ranas,
Et generat truncas pedibus, mox apta natando
Crura dat: vt q; eadem sint longis saltibus apta,
Posterior superat partes mensura priores.

FABVLA XXXIII.
De Carne in vrsam.

NEc catulus partu, quem reddit Vrsa recenti,
Sed male viua caro est: lambẽdo mater in ar-
Fingit, & in formã, quantã capit ipsa, reducit. (tus

FAB.

FABVLA XXXIIII.
De Apibus.

NOnne vides, quos cera tegit ſexangula, fœtus
Melliferarũ apiũ ſine mẽbris corpora naſci?
Et ſeroſq́ pedes, ſeraſq́ aſſumere pennas?

FABVLA XXXV.
De Auibus ex oui medio.

IVnonis volucrem, quæ cauda ſydera portat,
Armigerumq́ Iouis, Cythereidaſq́ columbas,
Et genus omne auium, mediis è partibus oui
Niſciret fieri, quis naſci poſſe putaret?

FABVLA XXXVI.
De Anguibus ex medulla humana proſeminatis.

SVnt qui cũ clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas.

SAB. IN FAB. XXXVI.

SErpẽs initio generi humano ſuum virus infudit. itaque non mirum eſt, ſi ex humani medulla ſerpentes generentur propter hoc contagium.

Serpens cur ex humana medulla.

FABVLA XXXVII.
De Phœnice.

HÆc tamẽ ex aliis generis primordia ducũt.
VNa eſt, quæ reparet, ſeq́ ipſa reſeminet ales:
Aſſyrij Phœnica vocant: nec fruge nec herbis,
Sed thuris lacrymis, & ſucco viuit amomi.
Hæc vbi quinque ſuæ compleuit ſecula vitæ,
Ilicis in ramis, træmulaq́ cacumine palmæ,
Vnguibus, & duro nidum ſibi conſtruit ore.

Phœnix ex ſeipſo. Plin. lib. 10. cap. 2.

Quo simul ac casias, & nardi, & lenis aristas,
Quassaq; cum fulua substrauit cynnama myrrha,
Se superimponit, finitq; in odoribus æuum.
Inde ferunt, totidem qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum Phœnica renasci.
Cùm dedit huic ætas vires, oneriq; ferendo est,
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ,
Solis templi, cuius meminit. Plin. lib. 5. cap. 9.
Fert q̃ pius, cunasq; suas, patriumq; sepulcrum,
Perq; leues auras Hyperionis vrbe potitus
Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

FABVLA XXXVIII.
De Hyæna ex fœmina in marem.

SI tamen est aliquid miræ nouitatis in istis,
Alternare vices, & quæ modò fœmina tergo
Passa marẽ est, nunc esse marẽ miremur Hyænam.

SAB. IN FAB. XXXVIII.

Theologi Hyenæ.

THales Hyenæ sunt Theologi, qui de grauissimis Ecclesiæ controuersijs pronunciant ac docent, adeò ambiguè, vt nescias vtram sententiam, hanc vel illam approbent. Hi quasi vtrunque sexum, nunc marem nunc fœminam referunt.

FABVLA XXXIX.
De Chameleonte.

ID quoq;, quod ventis animal nutritur, & aura,
Protinus assimulat, tetigit quoscunq; colores.

FBVLA XL.
De Lyncibus vrinam in lapidem vertentibus.

VIcta racemifero lyncas dedit India Baccho.
E quibus, vt memorant, quicquid vesicare-
misit,

Vertitur

Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.

FABVLA XLI.

De Corallio lapide.

SIc & Corallium, quo primum contigit auras
Tempore durescit: mollis fuit herba sub vndis.

FABVLA XLII.

De gentium vicissitudine.

DEsinet antè dies, & in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos, quã consequar omnia
In species translata nouas sic omnia verti (dictis
Cernimus atque alias assumere robora gentes,
Concidere has: sic magna fuit, censúq́, virisq́
Perq́ decem potuit tatum dare sanguinis annos,
Nunc humilis veteres tãtummodo Troia ruinas,
Et prodiuitijs tumulos ostendit auorum.
Clara fuit Sparte, magnæ viguere Mycenæ,
Necnon & Cecropis necnon Amphionis arces.
Vile solum Sparte est: altæ cecidere Micenæ:
Oedipodioniæ quid sunt, nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ?

Omnium rerum vicissitudo.

FABVLA XLIII.

De Roma, ab AEnea fundata, & quòd carnibus non sit omnino vescendum

NVnc quoq́ Dardaniam fama est consurgere Romam,
Appenninigenæ quæ proxima Tybridis vndis
Mole subingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam crescendo mutat, & olim
Immensi caput orbis erit: sic dicere vates,
Faticinaq́ ferunt sortes: quantumq́ recordor,
Dixerat Æneæ, cùm res Troiana labaret
Priamides Helenus flenti, dubioq́ salutis,

Roma. In Apennino monte orientis.

Nate Dea, ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Montis habes non tota cadet te ſoſpite Troia.
Flamma tibi, ferrumq; dabunt iter: ibis, & vnà
Pergama rapta feres, donec Troiæq;, tibiq;
Externum patrio contingat amicius aruum,
Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
Quanta nec eſt, nec erit, nec viſa prioribus annis.
Hanc alij proceres per ſecula longa potentem,
Auguſtus Cæſar genus referebat ad Aſcanium AEneæ filiũ. *Sed dominam rerum de ſanguine natus Iuli*
Efficiet: quo, cùm tellus erit vſa, fruentur
Ætherea ſedes, cœlumq; erit exitus illi.
Hæc Helenum cecinisſe penatigero Æneæ
Mente memor refero, cognataq; mœnia lætor
Creſcere, & vtiliter Phrygibus vicisſe Pelaſgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere longè
Expatiemur equis: cœlũ, & quodcũq; ſub illo eſt,
Immutat formas, telluſq;, & quicquid in illa eſt.
Nos quoq; pars mundi, quoniã non corpora ſolùm,
Verùm etiam volucres animæ ſumus, inq; ferinas
Poſſumus ire domos, pecudumq; in pectora condi,
Corpora quæ poſſunt animas habuisſe parentum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè, tuta eſſe, & honeſta ſinamus:
Néue Thyeſtæis cumulemus viſcera menſis.
Quàm malè conſuescit, quàm ſe parat ille cruori
Impius humano, vituli qui guttura cultro
Rumpit, & immotas præbet mugitibus aures:
Aut qui vagitus ſimiles puerilibus hœdum
Edentem iugulare poteſt: aut alite veſci,
Cui dedit ipſe cibos, quantum eſt quod deſit in iſtis

Ad

Ad plenum facinus? quis transitus inde paratus?
Bos aret, aut mortem senioribus imputet annis:
Horriferum contra Borean ouis arua ministret: Ab vtili.
Vbera dant saturæ manibus pressanda capellæ.
Retia cum pedicis, laqueosq́ artesq́ dolosas Hunc locum annotauit Cœlius. lib. 16. cap. 12.
Tollite: nec volucres viscata fallite virga:
Nec formidatis ceruos includite pennis:
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite siqua nocent: verùm hæc quoque perdite tantùm:
*Ora vacent epulis, alimentaq́ * congrua carpant.* *mitia.

FABVLA XLIIII.
De Numa Deorum cultum instituente, & AEgeriæ luctu.

TAlibus atque alijs instructo pectore dictis,
In patriam remeasse ferunt, vltroq́ petitum
Accepisse Numam populi Latialis habenas, Numa Deorũ cultum instituit.
Coniuge qui felix Nympha, ducibusq́ Camœnis
Sacrificos docuit ritus, gentemq́ feroci
Assuetam bello, pacis traduxit ad artes. Eorum opinionem sequitur, qui sentiunt Numã à Pythagora institutum fuisse.
Qui postquam senior regnumq́, auumq́ peregit,
Extinctum Latiæq́ nurus, populusq́, patresq́,
Desleuere Numam: nam coniux vrbe relicta, AEgeria Numæ vxor.
Vallis Aricinæ densis latet abdita syluis,
Sacraq́ Orestea gemitu, quæstuq́ Dianæ Hippolytus Thesei filius.
Impedit. ah quoties Nymphæ nemorisq́, lacusq́
Ne faceret, monuêre, & consolantia verba
Dixerunt! quoties flenti Theseïus heros,
Siste modum, dixit, nec enim fortuna querenda
Sola tua est: similes aliorum respice casus,

Mitius ista feres, vtinamq; exempla dolentem
Non mea te possent releuare: sed & mea possunt.

FABVLA XLV.
De Hippolyto in Vcrbium q.d. bis virum.

FAndo aliquẽ Hippolytũ vestras si cõtigit aures
Credulitate patris, sceleratæ, & fraude nouer-
Phædra Pasiphaes F. Hippolyti nouerca.
Occubuisse neci: mirabere, vixq; probabo. (ca
Sed tamen ille ego sum: me Pasiphaeïa quondam
Tentatum frustra patrium temerare cubile,
Quod voluit finxit voluisse, & crimine verso,
Indiciine metu magis, offensaue repulsæ
* Damnauit.
**Arguit: immeritumq; pater proiecit ab vrbe,*
Hostiliq; caput prece detestatur euntis.
Pittheiam profugo curru Trœzena petebam,
Iamq; Corinthiaci carpebam littora ponti,
Cùm mare surrexit, cumulusq; immanis aquarum
In montis speciem curuari, & crescere visus,
Et dare mugitus, summoq; cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur vndis,
Pectoribusq; tenus molles erectus in auras,
Naribus & patulo partem maris euomit ore.
Hyperbole.
Corda pauent comitum, mihi mens interrita mãsit
Exilijs contenta suis, tùm colla feroces
Ad freta conuertunt, arrectisq; auribus horrent
Quadrupedes monstriq; metu turbantur, & altis
Præcipitant currum scopulis. Ego ducere vana
Fræna manu spumis albentibus oblita luctor,
Et retro lentas tendo resupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies superasset equorum,

Ni

Ni rota, perpetuum quæ circum vertitur axem
Stipitis occursu fracta, & disiecta fuisset.
Excutior curru: lorisq; tenentibus artus
Viscera viua trahi, neruosq; in stirpe teneri,
Membra rapi partim, partim reprensa relinqui,
Ossa grauem dare fracta sonum, fessamq; videres
Exhalare animam, nullasq; in corpore partes
Noscere quas posses: vnumq; erat omnia vulnus.
**Num potes, aut audes cladi componere nostræ*
Nympha tuam? vidi quoq; luce carentia regna,
Et lacerum foui Phlegethontide corpus in vnda:
Nec, nisi Apollineæ valido medicamine prolis,
Reddita vita foret. quam postquã fortibus herbis,
Atque ope Pæonia Dite indignante recepi,
Tum mihi, ne præsens augerem muneris huius
Inuidiam, densas obiecit Cynthia nubes:
Vtq; forem tutus, possemq; impunè videri,
Addidit ætatem, nec cognoscenda reliquit
Ora mihi: Cretenq; diu dubitauit habendam
Traderet, an Delon: Delo, Cretaq; relictis
Hic posuit, nomenq; simul, quod possit equorum
Admonuisse, iubet deponere: quique fuisti
Hippolytus, dixi, nunc idem Virbius esto.
Hoc nemus inde colo, de Diisq; minoribus vnus
Numine sub dominæ lateo, atque assentior illi.

Hippolyti mors.

*Non.

AEsculapius reducit Hippolytum ab inferis.

Hippolytus in Virbium.

SAB IN FAB XLV.

HIppoliti exemplum docet, preces parentum aduersus liberos à Deo exaudiri: ideoq; vitandam esse parentum offensionem.

Liberis nihil perniciosius parentum execrationibus.

nam vt grauiſſimè inquit Plato de legibus nihil eſt liberis perniciosius execrationibus, parentum. Virbius autem, qui ſe iactauit Hippolytum, fuit impoſtor ſubornatus, vt videtur, à ſacrificulis Dianæ Aretinæ, ad celebrandum lucum, quo maior hominum concurſus iſtuc fieret. Id enim erat quæſtuoſum ſacrificulis. Ac fuerunt olim vſitatæ eiuſmodi impoſturæ, vbi Idolorum cultus vigebat. Perſæpe autem inuenti homines, qui per dolum alterius nomen vſurparunt. Sic imperante Vitellio, alter quaſi Virbius extitit in Illyrico ſeruus nomine Geta, qui ſe Scribonianũ Camerinum finxit, ſenatorem Romanum, quem Nero occiderat. Sic etiam poſt viginti annos inuentus eſt, qui ſe Neronem iactitaret, tantumque conſequutus eſt fauorẽ apud Parthos, vt ſummo in honore haberetur, donec tandem detecta fraude occiſus eſt à Calphurnio Galatiæ præfecto. Similiter anno 1547. Non longè ab Hercynia ſylua inuentus eſt in quadam ruinoſa & deſerta arce vir corpore inculto atque horrido, qui affirmauit ſe eſſe Imperatorem Fridericum II. dixitque ſe reformaturum Imperij ſtatum.

Imperatores à ſacrificulis ſubornati.

FABVLA XLVI.
De AEgeria in amnem.

NOn tamen Ægeriæ luctus aliena leuare
Dãna valent, montiſq́, iacens radicibus imis
Liquitur in lacrymas: donec pietate dolentis

Mota

Mota ſoror Phœbi gelidum de corpore fontem
Fecit, & æternas artus tenuauit in vndas.

SAB. IN FAB. XLVI.

NVma Pompilius quo maiore in veneratione eſſet apud populum, ſimulabat ſibi eſſe nocturnos congreſſus cum AEgeriæ fontis Nympha, veluti cum coniuge. Hinc fingitur AEgeria luctu conuerſa in fontem, Numa iam extincto. Erat autẽ AEgeriæ fons Romæ extra portam Capenam, in luco Camœnarũ. Cur Numa finxit nocturnos congreſſus cum AEgeria.

FABVLA XLVII.

De Gleba in puerum Tage, qui futurorum apud Hetruſcos ſcientiam inuenit.

AT nymphas tetigit noua res, & Amazone natus
Haud aliter ſtupuit, quàm cùm Tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aſpexit in aruis,*
Sponte ſua primùm nullo agitante moueri,
Sumere mox hominis, terraq; amittere formam,*
Oraq; venturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixêre Tagen, qui primus Hetruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros:

Hanc hiſtoriã. Cic. lib. 2. de Diuinatione ſcribit.
* medijs.
* nunc.

SAB. IN FAB. XLVII.

TAgen ex gleba natum arbitror fuiſſe hominem obſcurum, qui ſubitò inclaruerit, cum artẽ diuinandi eſſet profeſſus. Terra enim nati olim dicebantur ignoti & obſcuri. Quàm multi hodie quaſi ex gleba oriũtur Theologi, Tages & gleba.

qui relicta ſtiua & aratro ſuſcipiunt munus concionandi, & profeſſione nouarum opinionum ſubitò innoteſcunt?

FABVLA XLVII.

De Lancea Romuli in cornum arborem.

VTq; Palatinis hærentem collibus olim
Cum ſubitò vidit frõdeſcere Romulus haſtã,
Quæ radice noua, non ferro ſtabat adacto,
Et iam non telum, ſed lenti viminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus vmbras.

SAB. IN FAB. XLVIII.

Haſta Romuli tamdiu floruit, dum imperij ſtatus florebat.

ROmulus captato aurigio cum haſtam ex Auentino monte in Capitolium iecciſſet, haſta ſolo infixa repentè cœpit frondeſcere: quod prodigium ſignificauit, ſtatum imperij Romani haſta, hoc eſt, armis fore florentem. Plutarchus in vita Romuli meminit huius arboris, ac tradit eam tam diu floruiſſe, dum imperij ſtatus maximè floruit: ſub initium verò bellorum ciuilium exaruiſſe. AEdificãte enim Iulio Cæſare, fabri cùm propinqua arboris loca temerè ſuffoderent, eius radices violarunt.

FABVLA XLIX.

De Cippo cornuto facto, & regnum reſpuente.

Cippus cornutus. Valer. Max. lib. 5. c. 6

AVt ſua fluminea quum vidit Cippus in vnda
Cornua, vidit enim, falſamq; in imagine cre-
Eſſe fidem, digitis ad frontem ſæpe relatis, (dens
Quæ

Quæ vidit, tetigit: nec iam sua lumina damnans
Restitit, vt victor domito veniebat ab hoste:
Ad cœlumq; oculos, & eôdem cornua tollens,
Quicquid, ait, superi monstro portenditur isto,
Seu lætum est aliquid, patriæ, populoq; Quirini:
Siue minax, mihi sit: viridiq; è cæspite factas
Placat odoratis herbosas ignibus aras,
Vinaq; dat pateris, mactatarumq; bidentum
Quid sibi significent trepidantia consulit exta.
Quæ simul aspexit Tyrrhenæ gentis aruspex, Ex Hetruria nempe Aruspices euocabantur.
Magna quidem rerum molimina vidit in illis,
Non manifesta tamen. Cùm verò sustulit acre
A pecudis fibris ad Cippi cornua lumen,
Rex, ait, ô salue. tibi enim, tibi Cippe, tuisq;
Hic locus, & Latiæ parebunt cornibus arces:
Tu modo rumpe moras, portasq; intrare patentes
Adpropera: sic fata iubent namq; vrbe receptus
Rex eris, & sceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem, toruamq; à mœnibus vrbis
Auertens faciem, procul, ô procul omina, dixit,
Talia Dij pellant, multoq; ego iustius æuum
Exul agam, quàm me videant Capitolia regem.
Dixit: & extemplo populumq; grauẽq; Senatum
*Conuocat: antè tamen *capitis noua cornua fronde* *placali cornua lauro.
Velat, & aggeribus factis à milite forti
Insistit, priscosq; Deos de more precatus,
Est, ait, hîc vnus, quem vos nisi pellitis vrbe,
Rex erit: is qui sit, signo, non nomine, dicam:
Cornua fronte gerit, quem vobis indicat augur,
Si Romam intrarit, famularia iura daturum.

Ille quidem potuit portas irrumpere apertas,
Sed nos obstitimus, quanuis coniunctior illo
Nemo mihi est: vos vrbe virũ prohibete Quirites,
Vel, si dignus erit, grauibus vincite catenis,
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia succinctis, vbi trux insibilat Eurus,
Murmura pinetis, fiunt: aut qualia fluctus
Hypotypoſis ad murmurãtis populi vocem.
Æquorei faciunt, si quis procul audiat illos.
Tale sonat populus, sed per confusa frementis
Verba tamen vulgi vox eminet vna, Quis ille est?
Et spectant frontes, prædictaq; cornua quærunt?
Rursus ad hos Cippus, Quẽ poscitis, inquit, habe-
Et dempta capiti populo prohibente corona (tis.
Exhibuit gemino præsignia tempora cornu.
Demisêre oculos omnes gemitumq; dedêre,
Atq; illud meritis clarum (quis credere possit?)
Inuiti videre caput, nec honore carere
Vlterius passi, festam imposuere coronam.
At proceres, quoniam muros intrare vetaris,
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere,
Quantum depresso subiectis bobus aratro
Complecti posses ad finem lucis ab ortu:
æratis legẽdum. *Cornuaq; * auratis miram referentia formam*
Postibus insculpunt longum mansura per æuum.

SAB. IN FAB. XLIX.

Regnum oblatum repudiare.

MGenutio Cippo, sicuti Mosi, in capite quasi cornua apparuerũt. Huius exemplum docet, non esse occupandã patriã etiamsi occasione aliqua id fieri possit. Multis autem princi-

principibus tanta libido dominandi innata est, vt cum Cippea cornua non habeant, tamen regna & imperia arripiant.

FABVLA L.

De AEsculapio Romam accersito, & in serpentem mutato.

PAndite nunc Musæ præsentia numina vatum Inuocatio.
(Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas)
Vnde Coronîdem circumflua Tybridis alti AEsculapium Coronidis F.
*Insula Romuleæ sacris *accesserit vrbis.* *adiecerit.
Dira lues quondam Latias vitiauerat auras,
Pallidaq́ exangui squallebant corpora morbo. Pestilentia.
Funeribus fessi postquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum,
Auxilium cœleste petunt: mediamq́ tenentis
Orbis humum Delphos adeunt oracula Phœbi, Delphus vmbilicus terræ.
Vtq́ salutifera miseris succurrere rebus
Sorte velit, tantæq́ vrbis mala finiat, orant.
Ast locus, & laurus, & quas habet ipse pharetras,
Intremuere simul: cortinaq́ reddidit imo Metonymia.
Hanc adyto vocem, pauefactaq́ corpora mouit: Oraculum.
Quod petis hinc, propiore loco Romane petisses:
Et pete nunc propiore loco: nec Apolline vobis,
Qui minuat luctus, opus est, sed Apolline nato.
Ite bonis auibus, prolemq́ accersite nostram.
Iussa Dei prudens postquam accepere Senatus,
*Quam colat, *explorat iuuenis Phœbeïus vrbem,* * explorant.
Quiq́ petant ventis Epidauria littora mittunt.
Quæ simul incurua missi tetigere carina,
Consilium, Graiosq́, patres adiêre, darentq́

Orauere Deum qui præsens funera gentis
Finiat Ausoniæ certas ita dicere sortes.
Dissidet, & variat sententia: parsq; negandum
Non putat auxilium: multi retinere, suamq;
Non emittere opem, nec numina tradere suadent.
Dum dubitant, seram pepulere crepuscula lucem,
Noctis definitio. nox enim nihil aliud est quam terræ vmbra.
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi:
Cùm Deus in somnis opifer consistere visus
Ante tuum Romane torum, sed qualis in æde
Esse solet: baculumq; tenens agreste sinistra,
AEsculapij insignia.
Cæsariem longæ dextra deducere barbæ,
Et placido tales emittere pectore voces:
Pone metus; veniam; simulacraq; nostra relinquã:
Hunc modò serpentẽ, baculum qui nexibus ambit,
Perspice, & vsq; nota, visum vt cognoscere possis.
AEsculapius in serpentem
Vertar in hunc, sed maior ero, tantusq; videbor,
*In quantum verti cœlestia corpora *possunt.*
* debent.
Extemplò cum voce Deus, cum voce, Deoq;
Somnus abit, somniq; fugam lux alma secuta est.
Postera sidereos Aurora fugauerat ignes:
AEsculapius Romam accersitur.
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniunt operosa Dei: quaq; ipse morari
Sede velit, signis cœlestibus indicet, orant.
Vix bene desierant, cùm cristis aureus altis
In serpente Deus prænuntia sibila misit,
Aduentuq; suo, signumq; ara sq;, foresq;,
Marmoreumq; solum, fastigiaq; aurea mouit:
Pectoribusq; tenus media sublimis in æde
Constitit, atque oculos circumtulit igne micantes.
Territa turba pauet: cognouit numina castus

Euinctus

Euinctus vitta crines albente ſacerdos,
En Deus eſt, Deus eſt: animis linguiſq́ fauete, Conduplicatio repentinum quid annuncianti aptiſſima.
Quiſquis adeſt, dixit: ſis ô pulcherrime viſus
Vtiliter populoſq́ iuues tua ſacra colentes.
Quiſquis adeſt viſum veneratur numẽ: & omnes
Verba ſacerdotis referunt geminata, piumq́
Æneadæ præſtant & voce, & mente fauorem.
Annuit his, motiſq́ Deus rata pignora criſtis,
Et repetita dedit vibrata ſibila lingua.
Tum gradibus nitidis elabitur, oraq́ retro
Flectit, & antiquas abiturus reſpicit aras,
Aſſueta ſq́ domos, habitataq́ templa ſalutat.
Inde per iectis adopertam floribus ingens
Serpit humum, flectit q́ ſinus, mediamq́ per verbẽ
Tendit ad incuruo munitos aggere portus.
Reſtitit hîc: agmenq́ ſuum, turbæq́ ſequentis
Officium placido viſus dimittere vultu,
Corpus in Auſonia poſuit rate: numinis illa
Senſit onus: preſſaq́ Dei grauitate carina,
Æneadæ gaudent, cæſoq́ in littore tauro
Torta coronatæ ſoluunt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem: Deus eminet altè, Periphraſis funium quibus naues ad terram alligantur.
Impoſitaq́ premens puppim ceruice recuruam
Cæruleas deſpectat aquas: modiciſq́ per æquor
Ionium Zephyris ſextæ Pallantidos ortu
Italiam tenuit: præterq́ Laciniа templa
Nobilitata Dea, Scylleaq́ littora fertur.
*Linquit Iaphygiam, læuiſq́ * Amphryſia remis* *Amphiſſia.
Saxa fugit: dextra prærupta Ceraunia parte,
Romechiumq́ legit, Caulonaq́, Naryciamq́

Euincitq; fretum, Siculiq; angusta Pelori,
Hippotadæq; domos regis Temesesq; metalla,
*Leucortumque. * Leucosiamq; petit, tepidiq; rosaria Pesti.*
Inde legit Capreas, promontoriumq; Minervæ,
Et surrentino generosos palmite colles,
Herculeamq; vrbẽ, Stabiasq;, & in otia natam
Parthenopen, & ab hac Cumææ templa Sibyllæ.
Hinc calidi fontes, lentisciferumq; tenetur
Linternum, multamq; trahens sub gurgite arenã
Vulturnus, niueisq; frequens Sinuessa colubris,
Caieta. *Minturnæq; graues, & quã tumulauit alumnus,*
Formiæ. *Antiphathæq; domus, Trachasq; obsessa palude,*
*Ancon. *Et tellus Circææa, & spissi littoris * Antium.*
Huc vbi veliferam nautæ aduertere carinam
(Asper enim iã pontus erat) Deus explicat orbes,
Perq; sinus crebros, & magna volumina labens,
Templa parentis init flauum tangentia littus.
Æquore placato patrias Epidaurius aras
Linquit, & hospitio iuncti sibi numinis vsus,
Littoream tractu squamæ crepitantis arenam
Sulcat & innixus moderamine nauis in alta
Puppe caput posuit, donec Castrumq; sacrasq;
Lauini sedes, Tyberinaq; ad ostia venit.
Apostrophe ad Vestam. *Huc omnes populi passim, matrumq;, patrumq;*
Obuia turba ruit, quæq; ignes Troïca seruat
Vesta tuos, lætoq; Deum clamore salutant.
Quaq; per aduersas nauis cita ducitur vndas,
Thura super ripas, aris ex ordine factis,
AEsculapius Romã venit. *Parte ab vtraq; sonant, & odorant aëra fumis:*
Ictaq; coniectos incalfacit hostia cultros.

Iamq;

Iamq; caput rerum, Romanam intrauerat vrbem:
Erigitur serpens, summoq; accliuia malo
Colla mouet, sedesq; sibi circumspicit aptas.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis,
(Insula nomen habet,) laterumq; à parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc se de Latia pinu Phœbeïus anguis
Contulit, & finem, specie cœleste resumpta,
Luctibus imposuit, venit q; salutifer Vrbi.

SAB. IN FAB. L.

STrabo libro 9. narrat fabulam de duabus aquilis à Ioue emissis, vnam ab oriente, alteram ab occidente, & conuenientibus apud Delphos. cuius fabulæ & Claudianus meminit in præfatione de cõsulatu Manlij Theodori his versibus:

Aquilæ duæ emissę, ab oriente vna, ab occidente altera, apud Delphos conuenerunt.

Iupiter, vt perhibent, spacium cum discere vellet
Naturæ, regni nescius ipse sui.
Armigeros vtrinq; duos pernicibus alis
Misit ab Æois occiduisq; plagis.

FABVLA LI.
De Iulio Cæsare in Cometam.

HIc tamen accessit delubris aduena nostris:
Cæsar in vrbe sua Deus est: quẽ Marte, to-
Præcipuum, non bella magis finita triumphis, (gaq;
Resq; domi gestæ, properataq; gloria rerum
In sidus vertere nouum, stellamq; comantem,
Quam sua progenies. nec enim de Cæsaris actis

Cometæ periphrasis. Iulij Cæsaris gesta.

Vllum maius opus, quàm quòd pater extitit huius.
Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos.
Perq; papyriferi septem flua flumina Nili
Victrices egisse rates, Numidasq; rebelles,
Cyniphiumq; Iubam, Mithridatëisq; tumentem
Nominibus Pontum, populo adiecisse Quirini,
Et multos meruisse, aliquos egisse triumphos,
Quàm tantum genuisse virum, quo præside rerum
Humano generi superi fauistis abunde?
Ne foret hic igitur mortali semine cretus,
Ille Deus faciendus erat, quod vt aurea vidit
Æneæ genitrix (vidit quoque triste parari
Pontifici lethum, & coniurata arma moueri)
Veneris oratio pro Iulio. *Palluit, & cunctis, vt cuiq; erat obuia, Diuis*
Aspice, dicebat, quanta mihi mole parentur
Insidiæ, quantaq; caput cum fraude petatur,
Quod de Dardaneo solum mihi restat Iulo.
Solane semper ero iniustis exercita curis?
Quam modò Tydidæ Calydonia vulnere et hasta:
Nunc malè defensæ confundant mœnia Troiæ:
Quæ videam natum longis erroribus actum
Iactariq; freto, sedesq; intrare silentum,
Bellaq; cum Turno gerere, aut, si vera fatemur,
Cum Iunone magis. Quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminisse priorum
Non sinit. in me acui sceleratos cernitis enses:
Quos prohibite, precor, facinusq; repellite, néue
Cæde sacerdotis flammas extinguite Vestæ.
Talia nequicquam toto Venus anxia cœlo
Verba iacit, superosq; mouet: qui rũpere quanquã

Ferrea

Ferrea non possunt veterum decreta sororum, Parcarum.
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes, Prodigia quæ Cæsaris mortem portenderint.
Terribile sq; tubas, auditaq; cornua cœlo
Præmonuisse nefas. Solis quoque tristis imago
Lurida sollicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces visæ mediis ardere sub astris:
Sæpe inter nimbos guttæ cecidêre cruentæ.
Cærulus & vultum ferrugine Lucifer atra
Sparsus erat, sparsi lunares sanguine currus.
Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo Auis pessimi ominis bubo.
Mille locis lachrymauit ebur, cantusq; feruntur
Auditi, sanctis & verba minantia luci's.
Victima nulla latet: magnosq; instare tumultus
Fibra monet: cæsumq; caput reperitur in extis.
Inq; foro, circumq; domos, & templa Deorum
Nocturnos vlulasse canes, vmbrasq; silentum
Errauisse ferunt, motamq; tremoribus vrbem.
Non tamen insidias, venturaq; vincere fata Cæsar in Curia à Cassio & Bruto interficitur.
Præmonitus potuêre Deum: strictiq; feruntur
In templum gladij: nec enim locus vllus in vrbe
Ad facinus, diramq; placet, nisi Curia, cædem.
Tum verò Cytherea manu percussit vtraq;
Pectus & æthereа molitur condere nube,
Quæ prius infesto Paris est ereptus Atridæ
Et Diomedeos Æneas fugerat enses.
Talibus hanc genitor, Sola insuperabile fatum Vnde Capella Parcas scribas Iouis appellat, quod eius decreta in æratas tabulas referãt.
Nata mouere paras? intres licet ipsa sororum
Tecta trium: cernes illic molimine vasto
Ex ære, & solido rerum tabularia ferro,

Quæ neq; concussum cœli, neq; fulminis iram,
Nec metuunt vllas tuta, atq; æterna ruinas.
Fatorum series in adamante. *Inuenies illic incisa adamante perenni*
Fata tui generis: legi ipse, animoq; notaui,
Et referam, ne sis iam nunc ignara futuri.
Hic sua compleuit, pro quo Cytherea laboras,
Tempora, perfectis quos terræ debuit annis.
Vt Deus accedat cœlo templisq; colatur,
Tu facies, natusq; tuus: qui nominis hæres
Augustus. *Impositum feret vnus onus, cæciq; parentis*
Nos in bella suos fortissimus vltor habebit.
Illius auspicijs obsessa mœnia pacem
Victa petent Mutinæ: Pharsalia sentiet illum,
Emathijq; iterum madescent *madefient cæde Philippi:*
* madescent. Cleopatræ periphrasis. *Et magnum Siculis nomen superabitur vndis.*
Romaniq; ducis coniux Ægyptia tedæ
Non bene fisa cadet: frustraq; erit illa manato
Seruitura suo Capitolia nostra Canopo.
Quid tibi barbariem, gentesq; ab vtroq; iacentes
Oceano numerem? Quodcunq; habitabile tellus
Sustinet, huius erit: pontus quoque seruiet illi.
Pace data terris, animum ad ciuilia vertet
* mitissimus. *Iura suum, legesq; feret* iustissimus *autor,*
Exemploq; suo mores reget: inq; futuri
Temporis ætatem, venturorumq; nepotum
* coniuge. *Prospiciens, prolem sancta de* virgine *natam:*
Ferre simul, nomenq; suum, curasq; iubebit.
Nec nisi cùm senior similes æquauerit annos,
Æthereas sedes, cognataq; sidera tanget,
Hanc animam interea cæso de corpore raptam

Fac

Fac iubar, vt ſemper Capitolia noſtra, forumq́
Diuus ab excelſa proſpectat Iulius æde.

Vix ea fatus erat, media cum ſede Senatus
Conſtitit alma Venus, nulli cernenda ſuiq́
Cæſaris eripuit membris, nec in aëra ſolui
Paſſa recentem animam, cœleſtibus intulit aſtris.
*Dumq́ tulit, * numen capere, atq́ ignoſcere ſenſit,*
*Emiſitq́ * ſimul: ſimul euolat altius illa,*
Flammiferumq́ trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat, natiq́ videns benefacta, fatetur
Eſſe ſuis maiora, & vinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri quanquam vetat acta paternis,
Libera fama tamen, nulliſq́ obnoxia iuſſis
Inuitum præfert, vnaq́ in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis Agamemnonis Atreus:
Ægea ſic Theſeus, ſic Pelea vincit Achilles.
Denique vt exemplis ipſos æquantibus vtar,
Sic & Saturnius minor eſt Ioue. Iupiter arces
Temperat æthereas, & mundi regna triformis:
Terra ſub Auguſto: pater eſt & rector vterq́.
Dij, precor, Æneæ comites, quibus enſis, & ignis
Ceſſerunt, Dijq́ indigetes, genitorq́ Quirino
Vrbis, & inuicti genitor Gradiue Quirini,
Veſtaq́ Cæſareos inter ſacrata penates,
Et cum Cæſarea tu Phœbe domeſtice Veſta,
Quiq́ tenes altus Tarpeias Iupiter arces,
Quoſq́ alios vati fas appellare, piumq́ eſt,
Tarda ſit illa dies, & noſtro ſerior æuo,
Qua caput Auguſtũ, quem temperat orbe relicto
Accedat cœlo, faueatq́ precantibus abſens.

Suetonius Iulius in ſtellam.

* lumen.

* ſinu.

I. Cæſarem à filio Aug. rerum geſtarũ magnitudine ſuperari exẽplis probat.

SAB. IN FAB. LI.

Cometa quæ Cæsari apparuit.

DE Cometa, cuius hîc meminit, Suetonius in vita Iulij Cæsaris sic scribit: siquidem ludis, quos primo consecratos ei hęres Augustus edebat, stella crinita per 7. dies continuos fulsit exoriens circa 11. horam creditumque est animam esse Cæsaris in cœlum recepti: & hac de causa simulachro eius in vertice additur stella.

Peroratio.

IAmq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cùm volet illa dies, quæ nil, nisi corporis huius
Ius habet, incerti spatium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, nomenq; erit indelebile nostrum.
Quaq; patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perq; omnia secula fama,
Si quid habent veri Vatum præsagia, viuam.

FINIS.

Errara sic corrigenda.

Pag. 25. Lin. 15. voluntur, lege voluuntur. 43. 22. tenutique, lege tenuitque. 53. 15. sordibus, lege sordidus. 135. 15. senit, lege sentit. 168. 17. causerat, lege clauserat. 189. 19. cogisse, lege coegisse. 232. 13. tanopere, lege tantopere. 362. 4. porrigert, lege porrigeret. 522. 10. tuli, lege tulit. 550. 15. currumq;, lege crurumque.

INDEX VERBORVM ET RERVM IN OVIDIO ET SABINO MEMORABILIVM.

A

Accipiter. 438
Achæmenidis relicti in AEtna liberatio. 556
Acheloi atrium. 322. *serpenti & tauro similis cur fingatur.* 343
Achillis hasta quomodò sanauit. 466
Achilles à Paride, hortante Apolline, occisus cur fingatur. 486. *eius mors.* 484. *de eius armis contentio.* 487
Acis in fluuium. 543
Actæon in ceruum conuersus. 104. *cur fingatur.* 107. *à canibus dilaniatus.* 106. *quid significet.* 107
Adonis ortus. 407. *in Anemonem mutatus.* 417. *quid significet.* 418
AEacus. 276
AEgyptij cur colant animalia. 189
AEneas inter deos indigetes. 576. *eius cum Sybilla congressus.* 553. *pietas.* 533. *naues eius in nymphas conuersæ.* 573. *quid significent.* 574
AEsacus in mergum. 458
AEsculapius Apollinis filius cur fingatur. 83. *in serpentem mutatur.* 630. *reducit Hippolitum ab inferis.* 623. *eius insignia.* 630. *accersitur Romam.* ibidem.
AEtæ custodes cur tauri dicti. 260
AEtatum distributio. 9. *vnde petita.* 11. *prima cur aurea fingatur.* Ibid. *quatuor ætatis partes describuntur.* 606
AEtas balneis restituta cur fingatur. 266
AEthiopum lacus. 613
AEtnæ incendium. 191. 614
Affectuum vis. 257
Aglauros in saxum. 92. *cur fingatur.* 93
Aiacis oratio. 487. *gesta.* 490. *mors, & cruor in Hyacinthum.* 500
Alcidamantis filia columbam parit. 270
Alpheus sub mari cursũ agens, quid significet. 206
Althæa in filio fratrum mortem vlciscitur. 314
Amasenus fluuius. 610
Ambitio. 64. 307. 318
Ambracius in saxum. 537
Amor turpis. 46. 138. 243
Anaxaretes in saxum. 583
Andromeda à serpẽte liberatur. 171
Anguis ex hominis spina. 617
Anguis Orphei caput morsu lacerans, quid significet. 423
Anigrus fluuius. 610
Anỹ filiæ in columbas conuersæ, cur fingantur. 535
Anni partes quatuor. 606
Antigone in ciconiam. 214

Antiphates Lestrygonum rex. 558
Apes ex cadauere bubulo. 615. *& primùm sine pedibus.* 617
Apollinis adulteria. 217. *mœnia Romana cum Neptuno ædificauit.* 432. *Medicinæ & musices inuentor cur dicatur.* 41. *cur pastor.* 87. *eius & Dianæ sagittæ quid significent.* 226
Appulus pastor in oleastrum. 572
Per aquam dij iurare cur fingantur. 22
Aquæ frigidæ in calidas. 584
Aquæ in terras. 609
Arachne. 209. *eius cum Pallade certamẽ.* 210. *odiosa Palladi cur fingatur.* 212. *in araneam conuertitur.* 219
Arcas Calistus filius. 74
Ardea ciuitas in auem versa cur fingatur. 575
Arethusa in fontem. 205
Argus à Mercurio deceptus & interemptus cur fingatur. 48. *eius oculi in caudam Pauonis.* 47
Ariadnes corona in sidus cæleste. 302
Aries in agnum. 268
Arne in monedulam. 276
Arrogantia quò perducat. 16. 225
Ascalaphus in bubonem conuersus. 200. *quid significet.* *ibidem.*
Atalanta in leænam. 414. *eius pernicitas aureis malis eluſa, quid significet.* 416
Athamas furens. 156
Athamantis fons. 612
Atlas in montem. 166. *eius pomarium quid significet.* 167. *cælum sustinere, & in montem conuerti, cur fingatur.* 168
Atys in pinum. 387. *eius metamorphosis, quid significet.* 388
Aues ex ouis. 617
Augiæ stabulum quid significet. 354
Aureum vellus quid. 256
Aureus ramus quid. 554
Auri vis & cupiditas. 416. 426
Auster ventus humidus. 30

B

Bacchus insuitur fœmori Iouis. 110. *in puerũ mutatur.* 125. *eius cognomina.* 131. *adulterium.* 218. *nutrices iuuenescunt.* 267. *cur Ioue & Semele natus.* 111. *cur puer.* 129. *cur virgineum caput & cornua habere fingatur.* 132. *qui eius comites.* 129. 133
Battus in silicem. 87. *eius periurium & loquacitas.* *ibidem.*
Baucis & Philemon. 325
Belidum pœna qualis. 386
Bellorum nerui. 12
Bellum ciuile exitiosum. 183
Belli iniustè suscepti exitus. *ibidem.*
Boreas raptor Orithyiæ. 247
Bura absorpta. 611
Byblis fratrem amat. 367. *eius ad Caunum literæ.* 369. *querelæ.* 371 *in fontem conuersio.* 374

C

Cacus ignẽ expuere cur fingatur. 356
Cadmus quid significet. 110. *in serpentem conuersus.* 162. *cur fingatur.* 163. *Thebas condit.* 96. *cum serpen-*

ſerpente congreditur. 98
Cæneus obruitur. 478. *in auem mutatur. ibidem. è fœmina in virum mutari cur fingatur.* 480. *& cur inuulnerabilis.* 481
Cæſar in cometam. 633
Caietæ ſepulchrum. 569
Caieta nutrix AEneæ. 556
Calculi nigri in candidos. 600
Caliſto in vrſam. 74. *vnde dicta, & cur in vrſam conuerſa fingatur.* 76
Calliope vnde dicta. 190
Callirhoes filij impuberes in viros. 364
Calidonius aper. 308
Canens vnde dicta, & in auras conuerſa cur fingatur. 568
Cannæ vocales. 431
Carnium eſus prohibitus. 620
Caſtitatis præmium. 42
Caycus fluuius. 610
Cecrops cur bicorporeus fingatur. 82
Cecropes caudati cur dicti. 552
Celmus in adamantem cõuerſus cur fingatur. 149
Centauri. 468. *bimembres cur fingantur.* 356
Cephalus. 285. *eius iaculum & canis quid ſignificent.* 290
Cepheni. 175
Cerambus in auem conuerſus. 269. *& cur fingatur.* 270
Ceraſtæ. 394
Cerberus. 154. *quid ſignificet.* 157. 354. *eius ſpuma.* 273
Ceres vnde dicta. 195
Ceyx. 442
Chaos. 2
Chamæleon. 618
Chimæra quid ſignificet. 375
Chione. 435
Ciconum fluuius ſaxificus. 612
Cimmerij qui, & caliginem perpetuam pati, cur fingantur. 456
Cinæræ natæ in gradus templi. 214
Cippus cornutus. 626
Circes aula & pediſſequæ. 559. *amat Picum.* 564. *filia Solis cur fingatur.* 563. *eius veneficia.* 549
Clementia in repub. adminiſtrandæ neceſſaria. 66
Cleopatra. 636
Clitorius fons vino infeſtus. 613
Clytie nympha in heliotropium. 144
Coæ matres cornutæ. 270
Colloquia quibus de rebus inſtituenda. 479
Columbæ. 535. *frumentum conſumunt. ibidem.*
Columba inſigne Babyloniorum. 134
Combe in auem. 272
Compotationes ſeditionis cauſæ. 186. 481
Concilium neceſſarium. 19. 80
Controuerſiæ graues quomodò diſceptandæ. 486
Coralium. 171. *vnde natum. ibidem. ex molli durum.* 619

Cornix Mineruæ cur inuisa. 80.82
*Cornucopiæ.*341.*quid significet.* 345
Coronis Phœbum amatorem fallit. 77.*transfigitur.*79. *& transfixa cur fingatur.* 82
*Crabrones ex equo.*616.*reddunt itinera infesta.* *ibidem.*
Crathis capillos electro facit similes. 612
Crepusculum. 152
Creusa cum patre exusta. 272
Crocos in florem. 145
Croton Herculis hospes. 588
Crudelitas. 439
*Cupidini cur sagittæ & faces adscribantur.*40. *& cur faces dispares.* 41
Cupressus cur signo funeris exposita. 390.*succisa nunquam regerminat.* *ibidem.*
*Curetes,qui & Coribantes, vnde dicti,cur imbribus geniti,eorũq; ope educat⁹ Iupiter cur fingatur.*149
Cyane prohibitura raptum Proserpinæ in fontem. 193
Cyclopes quales & vnde dicti. 345
Cygni natura. 70
Cygnus rex in olorem. *ibidem*
Cygnus Hyries filius in olorem. 271
Cygni & Achillis certamen. 463
Cygnus inuulnerabilis. 464.465.*ab Achille strangulatur.* 465. *in auem vertitur.* *ibidem*
Cygni pro musicis. 70
Cyllarus centaurus formosissimus. 474.*cum vxore occumbit.* 475
*Cyparissus in cupressum.*390. *Apollini cur charus,* *ibidem.*
*Cyprus cur Cerastis dicta.*395. *eius incolæ in boues.* 394

D

Dædalion in accipitrem. 436
*Dædalus volucer.*305.*eius alæ quid significent.* 306
Danaides. 154
Daphne in laurum. 40.*quid significet,cur Penei filia,cur ab Apolline amata,in laurũ versa cur fingatur.* 41
*Daphnis in saxum.*144.*mutatus cur fingatur.* 148
Decumanus fluctus. 446
Deianiræ formâ. 339
Delphi vmbilicus terræ. 633
Delphini cur nautæ fuisse fingantur. 130
Dentes serpentini in homines. 100
*Dercetis in piscem.*132. *Dagon fuit.* 134
Desperatio amouenda. 381
*Deucaleon quis,& quomodo humani generis restaurator.*31.*lapides ab eo iacti in homines.* 29
*Deus vnus à quo omnia.*3.*cuius prouidentia reguntur omnia.* 19
*Deorum de religione cura.*21. *potestas.*324.*eorum cum Typhoeo pugna,& in fuga mutationes.* 187. *per aquam cur iurent.* 22
Dictis mira mors. 472
*Diluuij descriptio.*25.*causæ.* 30
*Diluuia duo.*31.*per Deucaleonis diluuium intelligitur Noæ.* 31
Diomedis equi quomodò carniuori. 354

354. eius errores. 570. eius à bello reuersi sedes. 569
Diomedis socij in aues Diomedeas. 571. Diomedeæ aues. ibidem.
Discordia. 101
Draco Hesperius. 253
Draco in saxum. 269
Draco pomarij custos quid significet. 355
Dryantis Thessali virtus. 471
Dryope in arborem. 362. vnde dicta & in lotum conuersa cur fingatur. 364

E

Ebrietas. 129. 132. 182. 481
Ebrietatis gradus. 132
Echinades insulæ. 323. ab Acheloo & Neptuno factæ cur fingantur. 323
Echo in vocem. 114. quid significet, & Narcissum amare cur fingatur. 323
Egeria Numæ vxor. 721. in fontẽ mutatur. 625
Electrum. 68
Elementa quatuor eorum q; mutationes. 609
Equus in crabrones. 616
Erasinus fluuius. 610
Eridanus. 68
Erichthonius vnde dictus. 82
Erisichthonis fames. 334. & filia in piscatorem, & alias deinde formas. 335
Euphorbus in Pythagoram. 605
Europa à Ioue in taurum conuersa, rapta, & vitiata cur fingatur. 95
Eurilocus non mutatur à Cyece. 560

F

Fœminæ impudicæ bestijs assimulãtur. 76
Famæ domus descriptio. 460
Fame impij extincti. 337
Famis descriptio. 333
Fatum quid. 85. pro prouidentia sumitur. ibidem. eius nomina & ordo. ibidem.
Fatorum series in adamante. 436
Fauni cuiusmodi fuerint. 22
Fides, & eius necessitas. 432
Filiarum Orionis exustarum fauillæ in duos iuuenes. 536
Flores ab Apolline amari cur fingantur. 394
Fœlix ante obitum nemo. 506
Fontes & flumina orbis celeberrima. 60
Fontes matrimonio coniunctæ quid significent. 195
Formicæ in Myrmidonas. 282. & cur. 285
Fulmina Iouis secunda. 110
Fungi in homines. 272
Fungis nati qui dicuntur. ibidem.
Furiarum ornatus. 155. quid significent. 159. earum flagella è serpentibus confecta cur fingantur. 160

G

Galanthus in mustelam. 360
Ganymedis raptus cuiusmodi. 391
Garrulitas odiosa. 80
Gerionis fabula quid significet. 351
Gestus ingressiui aquas. 147
Gestus tollentis securim. 312

Gestus se eleuantis è terra. 170
Gestus & habitus currentis. 414
Gestus expergiscentis. 449
Gigantomachia quid referat. 14
Gigantes cur anguipedes. 15
Gigantum sanguis in homines. 13
Glaucus in deum marinum. 546. *& cur fingatur.* 547
Gleba in puerum. 625
Gorgones quid significent, Palladis ægide, & gladio Mercurij interempti cur fingantur. 173
Græcorum expeditio contra Troianos. 459

H

Hæmus in montem. 213
Hæretici apro Calidonio similes. 317
Halcyones vota pro Ceyce marito. 447
Halcione in halcedinem. 452
Hammonis fons. 612
Hammon bicorporeus cur fingatur. 245
Harpocratis pictura quid significet. 381
Harpyæ quid significent. 255
Hebe Herculis vxor cur fingatur. 365
Hecuba Vlyssi sorte. 522. *inuenit Polydori corpus.* 526. *in canem vertitur.* 527. *& cur.* 529. *eius calamitas.* 527
Helenæ forma ætate deterior. 607
Helice vrbs absorpta à mari. 611
Heliotropium cur cũ sole circumagitur. 144
Hercules in deorum numerum relatus, & cum Acheloo luctatus cur fingatur. 342. *eius monstra quid significent.* 251. *& cælum humeris quomodo sustineat.* 356. *eius cum Acheloo congressus.* 339. *labores.* 348. *eius sagittæ ad Troiam vincendam necessariæ.* 350. *ingentia facinora.* 482. *ab vxore missa veste Nessi venenata interimitur.* 348. *eius apotheosis.* 358. *bella gessit pro communi salute.* 351. *alter erat Atlas.* 356. *eius impatientia.* 349. 356
Hermaphroditus quis, & Veneris ac Mercurij filius cur fingatur. 150. *ex eo & Salmace vnũ corpus.* 148
Hersilia. 587
Hesperie effugit vitium illatum ab AEsaco. 457
Hippocrene. 184
Hippomenes in leonem cõuersus. 415. *& cur.* 416. *cursus cum Atalanta.* 414
Hippolyti mors. 623
Hippolytus in Virbium. ibidem.
Hirundo & Philomela sorores cur fingantur. 245
Homicidium non impunitum. 441
Hospitalitatis sanctissimum vinculum. 23. 328
Humani generis creatio excellens. 7. *finis.* 8. *reparatio per lapides.* 24. *& cur.* 34
Humanę res labuntur in deterius. 10. *inconstantes sunt.* 527
Hyacinthus in florem. 392
Hyacinthus nusquam. 394
Hydra quid significet. 344

Hyena. 618
Hyenæ theologi quales. *ibidem.*
Hypanis fluuius. 611
Hyperborei in aues conuersi, quid significent. 615
Hyrie in stagnum. 271

I

Iactantia iuuenilis non ferenda. 119
Ianus bifrons cur fingatur. 566
Iapetus quis, & cur in cœlestium numerum relatus. 6
Iasion cur à Cerere amatus. 374
Iason potitur vellere aureo. 252
Iasonis & Medeæ diuortium quid doceat. 273
Icari volatus. 304
Icarium mare. *ibidem*
Idololatria vnde originẽ duxerit. 190
Ignorantia literis inimica. 188
Ilithyia in vetulam. 359
Illiricorum oculi. 164
Inferorum aditus & descriptio. 154
Inferorum pœnæ quid admonent. 157
Ingratitudo. 416
Ino in Leucotheam. 153
Ino quid significet. 111
Insitio. 577
Insulæ quomodò factę. 323
Inuidię descriptio. 89
Inuidentia in quos cadit, & cur nihil habet cum virtute commercij. 92
Inus comites Sidonię in saxa. 161
Io in vaccam. 44. *conuersa & à Ioue rapta cur fingatur.* 48
Io in Isidem. 50
Iolaus repuerascens. 363. *& cur.* 364
Iouis adulteria. 217. *eius tres filij iustitia insignes.* 366
Iphigenia immolata. 460. *in ceruum conuersa cur fingatur.* 462
Iphis nomen commune viro & fœminę. 378
Iphis puella ardet in puella. *ibidem.*
Iphis amore Anaxaretes se ad summos eiusdem postes suspendet. 582
Iphis puella in masculum. 380
Irę vis. 421
Iris. 448. *vnde dicta.* 32. *alimenta nubibus afferre.* 30. *Iunonis nuntia.* 32. *filia Thaumantis cur fingatur.* 158
Isidis comitatus. 377
Itys patri apponitur deuorandus. 242
Iulius Cęsar in cometen. 633
Iuno in Beroen. 109
Iupiter in Dianam. 72. *in taurum.* 94. *in aquilam.* 391. *in imbrem aureum conuersus, quid significet.* 164. *eiq; cur fulmen adscribatur.* 16
Iurisiurandi religio sanctissima. 22. 129
Ixion. 154. *eius rota quid significet.* 158

L

Labirynthus Dędali. 301. *quid sit.* 303
Lacteus circulus. 17
Lanificij partes. 13. 210
Laurus Apollini sacra. 4
Laurus & Quercus cur ante im-

peratorum ædes statuantur. 42
Lethæa in saxum. 384
Leucothoe in arborem turiferam. 142. *defoditur viua.* *ibidem.*
Leucothea. 157
Leucades insulæ olim continens. 611
Literæ magnificiendæ. 186. 518
Literati quid spectare debeant. 188
Lotos nympha in arborem sui nominis. 362
Luctui modus statuendus. 69. 385
Lunæ mutationes. 606
Lupi rabies. 439
Lupus Pelei armenta vastans in lapidem. 441
Luscinia. 243. *eius cantus suauissimus.* 244
Lycaon in lupum. 19. *& cur.* 23
Lychas in scopulum. 350
Lycij rustici in ranas. 229. *& cur.* 230
Lycurgus contẽptor Bacchi cur fingatur. 133
Lycus fluuius. 610
Lyncestius fluuius inebriat. 613
Lyncurium ex Lyncum natura. 618
Lyncus in lyncem feram. 207

M

Maledicus in Oleastrum conuersus, cur fingatur. 572
Marsiæ supplicium. 230
Marsias cur Satyrus, & ab Apolline excoriatus fingatur. 231
Medea Aesoni reparat iuuẽtutẽ 264 *eius amor erga Iasonẽ.* 248. *eius addubitatio.* 256. *eius ope ætas AEsonis restituta cur fingatur.* 266
Meduſæi capitis guttæ sanguineæ in serpentes. 164. *caput eius quid significet.* 167. *& crines in angues verti cur fingantur.* 174
Megæra quid significet. 160
Meleagri sorores in Meleagridas. 317. *& cur.* 321
Meleager anunculos interimit. 313. *aprum conficit.* *ibidem.*
Melicertes. 157
Memnonis rogi fauillæ in Memnonides. 532
Memnon filius Auroræ, eiusq; cineres in aues conuerti cur fingantur. 533
Mencides cur in vespertiliones. 152
Menephron in feram. 272
Mercurius in pastorem. 46. *eius alata talaria, virga, tegumen capitis, quid significent.* 48. *vitiat Chionem.* 437
Mergus. 458. *cur se dimittat in fundum.* *ibidem.*
Micylus capitis reus factus. 589
Midas tactu omnia in aurum vertit. 425. *eius aures asininæ.* 429. *quid significent.* *ibidem.*
Miletus à Minois regno fugit. 366
Milo Crotoniates. 607
Mineides in vespertiliones. 152
Minerua in anum. 210
Minos Scyllam repudiat. 297
Minotaurus quis fuerit. 302
Minthe in mentham. 417
Mnemosune musarum mater, cur fingatur

gatur. 219
Molossi filij in aues. 537
Moly quid significat. 563
Monedula. 276
Montes altissimi. 60
Montes in valles. 610
Mopsus Thessalus. 476
Mori albi poma in sanguinea. 138
Mulierum improbitas. 406.422
Mundus in sæcula quatuor. 9
Mundus ex chao. 2. & non æternus. 3
Musæ vnde dictæ, & cur virgines perhibentur. 185
Musices vis. 388
Mustela per os non parit. 361
Mutationes rerum. 606
Myrmidones. 282. cur ex formicis. 285
Myrrha parentem deperit. 399. eo potitur. 404. in arborem mutatur. 405

N

Nais in piscem. 132
Naiadũ oracula quid significẽt. 290
Naiades in Echinadas insulas. 323
Nauis ab Alcynoo Vlyssi data in saxum. 390
Narcyssus ab Echo amatur. 113. periens sui amore in florem mutatur. 118
Neanthus à canibus dilaniatus. 423
Nemesis pœnas de Narcysso sumere, cur fingatur. 119
Neptuno cur tridens tribuatur. 33. eius cum Apolline certamen vnde confictum 214. fretum è terra elicit percussu tridentis. 213
Neptuni adulteria. 217
Nessi cruor in venenum. 346
Nestoris gesta. 476. ætas. 467.
Niobes iactantia. 220. filiorum mors 222. in mærmor vertitur. 225. & cur. 227
Nisus rex in Halyetum. 299
Nisi crinis fatalis quid significet. 300
Noctuã cur aues circumuolent. 81
Nouitas quantopere delectet. 122
Numa deorum cultum instituit. 621
Nyctimene in noctuam. 79. & cur. 81
Nympharum satyrorumq; lachrymæ ob Marsyam excoriatum, in flumen. 231

O

Ocyroë in equam. 84. & cur. 86
Ocyroe vates. 83. pro flumine. 86
Olea Mineruæ. 214
Oleaster. 572
Olenus in saxum. 384
Olor. 271
Omina nuptiarum inauspicata. 235
Oppidum in stagnum. 327
Ora dea. 587. qualis, & cur Romuli vxor fingatur. 587
Orbis incendium. 39
Origiorum descriptio. 131
Orithyia à Borea rapta, & cur. 247
Orphei descensus ad inferos. 382. lyra. 421. & quid significet. 422. eius infaustæ nuptiæ. 382
Orpheus discerptus à Bacchis. 387. e-

ius vxor ab inferis reducta quid significet. 385. *quid arbores & fere sequentes.* 388
Ortygia olim natans insula. 614
Oues hostiæ. 602
Ouidius quãtus dicendi artifex. 320 503. *immeritò à Seneca reprehensus.* 529

P

Pactolus fluuius auriger. 426
Palamedes. 489
Palæmon. 157
Palingenesia Pythagoræ. 605
Pallas Vulcanii vincens quid significet. 82. *sapientiæ & belli dea cur fingatur.* 92. *eius cum Neptuno certamen vnde confictum, & victoria quid significet.* 214
Pallenæi versi in aues. 615
Pan & Syrinx quomodo ad fabulã traducantur. 49
Pan cantu certat cum Apolline. 428
Papilio è bombicibus. 616
Paracupton in saxum. 384
Parasiti principũ similes canib⁹ Actæonis. 108. *& Heliotropio.* 144
Parcæ necessitatis filiæ. 85
Parentum præcepta non contemnẽda. 67
Pasiphae taurum amans quid significet. 301
Pegasus è collo Medusæ. 173
Pegasus quid significet. 167
Peleus Thetin precatur. 434. *ea cõsilio Prothei fruitur.* 435
Pelei fortitudo. 473
Peleas astu Medeæ interficitur. 268. *& quid significet.* 269
Pelops à patre dilaniatus, & eburneo humero à Dijs donatus quid significet. 233
Pentheus Tiresiam ridet, & Bacchi sacra. 120. *à Bacchis discerpitur.* 128
Perdix in auem. 305
Periclymenus in varias formas, & postremò in aquilam. 483
Perimele in insulam. 324
Perimele Neptuni beneficio seruata cur fingatur. 324
Persei & Andromedæ nuptiæ. 172. *eius apparatus & insignia, & quid significẽt* 167. *Iouis filius cur fingatur.* 166. *Helicone ludum literarium constituit.* 166. *natus ex imbris aurei concubitu.* 164
Pestilentiæ causæ & descriptio. 278
Pestilẽtia pœna diuina, quas ob causas infligatur, & à Iunone profecta cur fingatur. 283
Phaeton præceps in Eridanum. 63. *cur fingatur è curru decidisse.* Ibidem. *eius epitaphium.* 68. *& sorores in arbores.* Ibidem
Pharos in continentem. 611
Philautiæ pœna. 119
Philemonis & Baucidis domus in templum. 327
Philemon & Baucis in arbores. 328
Philoctetes & sagittæ Herculis. 489
Philomela in luscinam. 243
Philomelam Tereus deperit, & vitiat. 238
Phineus in saxum. 182

Phineus in auem. 272
Phœbus vitiat Chionem. 437
Phœdra. 622
Phœnix ex seipso. 617
Picæ. 186.208
Picus Latij rex. 563. *in auem mutatur.* 566. *& cur.* *Ibidem*
Pici socij in feras. 567
Pierides Musas prouocantes in Picas. 186.208
Perithoi nuptiæ. 468. *virtus.* 472
Planities in montes. 611
Plutonis regnum cur fingatur subterraneum. 194
Polydectes in lapidem. 184
Polymnestor Polydorum occidit. 522
ei oculi eruuntur. 526
Polyphemonis neptis in auem. 272
Polyphemi amor in Galateam. 538. *cantilena.* 539. *opes.* 540. *homines deuorat.* 558. *excæcati quærela.* 557
Polyxena Achilli sacrificium. 523
Pomona. 577
Principes à triplici hominum genere miserrimè affliguntur. 253
Principia duo secundum poetas. 3
Procris à marito interimitur. 293
Prodigia ante Cæsaris mortem. 635
Progne in hirundinem. 243
Prometheus vnde dictus. 6. *hominum plastes.* *Ibidem.* *statuarum inuentor.* 7. *ignem de cœlo sustulit.* 9. *alligatur Caucaso.* *Ibidem*
Promissa omnia non seruanda. 67
Propætides in silicem. 395, *ore duro quid significent.* 396
Proserpinæ raptus. 192. *à Plutone rapta & sex menses retenta quid significet.* 195. *ex Ennesium nemore rapta cur fingatur.* *Ibidem.*
Protesilai cædes. 462. *prætus in saxum.* 183
Prothei variæ formæ. 329. *& quid significent.* *Ibidem*
Puer in stellionem. 196
Pygmæa in gruem. 214. *& cur.* *Ibidem*
Pyramus sibi manus infert. 13
Pyrenæus musarum violator. 185. *eiusdem præcipitium.* *Ibidem*
Pyrrha. 24
Pythagoræ dogmata. 600. *&c. placentas offert.* 602. *eius de metempsuchosi sententia.* 605. *& vnde ducta.* 603
Python serpens ab Apolline occisus. 35. *humida terra natus quid significet, vnde dictus, sagittis Apollinis transfixus cur fingatur.* 36

Q

Quirinus. 585

R

Rana ex Limo. 616
Regnorum mutationes. 619
Regum occulta vitia quæ tandem apparebunt. 431
Regum virtutes. 519
Religio sacra habenda. 123
Rempub. administrare periculosum eiusq; optima administrandę ratio. 64

Respublica priuatæ saluti anteponenda. 462
Rhadamanthus. 366
Rhesus. 347
Rhodope in rupem. 213. *& cur.* 215
Rhodos à Sole adamata cur fingatur. 143
Rhæti strenuitas. 471
Roma fit è Troia. 619
Romulus in Deum Quirinum. 585 *præcedente tonitru sublatus cur fingatur.* 586. *cur nomẽ immutatum.* 587
Romuli Lancea in arborem mutata, & quid significet. 626
Rustici pauperis apparatus. 325

S.

Sabini sulphureis aquis exusti cur fingantur. 586
Salmacis amat Hermaphroditũ. 145
Salmacis fons effœminat. 148. 612. *& cur.* 150
Saturni adulteria. 218
Saturnus quomodo missus in Tartara, & compedibus constrictus. 13
Saxa ex hominibus. 181
Sciron in petram. 275
Scylla in Minois amorẽ incidit. 295
Scylla in Cirim. 299. *in monstrum* 538
Scylla sedes. 544. *inguina in canes.* 550
Scylla in saxum. 551. *canibus & lupis succincta cur fingatur.* 551
Scorpius è cancro. 616
Scythia Triptolemo cur ingrata. 208
Scythides in aues. 615
Scython modò vir, modò fœmina. 145
Semele ex Ioue grauida. 108. *quid significet.* 111
Semiramis in columbam. 132. *& cur.* 134
Serræ descriptio. 305
Serræ & circini inuentor. 307
Serpens in lapidem. 421. 460
Seueritas quando necessaria. 20
Silenus. 131
Sirenes comites Proserpinæ in aues. 201. *vnde dictæ, cur suaues, quibus parentibus ortæ, quomodo in monstra conuersæ fingantur.* 202
Sisyphus. 154
Smilax in florem. 145
Solis aula. 52. *comitatus.* 53. *equi quatuor.* 57
Sol veneris & Martis adulterium prodit. 140
Solis mutatio. 606
Solonis gnome. 102
Somni eiusq; regij descriptio. 448
Somni filij tres. 449
Somnium quid & quotuplex. 456
Statua eburnea in puellam. 398
Stellio. 196. *quomodo homini inuideat.* 197
Stipes fatalis Meleagri quid significet. 319
Stridor candentis ferri in aqua. 470
Styx Deorum timor. 109
Suffragia lata per lapillos. 600
Superbia. 16. 225
Sus prima hostia. 602
Sybaris capillos similes reddit electro.

Ctro. 612
Sybilla cur à Phœbo amata, & immortalis fingatur. 555
Sybilla in vocem. 554. eius ætas prorogata à Phœbo. Ibidem
Symiæ. 525
Symplegades olim natantes. 614
Syrij à piscibus cur abstineant. 134
Syrinx in fistulam. 47
Sysiphi saxum quid significet. 158

T.

Tages gleba natꝰ quid significet. 625
Tãtalus. 223. eius fames quid significet. 158
Tarpeia arcem Romanam prodens Sabinis ab eisdem necatur. 584
Tatius Romam inuadit. Ibidem
Telæ laneæ descriptio. 211
Telchines in scopulos. 270. vnde dicti. 271
Temeritas à iudicio remouenda. 200
Tempestatis elegans descriptio. 444
Tereus linguam cur philomelæ exsecat. 239
Tereus in vpupam. 243. & cur. Ibid.
Terra in varias formas. 4. omnium mater cur dicatur. 34
Terræ in aquas. 609
Terræ motus. 611
Terra animal. 615
Thebæ à Cadmo conduntur. 102
Therſites. 395
Theseus agnoscitur patri, & tãtùm non veneno necatur. 273
Thesei gesta. 274. eius & sociorum cum Centauris pugna. 469
Thesei in latronibus interimendis gloria. 275
Thesmophoria. 403
Thessalæ magæ. 470
Thessaliæ equites nubigenæ cur fingantur. 481
Thetis in varias formas. 434
Thisbe ferro incumbit. 138
Thurifera arbor à Sole adamata cur fingatur. 143
Thraciæ mulieres in arbores. 423
Thyoneus in ceruum. 270
Tibiarum cantus illiberalis. 232
Timiditas. 386
Tireſias in fœminam, inde denuò in virum. 112
Tisiphone quid significet. 160
Tithonus ab Aurora adamatus eiusque ope ad senectutem protectus cur fingatur. 374
Titius. 154. eius iecur à vulture exesum, & renascens quid significet. 158
Torni & rotæ inuentor. 307
Tridens cur Neptuno tribuatur. 33
Triopeis in varias formas. 335
Triptolemus. 207
Triton monstrum marinum, Neptuni tubicen cur dicatur. 33
Troia ab Hercule expugnata. 432. sublato Palladio euersa cur fingatur. 419. & cur sine sagittis Herculis inuicta. 527
Troiana præda. 521
Tumultus. 175
Turnus contra AEneam. 575. AEneæ classem conatur exurere. 573
Typhoei supplicium. 191. cur sub

AEtna flammas euomere fingatur. 194
Tyrannorum prefractus animus, & exitus crudelis. 123
Tyros in continentem. 611
Tyrrheni nautæ in Delphinos. 127

V

Vallcs in montes. 610
Venus Solis proditionem vlciscitur. 140. *eius cum Marte adulterium Ibidem. venatio.* 410. *ad Iouem oratio pro Iulio.* 639
Venus spuma orta, cur fingatur. 161. *eius cum Marte concubitus quid significet.* 142. *ei chari quidicantur.* 374
Venti Austrei & Aurorę filij cur fingantur. 547
Ver. 606
Vertumni varię formę. 578. *vnde dictus, eiusq; metamorphoses quid significent.* 580
Vespertilio. 152
Vetulę plerumq; scelerum administrę. 406
Virbius impostor subornatus. 624
Virgę in coralia. 171
Virtus Deo grata. 183
Vlyssis oratio. 491. *scelerate gesta.* 488. *prudentię fructus. Ibidem.* 489. 494. *legatio ad Priamum.* 494. *fortiter gesta.* 495. *errores.* 568. *ei Achillis arma adiudicantur.* 500. *eius socij in porcos.* 560. *& denuò in pristinas formas.* 561
Vlyssis oratio explicata. 504. *eius aures contra Sirenes obstructę quid significet.* 203. *socij in sues conuersi, ipse saluus cur fingatur.* 562
Vpupa. 243
Vrsa lambendo fingit catulum. 616

Z

Zancle olim continens. 611
Zetes & Calais ex parte aues. 247
Zetes pennatus cur fingatur. 225
Zodiacus circulus. 53. 56
Zonę & circuli. 5

FINIS.

30747

